



11922. V. C. D. 1A

V


Hippocrat. lib. de aliment. § 14:

ζύερα ψα, ζύετροια ψία, ζυμ,
πάθρα πάyla. καλὰ μετ' ἑλομεδίην
πάyla: καλὰ μέγος δ' ἐλὰ ἐρέσασω

μέγος μέγος πρὸς τὸ ἕδρον. [ita tamen
ut hoc dictum non sit asyllum ignorantiae. Ne,
dicatur: Es flücht dich in Esflücht.]

Κοιτωνίαν καλὰ τὴν ζυμῆσαν
vi ontiorem fuit Hipp. lib. vi Epidem.
§ 6. tert. vers. 20 & 30

Democritum tantum fecit Hippocrates, ut cum
Domicus esset, tamen hinc fomicia suos
libros scripsit in gratiam Democriti, ut
tradit. Ehang. l. 4. Vanar. histor.



*Aphorismi Hippocratis, Ora quæ Vocantur
à Mercuriali. lib. de mor.*

HIPPOCRATIS

lib. p. 31.

COI

APHORISMI

Græcè, & Latinè.

Breui Enarratione, fidaque Interpretatione ita illustrati, vt ab omnibus facillè intelligi possint.

Cum historiis, obseruationibus, cautionibus, & remediis selectis.

A

I. HEURNIO
Vltraiectino.



*Be
Lussem*

*libris
Reber*

Ex Officina Plaminiana,

APUD CHRISTOPHORVM RAPHELENGIVM,
Academix Lugduno-Bat. Typographum,
CL. DC. L.

HIPPOCRATIS

Est Consilij Tabacensis ad
P. Josephus

Item Praetatione, adhaec Praetere
ratione illa, ut ab omni
bus facile intelligi possint.
Cum hystorie, observationibus, curis
suis, & videris solent.

A

I. H E V R I O
Vltimatio.



Ex Officina Plantiniana

Academiae Insuperioris
0500336 p3
CIC. P. E. A.

Nobilissimis ac Amplissimis.

ZELANDIÆ.

ORDINIBVS

I. HEVRNIVS

dedicat consecratq̃.



IRI Nobilissimi
 ORDINES Am-
 plissimi hoc indi-
 tum à natura ge-
 nio nostro vide-
 mus, vt nullus lu-
 benter etiam infelix artifex videat
 à se profecta opera interciderè.
 Quare & ego hoc comuni sti-
 mulo concitatus, obnixè laboro vt
 vitalem auram meis operibus in-
 feram. Hinc est quòd studiosè hoc
 egi, vt à suboi plena breuitate in
 longissimum æuum excurrere pos-
 sint. Verùm cùm iam illa ad typum
 paratà inspicerem, in iisq̃ vide-

rem quàm tenui ingenij filo hæc
contexta forent, & quàm implica-
ta & manca illa clauderent: nouo
quodam stabilimento illa erigenda
esse iudicavi. Nec quicquam de-
prehendi ad fulciendum stabilius,
quàm si in publicum prodirent ve-
stro, ORDINES Amplissimi, no-
mine, qui illa vitali aura perfunde-
re, meamq; obscuritatem in splen-
didam lucem euocare potestis. Et
cur hanc ego fiduciam de vobis
non concipiam? quia iam fidi magis
patroni, & fautores fuerint vobis
Viri Illustrissimi? omnia enim vo-
bis adsunt, quæ ad tutelarem vim
quis sibi vouere possit. Quis enim
non fatetur vos principem locum
in defendenda Republica marino
robore obtinere? loquor iam non
de cæteris bonis quæ cum aliis
communis habetis, sed de iis quæ
ita vestra sunt, vt non sint peculia-
ria aliorum: quid enim pulchrius
quàm propriis bonis florere? Ma-
rina

rina certè gloria vestra est: quis vn-
quam fortius prælia illa iniuit? quis
ausis maioribus maria occupavit?
sileo iam de singulari vestra pieta-
te, prudentia, fortitudine, liberali-
tate, magnificentia, quæ immortali
gloria vos ornant, decorantque.
Quare meritò vobis hoc opus, OR-
DINE S. potentissimi, consecran-
dum duxi; certo sciens Magnitudi-
ne illustri nominis vestri non pa-
ram fulgoris ipsi accessurum, vt-
que obseruantia in vos meæ mo-
numentum aliquod extaret, quod
certo scio ad honorem meum fa-
ciet, & ad hæc Commentaria tuen-
da atque exornanda plurimum pro-
derit. Valete, Ex Academia Ley-
da in Batauis, Anno clo. lxi. i.

* 3

A M I-

A M I C O

LECTORI.

AMICE Lector semper in ea
sententia sui, Commentato-
rem egregie suo functum ef-
se munere, dū mentem authoris quem
illustrandum suscepit, aperuit: opti-
mosq; illos interpretes esse, quod pau-
cis sineque diuerticulis id agant. Nescio
enim quo modo quorundam prolixitas,
dum quasiuncularum male feriata-
rum mole lectorem grauant, aciem
mentis retundere soleat atacremque le-
ctoris cursum spinosis sentibus retarda-
re, ac mentem lectoris in diuersum ab
authoris, quem interpretandum cepe-
runt, instituto ac meta rapere: quo-
rum sane schola xodai, x̄, diaδiβai na-
τατεiβai rectè dici possunt. Quare ne
et ego vestrum tempus inutiliter tere-
rem, solum diuini Galeni ac doctissi-
mi Holerij illique additarum schola-
rum Duretianarum morem sequi vo-
lui.

lui. Hi enim inter cunctos quos hactenus vidi, hanc laudem assecuti fuere. Quare in his commentariis imitari hos decreui, hisque, aperte dico, plurimum debeo; nam in meam usum ex illis plurima transtuli. Nam ut bene Flavius Albinus dicebat, fructus legendi is est, ut auuleris quae in aliis probes: & quae maximè in aliorum dictis mireris, in aliquem usum tuum opportuna deriuatione conuertas. Afranius quoque insignis poeta, cum responsum offerret his qui eum insimulabant, quod plura sumisset à Menandro: fateor, inquit, accepi non modò ab illo, sed ut quisque habuit quod conueniret mihi, & à Latino quoque quodcumque me non posse facere melius credidi. Non puduit Virgilium millia versuum ab Homero transferre, & affectus omnes imitari: qui etiam à Theocrito, Apollonio & ab Hesiodo plurima accepit. An non ipse Cicero à Platone & Demosthene magna ex parte decurrit? quin testatur Clearchus se vidisse eum Iudaeum à

quo didicit ipse Aristoteles. An non principes Medici, Aëtius, Oribasius, Paulus Aegineta, Alexander Trallianus, Actuarius, ad verbum eadem plerumque scribunt? an illi propterea ex omnibus theatris consentientibus manibus explosi fuere? Stat itaque aput me firma sententia, omnium emulorum *οὐκ ἐμυατα* infracto animo ferre, modo aliquis ex meis scriptis vsus ad homines perueniat. Ad gloriam si hæc edere voluissem, potuissem sanè omnia splendidiora & ab aliorum scribendi caractere aliena omnino reddere; ad vsum vero vestrum, Lector amice, meliora facere non potui. Mihi enim discipulisque meis illa consarcinaram, non aliis. Dicta sunt quedam eodem modo ab aliis? qui eadem de re scribunt, an omnino diuersa prodere debent? ~~estne schapha vocanda schapha? an veritas non una de eadem?~~ Quo modo queso hi Auicennam, Paulum, Aëtium, Oribasium, plurimosque veteres Medicos doctissimos, si viuerent exciperent? qui

verbotenius ferè ex Galeno & veteri-
bus aliis Medicis cuncta sua exscribunt.
Potuissent sanè Doctissimi hi viri, si
voluissent, aliter: verùm utilitati, non
propria glorie cuncta dedere. An non
omnes dogmatici ex Oceano illo me-
dendi, Galeno, hauriunt? quid quaeso
quod ab aliis benè dicitur ferè apud il-
lum non deprehendas? Cur quaeso aliis
licet ab eo fonte haurire magis quàm
mihi? prodis inscitiam tuam, cum apud
alios plurima quæ legis, existimas esse
ab eorum ingenio, cum à Galeno &
Hippocrate fluxerint: mox si aliis scri-
ptis ea inserta vides, inde abducta pu-
tas: sanè tuam imperitiam prodis, qui
nonquam Galeni scripta perlustrasti:
vt nescias, hi & nos inde deriuamus
riuulos nostros. Methodi medendi li-
bros tres (iam ter impressos) ante tre-
decim annos edidi, quid deprehendas li-
bro primo & secundo commune cum
aliis qui de Methodo scripsere? at ter-
tio libro, dices, vbi agis de prima Indi-
catione, plurima ex aliis traducta in

vsu tuum. an quæso turpe imitari ac
optima quæq; in vsu Reipublicæ pro-
dere commodiore forma ac elegantiâ?
Confer methodum doctissimi Fernelij,
Ferrerij, Pernunnæ ac aliorum cum no-
stra, clarissima illorum doctrina cedam
lubenter & merito, at vsu, ad utilita-
tem tuam, ne his quidem cedam. Ita
iam ~~in hoc opere ingressus sum gurgi-
tem vastum, sperans à bonis viris pa-
tracinium, ne inuidorum maledictis
obruar.~~ Nam in studiosorum gratiam
atque utilitatem malui periculum de-
tractantium subire, quàm fructu, si quis
est à Deo Optimo Maximo per meos
labores paratus, eos defraudare. Tuo
itaque tempore, lector amice, vt consu-
lerem, paucis mentem Hippocratis, &
lucidè aperui: quod, absit inuidia dicto,
Μομὸς μωμῶντι Δᾶμων ἢ μωμῶντι.
Velim qui hæc ringunt, ac ita qui li-
uent in aliena scripta, tentare velint
vt hæc meliora faciant: nulli enim ad
gloriam clausa ianua. Quid enim po-
tius optem, quàm vt breuiter apertam

Hippo-

Hippocratis sententiam videam? sed
sat scio, difficiliorem rem dicent quàm
vnquam pùtarant. Quare, an non, Le-
ctor amice tu ita mecum?

Mome fauere decet prodesse volentibus:
ergo,

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Decreueram nuper totum Hippocra-
tem ita breuibus commentariolis no-
stris illustrare; si sententiam muto, rin-
genti Momo, lector amice, hanc cul-
pam, non mihi dabis. Vale optime ac
amice lector, & his quæ commodis ve-
stris dicantur, benignè ac foeliciter
fruere.

In CL. V.

I. HEURNIVM

Medicinæ Doctorem
eximium.

Dym facit Hippocratem Romana vo-
ce loquentem.
Heurnius, an factus Heurnius Hip-
pocrates?

Ludebat amico

F. D.

In Clarissimi Doctissimiq̄

virī

D. IOANNIS

M. V. HEURNII H. I.

breuem ac dilucidum

IN ARTHORISMOS HIPPOCRATIS

Commentarium.

Εὐμεταχείρις ἐστὶν ἡ παῖς Ἀφροδίτης

Τούτοις ἀκιστοῦ ἐστὶν Ἰπποκράτους παμίας:

Δυσμεταχείρις δὲ τὸ γένος ἐστὶν Ἰπποκράτους

Οἱ μεταφραστὰς ἀρῶσι σὺν τοῖς ἀσθενῶσι

Καὶ τὸ ἐκπερατῆς, καὶ τὸ Δριάδης.

Καὶ τὸ (εἶνε δέμις) πάλιν προφειρῆς

Ἄμφωρον πλῆθον, σὺν τοῖς ἰδίαις

σφίσι.

Bon. Vulcanius.

WILHELMUS

EPIGRAMMA

Ad virum Nobilem virtute
& genere

I. HEVRNIUM

PRINCIPEM HVIVS

Æui Medicum, celeberrimæ hu-
ius Academiæ Lugdunchsis,

RECTOREM MAGNIFICVM.

QVAERIS ubi ASSCLEPIVS, PODA-
LEIRIVS, atque MACHAON.

Deliteant? quare PHOEBVS ubi? In BA-
TAVIS.

HEVRNIVS hic horum vere simul vnus & omnes,
Et Praefex Mediorum & MEDICVS pater est.

HEVRNIVS, Aonio miscet, cui paulula cinno

MVSA, IVVENTA, HORAE, SVADA, CY-
PRIS, GHARITES.

Sistere, quo didicit properantem ACHERONTA
medendo.

Et postliminio, sit renovare quibus

Hoc facile est illi. Tempus, Labor, Usus, Acumen,

Ipsaque cui diam lucet HVGEIA facem.

Ergo RHODOS, DELPHI, SALAMIN, IOS,
ARGOS, ATHENAE.

Cedite. Iam Medicis patria BATAVIA est:

Iam doctos laicos PINDI iuga, THESSALA, Tempe

Obstant, PHOEBI delictum, BATAVI.

Ludebat. Vestri:

Observantissimus,

I. WIRTZFELDIVS.

In clarissime viri

D. IOANNIS

HEVRNI,

Doct. & Profess. Medicinæ celeberrimi,
tum etiam Lugdunensis Aca-
demix Rectoris Magnifici.

APHORISMORVM HIPPOC.

Commentarium doctissimum.

QVICQVID in humano fudit Na-
tura cerebro.

Hausit in humano Coius ingenio ;

Neue illi fuisse satis sua munera, neue

Huic hausisse satis munera fusa fuit :

Accessit Natura simul Vatesque, nec illa

Ausa est iudicio stare, nec ille, suo ;

Coniunctis opibus iuncta est sententia, Vatis

Naturaque simul dum dat vterque suam.

Hec illa est diuis CoI commissa magistri

Vocibus, ætherio pagina iudicio,

Pagina tam multis veterum celebrata tro-

phæis,

Et decus æterna posteritatis habens :

Hec eadem te, die HEVRNI, post sera vi-

gentem

Fata, triumphali pagina sede feret.

Sic adiuta tuis Natura laboribus, ipsa

Annuit, atque sinus pandit amica suos :

Arridet

*Arrides simul omniparens terra omnis,
ouansque*

*Inconsueta nouo gaudia fronde refert.
At miser inferni dispendia Portitor Orci
Luget, & ad ripas otia longa terit,
Miraturque suum filo currente laborem
Inuida perpetuâ crescere Parca rotâ.*

P. HONDIVS.

^I
HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER I.

Enarratione ac Interpretatione

I. HEVRNII

Illustratus,

ARGVMENTVM AC INSCRI-
PTIONIS RATIO.



INSCRIBITVR
hic liber à Cælio
Aureliano, Liber
explanatorius A-
phorismorū. Pos-
sit non incommo-
dè etiam inscribi Liber, Definitio-
num, siue Placitorum veterum, aut
Liber Determinatorū. Nam Pris-
corum mos erat multa notare, de
quibus per ocium iudicarent. Erant
rerum obseruationes, & nonnullæ

*Mos anti-
quus in
scribendis
libris.*

A ratio-

rationes nondū dum digestæ, nec-
dum constitutæ, nec definitæ. talia
sunt quædam in libris Epidemiôn.
In aliis scribebant maturè excogi-
tatas, certas ac determinatas sen-
tentias. tales sunt hi Aphorismi. Ita
Democritus, post varias determi-
nationes, librū scripsit Electorum,
Χειροτεχνικῶς, ita Aristoteles scripsit
exotericos & acromaticos. Sed hi
aphorismi tanto ingenio conscripti
sunt, vt antiquitas existimarit hoc
scriptum omnem vim ingenij hu-
mani superare. Est autem Aphorif-
mus sententia generalis ac grauis,
breuis, ac vera. His in Aphorismis
præcepta traduntur cognoscendi,
prædicendi, atque curandi. Primo
hoc libro continentur præcepta be-
nè ac conuenienter cuique meden-
di, cautione quadam remediorum,
in diætâ & pharmacia. Quo modo
scilicet his sit vtendum in qualita-
te, copiâ, tempore, modo, & occa-
sione. indicationibus ductis à mor-
bi spe-

Latus
Aphorismi
propria.

Quid
Aphorif-
morum.

1. libri ar-
gumentum.

3
bi specie, more, ac motu : deinde à
viribus, & à peculiari cuiusque na-
tura & consuetudine. Docet enim
hoc primo libro modum reficien-
di eos qui adhuc morbo tenentur.

Quin hæc omnia, Aphoristica qua-
dam breuitate: Cui præcipua apud
veteres gloria erat. vnde Pindarus,

*βασιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλει, ἀκοὰ
Σοφοῖς.

Breuitatis
laus.

hoc est, ac
paucis in
prolixis ar-
gumentis)
vario ser-
monis arti-
ficio ediffe-
rere, audi-
tio est pro
sapiētibus.

Eos verò, ne ab Hippocratica indole
abiremus, omninò breuiter & neruose
explicauimus. In his secutus sum Galenum
solum & Holerium, & adiecta illi Scholia
Duretiana, Hoc triumuiratu, ut breuior in
his sim (prolixa enim odi) contentus. Satis
superq; enim is commentator officium fecit,
qui Authoris sui obscuram sententiam illu-
strem fecit. Vbi tamen res ac tua, Lector, uti-
litas suasit, selectissima quadam publica feci
remedia; & non raro ex antopsia fidem
Aphorismi (quamuis nec hac y egeant) fir-
maui. ne quis putet in effœta hac mundi se-
necta, humanam naturam hanc, ab illa ve-
terum degenerasse. his benignè utere.

Hernii in
his consili-
um.

Præfatio
 Hippocratis
 sic.

ὁ ¹βίος ²βραχύς, ἢ ³τέχνη ⁴μακρὴ, ὁ ⁵καιρὸς ὀξύς, ἢ ⁶πειρα.
⁷σβαλερὴ ἢ ⁸κρίσις ⁹χαλεπὴ. Δεῖ ¹⁰μόνον ¹⁰ἔωτ' τὰ δέοντα *ποιέοντα, ἀλλὰ
 *πυεόντα κ' ¹¹τὰ νοσέοντα, κ' ¹²τὸς παρέοντα, κ' ¹³τὰ ἔξωθεν.

oportet
 vitas

1. Vita 2. brevis, 3. ars verò 4. longa: Sed † occasio momētosa. [& magni momenti] 6. empirica periclitatio 7. periculosa 8. iudicium 9. difficile. Neque verò 10. Medicus modò sic comparare se debet, vt faciat quod factò opus est, Sed & 11. æger. & qui præsto 12. sunt, & quæ foris 13. incidunt

quatuor
 ternis causa.

Hortatur nos hoc Proëmio, vt tempus & diligentiam adhibeamus ad hanc artem.

Vita quid
 significet
 Hippocrati

1. Vita duobus modis accipitur apud Hippocratem; nam Aphorismo quadragésimo quinto libri secundi, significat dietam, vel vitæ & victus rationem, hoc verò loco denotat curriculum tempusque nostræ vitæ.

Vita cur
 brevis.

2. Vita qua fruimur brevis est, inquit Salustius, quia anima vegetatrix non diu remanet in calore natiuo, fato, & casu. fato, ob perennem effluxum triplicis substantiæ eius, vnde corpus nostrum consistit. Dum enim flammæ ac micæ calidum natiuum nostri corporis in humido primigenio, eius humidi substantiæ absumitur. Non aliter ac in lampade

pade oleum à flamma exhauritur. quod ni ab-
 sumeretur, flamma non micaret. Ita & in no-
 bis, nisi calidum nativum splenderet, non vi-
 veremus. at dum id splendet, absumit oleum
 suum in quo vivit ac micat eius flamma: hoc
 est, humidum primigenium exhauritur. Adeo,
vt vivere nostrum, nihil aliud sit quam mori.
 Nec à victus ratione eadem analogia refarci-
 tur: quò enim quid propius abest ab ortu suo
 eò vberimo ac benignissimo rigatur calido
 humidoque nativo. Casu etiam anima vege-
 ratrix nò diu remanet in calore nativo; nam
 facile is rerum aduersarum appulsu extingui-
 tur, vt diuino afflatus elogio monuit nos Di-
 uus Iacobus, cum interrogat ira nos. *ποτα γδ
 η ζωη υμων, ατμις γαρ εστιν, η προς ελεγον φαινο-
 μην, εσφτα αρανιζουση.* hoc est, Quæ enim
 est vita vestra? vapor enim est, qui ad exi-
 guum tempus apparet, & deinde evanescit.
 Hic vapor evanescit, ac opprimitur facile hæc
 micans vitæ flammula, à diætæ vitio, loci in-
 infama, cœli morbo, venenata qualitate, vel
 impedimento partis principis, cuius officio vi-
 ta catere nequit, à phlegmone, aliâve noxa
 quæ marasmmum infert. Rectè Sophocles,

* Ω θνητ' ανδρων η, ταλαπωρον γ' ενος,
 ως εδεν εσθρι, την σικαις εικοτες.

Π

Ita quod non inconcinnè ludio ille Lucianus,
 in Charonte reddidit, cum hominis vitã bul-
 lis similem dicit, quæ simul atque natæ sunt,
 evanescunt: aliæ paulo durant. per se vita no-
 stra brevis est. Quin etiam brevis ea dici po-
 test, si cum arte Medica committatur, quæ sa-
 ne longa est. Quasi dicat Hippocrates, pro-
 pterea summa breuitate tradi hæc ars debet,
 talis autem est hæc ratio, quæ per apotelesma-
 ta, Aphorismis inclusa, traditur.

3. Vocat Hippocrates Medicinam plerum-
 que artem. Ne longior sim, quo modo rectè

Iacob. i. q. 10. 14.

2705

* hoc est, 3
 mortale mi-
 serumque
 genus ho-
 minum.
 Quam ni-
 hil sumus.
 sed ymbria
 similes.

*Ars quid
apud Hip.*

artem illam aut scientiam appelles, breuiter demonstraui, libro primo nostrarum Institutionum Medicarum, capite secundo. Hic sanè ab Hippocrate artis nomen latius sumitur, nimirum pro historia omnium quæ ad Medicinam attinent, vt sic hanc liceat describere artem, Ars medica est naturæ affectionum salubrium, insalubrium, & neutrorum, item signorum, causarum, & diætæ, chirurgiæ, & medicamentorum historia, siue descriptio & cognitio.

*Medicina
est longa.*

4. Hæc autem ars est longa, ob difficultatem, & rerum discendarum copiam. Ardua est naturæ nostræ contemplatio, ac corporis æconomia laboriosè cognoscitur. quin causæ morbificæ distinguuntur non facile, vt tandem ad sanitatem tuendam, aut reuocandam inde remedia doctè in vsum ducas; quæ ipsa etiam tempore egent, vt ea internoscas, quæque vi excellent. Adeo vt Medicinâ nihil sit prolixius, nihil arduum magis. nam hæc iam dicta, vel vsu, vel iudicio noscuntur: hoc difficile est, & longi temporis: ille, periculi plenus. Si itaque vita est breuis, & ars hæc longa; breuiter illa & per Aphorismos doceri debet. hoc est, exactè, breuiter, & apertè, vt ait hic Galenus. nam artis prolixitas, superat hominis vitam.

*Occasio
quæ, &
eius neces-
sitas.*

5. Hoc est, tempus actioni opportunum; *Opportunitas*, momentum, vertit Suetonius in vita Iulij. propterea statim arripi debet: quia perit & fugit ilico, quod materia nostri corporis sit fluxa à causis internis & ab his quæ sunt à foris. Sed nemo præsentem agnoscit occasionem, nisi ille qui iudicio & experientiâ excellit. Huius opportunitatis momenta redire nequeunt, vt præclare dicebat Procopius. Eo non frustra Porcius latro L. Catilinam ita compellat; Num in negociis agendis ignoras sequendas

sequendas temporum opportunitates, & in occasione rerum desidiam ac tarditatem omnem quam diligentissimè fugiendam? Mirabilissima quidem sunt Deorum voluntates, & fortunam cum abire permiseris, frustra postmodum discedentem ac fugientem his imploraturus. & reliqua: Et ut rectè medicinam facias, rectè medendi momentanea interdum est occasio, & captu difficilis: quæ elapsâ, inclinatio fit ad mortem, vel ad deterius. Ut si quis laborat ex pleuritide; primo ferè die, nisi secetur vena, conclamatum erit: nam iam influxit sanguis in costarum membranam; nec ita, ut prius, de influebat, auerti potest phlebotomiâ. Ita occasio medendi, dici potest curationis anima. Hæc occasio præceptus est, & acuta adeo ut nullam amplitudinem habeat, quâ reuocari possit. nam aliam ideam, motum ac morem, ilico sumunt causæ morbificæ, & corpus nostrum subito mutatur à suo statu. Propterea sapienter Pindarus laudat *ἰατροὺς ὅτι ἐπιεργατοῦν*. Rectè etiam Salustius dixit, prolataudo magnas & opportunitates corrumpi. factò & non consulto opus esse in periculo. Quare in præcipiti morbo, debent Medico omnia comperta esse, quæ ad tecmarum pertinent: quò ilico restat morbo, nec medendi occasio elabatur. Cautiones ergo medendi in promptu sint, ut quæ celerem & instabilem habent motum, (ut ita cum Casare loquamur) ad nutum administrantur. Hac difficultate motus Hippocrates, Scripto testatus est apud Democritum, se nondum ad finem Medicinæ peruenisse. Quid igitur est occasio? Respondet Hippocrates, in qua tempus non multum. Tempus vero, in quo occasio est. Occasio est, * ὁ ἀμέτρητος χρόνος. vnde Hesiodus:

* χρόνος δὲ ὅτι ἀμέτρητος ἔστι.

A 4

Puto

πυθ. Δ. 17.

* opportunitatum tempus.
* occasio omnium rerum prima est.

Iliad. γ. Πυτο-καρπὸν ὄξυν non malè verti posse, citam
versu. 364. occasionem. nam ita Homerus,

Εἰ μὴ ἄρ' ὄξυν νόσος Διὸς δογὰτος Ἀφροδίτη.

Experien-
tia quoti-
plex &
quid.

3. lib. Anat.

6. *Πείρα* triplici ratione accipitur. Primò
 significat eam experientiam, quæ rerum sensi-
 bus perceptarum obseruationi nititur: vt, cum
 dici mus hoc album, illud nigrum. Secundò,
 est experientia, quæ naturam imitatur: vt, to-
 tum maius esse sua parte. Tertio, capitur in
 malam partem, & significat periclitationem:
 vt, si quis viderit pleurítico conuenienter ex-
 hibitum fuisse hydromel, omnibus indifferen-
 ter pleuriticis, absque peculiaris naturæ distin-
 ctione exhibere velit. At Hippocrates scripsit,
 illud calamitosum esse biliosis & megalospla-
 gnis. Quin ipsa ptisana, qua nihil salutaris
 in pleuritide ad nutricatum dari potest, cala-
 mitosa est pleuriticis; si non loco & iure ex-
 hibearur. Quare eleganter scripsit Galenus
 primo libro De alimentorum facultatibus, ca-
 pite septimo, vbi ait, vt id vniuersim dicam,
 potis non est vt alicuius rei facultates expe-
 rientiâ commodè explores, si non prius exactè
 compertum habueris affectum cui adhibetur
 id quod exploratur, siue id sit potus, siue ci-
 bus, siue pharmacum. ὕλη γὰρ ὅταν βοηθημάτων,
 ἢ τῶν ποικίλων γνάσις, ἢ ἀπὸ τὰ βοηθήματα, id
 est, quippe affectuum cognitio est materia re-
 mediorum, non ipsorum remediorum cogni-
 tio. Quod etiam eleganter olim Herophilus di-
 cebat, Remedia ipsa nihil esse, & remedia, esse
 manum Dei. vt nimirum in vsum flectuntur.

7. Nam remedia vim suam amittunt, ac
 retinent, aut nouam acquirunt, pro varia eo-
 rum quibus exhibentur natura; ac ex morbi
 motu, vt ptisana integra debetur pleuritidi,
 iam à mitigato expectorato. Oxymel pleuri-
 ticis, hystericis nocet: reliquis prodest. In iu-
 diciis etiâ hæc experientia valdè fallit: vt si quis
 viderit

viderit haimorrhagiã finẽ imponi causo, (quæ propria eius crisis est) idẽ si viderit substillum sanguinis causo superuenire, non existimabit illud calamitosum esse. ita vrina alba diuersas affectiones indicat: phrenitidem, & interdum frigus. Colicus à frigidis succis, rebus calidis ferẽ fugatur: colicus à bile natus, à rerum calidarum acerrima vi nascitur. qua fronte hic Empiria ab his, medicinam faciet? Certò scio me his non me velle curandum dare, qui quoties raphanum vel pipat comedi, ilico in atrocissimum colicum dolorem trahor. Absint à nobis illi: nam vt monet sapiens Pindarus,

* *καρότεραι γὰρ ἀσφράτων φρένες.*

Est sanẽ periculose fallax experientia, & fallaciter periculosa, dum ea tentat in fabrica humana, quæ longa die non sunt probata: temerariæ enim experiẽtiæ finis, est certa mors. Atrocissimũ sanẽ facinus temerare humanum corpus, domiciliũ perpetuæ animæ, ac spiritus sancti habitaculũ. Alia est experientia quæ iudiciũ iungit, obseruatio vt in effectiõnis modo quæ versatur, & in eius consecutione, non sine iudicio. De hac respõdebat olim Lasus, interrogatus quidnã esset sapientissimũ? Experientia respõdit. Sed temeraria experientia periculi est plena, nisi Deus ipse interdũ succurrat: sæpe enim ita periclitanti euenire videmus quod Mario apud Salustiũ, vbi ait, hic fortẽ correcta Marij temeritas gloriã ex culpa inuenit. Nascitur enim hæc temeritas ex infœlici imprudentia, quæ pleraque & se præcipitat.

8. Quod iudicium versatur in distinctione similibus ac dissimilibus morborum, causarum, corporum, signorum; & remediorum: ex qua distinctione optimẽ perspecta, cognoscendi, prædicendi, ac medendi ratio comparatur. Præclare Celsus, Est perpetuum in Medicina quod fieri debeat, non tamen perpe-

In roboratis
non est fa-
uitas

O. A.
EIA. N.
* leuiore
enim in ex-
pectorum
mentes

Stobæus
fol. 705.

tuum est quod sequi conueniat. Siquidem multa latent in corpore ignota Medico, multa intercidunt propter peccata ægrorum & ministrorum.

*Iudicium
est diffici-
le.*

*Inisio In-
gure.
Iudicio po-
tius standū
quā exper-
tentiā.*

** Quæ ab-
que ratione
sunt, omnia
sunt curandi
quæ vero
cum ratio-
ne, omnia
decora.*

*In inisio
Artis Me-
dica.*

** hoc est,
aquæ im-
perfecta
sunt, cum
actio sine
ratione:
cum ratio
sine actione.*

9. Hoc sanè difficile: nam illa similia & dissimilia non facillè dignoscuntur: adeo ut in his sæpè iudicium fallatur. Ita quædam, quæ symptomaticòs eueniunt in lignis, putamus criticòs superuenire morbis. Et quoties causæ similes illudunt? imò interdum contrariæ. ta- ceo de corporum temperiebus. Quare Salustius scripsit. Magis naturæ industriam hominum, quàm vim, aut tempus deesse. Multa plerumque solitaria ratio suadet, quæ vsus coarguit. Quare accedat iudicio experientia: alioqui, ut ait Salustius, vtrumque per se indigens; alterum alterius auxilio eget. Potius tamen iudicio, quàm solitariæ experientiæ standum, ut asseruit, præter Galenum, sapientissimus Philo, ubi ait, * Τὰ μὴ σὺ λόγῳ, πάντα αἰσχερά. ὡσπερ τὰ σὺ λόγῳ, κόσμια. Crisis autem apud Hippocratè sumitur duobus modis, pro morbi solutione, & cum mutantur res ægrorum in melius, vel in deterius. hęc autem accipitur pro diorismo trium illarum rerum, quibus Galeno absoluitur definitio Medicinæ. Est itaq. magni temporis hæc discere, & difficilè in vsum ducuntur, ni vsus maturè accedat. & inutilis est vsus, nisi præceptis firmetur. quare præclarè hoc Naziansenus:

* ἄτελές ἄλογος πράξις ἢ λόγος ἀπρακτός.

Quare vetus poeta Afranius ita in Sapienciam scripsit, Vsus me genuit, mater peperit memoria.

10. Captando medendi occasionem, doctus vsu & ratione. In Medico requiritur sciencia medendi singularis: virtus summa, auctoritas, & felicitas propè diuina.

ἰgnorαντία, ἀνδραία, τῖμος ἴσας.
ethicè & physicè

II Relatio
obediē-
tia.

11. Parendo, & fideliter referendo: quæ
duo ægri officia sunt.

12. Ut pharmacopæi, clinicæ mulieres,
& chirurgi.

13. ac, lintea, stragula, lectus, odores,
nuncium, strepitus, & quæ sunt eiusmodi.

q. d. paciscor vobiscum hac lege, meos
Aphorismos veros fore, si nihil delinquatur ab
his tribus. Experientiam tamen, iudicio sta-
bilitam, vehementer commendamus: Nam
usus efficacissimus rerum omnium magister.
quin talibus experimētis, inquit Plinius, opti-
mè creditur. Imo, inquit Cicero, usus om-
nium magistrorum præcepta superat. merito
que hæc exclamat apud Homerum:

Res non Ma-
triales.

Digressio
& Experi-
entia bona
laus.

De Orat.

ῥεῖω καὶ οἶδα ἐγείσθαι
Ἐδὴλὰ καὶ τὰ χέρηα.

novi & scio singillatim
Qua bona, qua mala sunt.

Hæc sanè omnes artes protulit, ut ait Man-
lius, lib. 1.

Per varios usus artem experientia fecit.
Exemplo monstrante viam.

Sed quis eius parens? atas.

seris venit usus ab annis.

Ovid. 6.
Metam.

μαθήσκω, (dicebat Solon,)

δι' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.
Assidue addiscens, ad senium propero.

110

Ἐν τῆσι ¹ τετραχῆσι τῆ κοιλίης, καὶ τῶν
σιμέτοισι ² τῶν αὐτομάτως γινόμενοι-
σιν, αν μ ³ οἶεν δεῖ καθαίρειν καθαίρων-
ται, συμφέρει τε, καὶ ἀφόρως φέρουσιν.

Purgationis
securatio.

lib.

ἢν ᾗ μὴ, ὁ τὸναντίον. Οὕτω ᾗ καὶ ἡ ὁ κα-
 ρεαγείη, ὁ μὴ οἶη δεῖ γίνεσθαι γίγνηται,
 ὁ Συμφέρει τε καὶ ἀφόρως * φέρων. ἢν ᾗ
 μὴ, ὁ τὸναντίον. ὁ Επιβλέπειν ἔν δει καὶ
 ὁ χάρμω, καὶ ὁ ὠρμω, καὶ ὁ ἰλικίω, καὶ ὁ
 νέσες, ἐν ἡσὶ δει, ἡ ἔ.

ἡ χεσπ
 Mer.

In 1. Commotione & profluuiio alui
 non mediocri, & 2. vomitibus vltro ob-
 ortis, siquidem 3. qualia purgari oportet
 excludantur, confert, perferuntque
 alacriter. Sin 4. minus [conuenienter fe-
 rantur] 5. contra, [damnis etenim au-
 gentur.] Sic etiam vasorum 6. euacua-
 tio, si 7. qualem moliri necesse est fiat,
 confert. 8. feruntque ex facili. [& alle-
 uantur] sin minus, * contrarium illis
 euenit. 9. Despicere ergo oportet 10. re-
 gionem, 11. tempus; 12. ætatem, &
 13. morbos in quibus opus est, aut non.

Gal. ad
 Thrasyb.
 28.

Theorema hoc ab experientia est profectum. Labo-
 ranti admodum antiqua ætas hac in re, & ipse Erasistratus
 difficillimum esse dicebat, discernere inter ἐκκε-
 ρσιν & σπώτηζεν. Sed hoc theoremate Hippocrates deci-
 sionem adferens, nos prudentissimè ablegat ad eupho-
 riam & dysphoriam.

1. Nam latius patet verbū Græcum, quàm
 vt perturbatio eius vim explicet. significat
 enim exuperantiam validam. Et accommoda-
 tur

tur deiectionibus criticis & Symptomaticis. Hoc autem libro agit Hippocrates maximè de euacuationibus, siue vi naturæ, aut morbi, vel artificiosa molitione vsui venerint. Nam definiert Medicinam esse ablationem & adiectionem. De ablatione, Aphoristicas distinctiones inchoatur. & quo euentu hæc eueniant; & quibus cautionibus in vsum ducantur: & qua religione pharmaciâ, phlebotomiâ, & diæta ad hanc rem sit vtendum. Hic maximè de Purgatione agere videtur. Sed purgatio aliquâdo accommodatur menstruum profluuiis, & lochiorum à partu excretionibus: Propriè autem est eorum humorum qui qualitate in vitio sunt euacuatio. Humores enim quatuor modis in vitio sunt, qualitate, copia, mixtione, & viribus, & propriæ substantiæ corruptione. Duplex est purgatio, vniuersalis, & particularis. & vtraque triplex: critica, symptomatica, & artificialis. Critica, fit vomitu, sudoribus, vrinæ profluuiis, haimorrhagiâ, deiectionibus. Vniuersalis purgatio est, cum humor vnus aut plures, æqualiter toto educitur corpore. Particularis est, cum pars corporis sua deponit excrementa: vt cerebrum per nares, palatum, & aures. Artificiosa purgatio est, quæ fit artificiosa indicatione. Hæc artificiosa præscribitur ad quatuor, ad euacuationem circumflui humoris, ad reuulsionem, cum eò reuocamus humorem, vnde excurrit: vel ad deriuationem, vt cum fertur humor per loca ex euentu incommoda, vt si nares vlcere fuerint obsessæ, materiam eò fluentem ducemus in os: tandem ad coëffusionem, vt si ab imperfecta crisi restibilis fuerit materia morbifica, cui natura par non est, ei auxiliares porrigimus manus, hoc est, quod illa incepit peragimus, aluum ducendo, vel si ytero tentarit illa euacuationem

*Argumenti
huius libri.*

*Diffinitio pur-
gatio quid
significet.*

nem, menses prouocando, idem de sudoribus, narium profluuio, vrinarumque ductu intollige.

2. Quibus excluditur humor, qui in toto corpore in vitio erat. siue criticòs, siue symptomaticòs ferantur. Nam quicquid fit sine artificiosa molitione, dicitur vltro fieri.

3. Hoc est, si humor excludatur qui in vitio est. ita vt nulla ratio desideretur in humore qualitatis, quantitatis, excernendi temporis (vt si die critico) & modi. Tunc enim ea exclusio restituet œconomiã naturalem, quæ eius humoris præsentia impediebatur; & partes nutritioni dicatas ab omni iniuria vindicabit. Hæc accommodari debent ad omnia vacuationum genera. Vt humor fertur anarthopos vel catarrhopos, per loca lege naturæ commoda vel incommoda, intrò, foras, aliò quo oportet, κατ' ἴξιν. Vt in causo, per hæmorrhagiam morbifera materia iuueni καλῶς excluditur: seni, per dysenteriam. ita enim conuenienter naturæ fertur. Quæ etiam toto genere calamitosam ideam gerunt, sæpè vidi excrementa salutariter exclusa fuisse, sed cum euphoria abibant. Ita in mulieribus sæpè aeterna per febres deici vidi & euomi cum euphoria saluari. his lien ante in vitio fuerat. Hoc euenit Principi Auricæ in potenti febris: terrebat ipsa admodum; iussimus eam bono animo esse.

4. Si talis non critica, sed symptomatica fuerit purgatio: ita vt vi morbi fiat, labefacta naturæ vi.

5. non iuuat, Sed ægium labefactat.

6. Quæ artificiosa fit molitione, ad imitationem naturæ. κατὰ φύσιν Hippocrati ferè est, cibi abstinentia. hîc autem, κατ' ἐξοχλῶν, ea euacuatio, quæ medicamentis purgantibus suscipitur, Natura vacuat ea quæ ex vasis

in aluū influxere, propterea *το εαχλυ* appellat, sed Medicus euocat eos succos qui adhuc sunt in vasis, hinc est quod hanc vocet *καρνοσηλαρ*.

7. Si in hac nulla ratio desideretur qualitatis, nec quantitatis, nec vsus, nec temporis.

8. Expulsa morbi causa, vel reuulsâ causâ antecedente, aut derivata causâ coniunctâ. damnis augmentur: nam aestu incandescent, iactatione fatigantur quia materia cunctando putrescit: tum in Sympathiam trahit partes nutritioni dicatas, nam metastasi affligit. vnde etiam spasmus.

9. Præcedens theorema fuit experientia: sed hoc quod iam ponit est iudicij. Sententia Hippocratis hæc est. Naturæ molitio, in purgatione molitenda, est imitanda: quia Natura est sui diligens cōseruatrix. Sed videndum, num illa purgatio sit critica editaque naturæ vi, vel an Symptomatica; Prior enim est imitanda; nō posterior. Distinctio autem horum ab experientia pendet, quò Medicus hanc naturalem agnoscat; illam verò symptomatice. Docet enim hoc Aphorismo rationem experientia & iudicij, vt demonstrat, quod primo Aphorismo scripserat, iudicium difficile esse, & experientiam periculosam, proposito exemplo admodum perspicuo. Distinctio autem num purgatio sit illa critica vel symptomatica, consistit in effectiois modo.

10. Vt intelligas quid, quantum, quo modo, & quamobrem euacuandū sit, collineandum ad ea, quæ denunciant humorum in corpore dominatum. Inter hæc est Regio. nam vt ea fuerit calida, frigida, humida, aut sicca vel ventosa, & vt communis in ea, vicus ratio initur biliosa vel pituitosa, aut alterius facultatis, ita variis succis circumfluent corpora.

Cur Iudicium difficile.

Circumstantiarum ratio habenda est in euacuationibus molitendis.

3. Apr. 1.

11. Adde graues aëris mutationes. Nam mutationes insignes, quæ in ipsa tempota incidunt, & temporum defectiones, maximè pariunt morbos. Ventres mirum in modum mutat aër. Et æstate bilis; autumnò, melancholia fatigat corpora. Sed tamen stricto in frigore, ac ardenti in cœli æstu, ægrè ferunt purgationes validas ægri. Quare pharmaca his rationibus moderabimur.

12. nam senes & pueri pituitæ, iuuenes, bilis dominatu tenentur, alia ætas in sanguinem: alia est prompta in melancholiam. Senes & pueri, non grauibus pharmacis tentandi: quòd hi facilè exhauriantur: illi, quòd exhausti sint.

13 Num causam agnoscat venenatã vim; aut succum pepasmi capacem, qui que remediis naturæ vim augmentibus secreti, καλώς excludi possunt. Et ipsi fere morbi loquuntur suas causas, ardentes febres à bile, vt & tertiana: quartana à melancholia nascuntur. Intemperies sine materia, purgationem non admittit. Addite, partem morbo obsessam, & periodorum vicissitudines: & paroxysmorum ideas, ac modos. Tandem symptomata loquentur qui humores abundant. Ducuntur illa, ex corporis mutata qualitatè in colore, caractere, & mole. ita flauedine si fœdetur corpus, indicio erit bilem lasciuire: si plumbeo turgit liuore, frigidum succum in vitio esse denunciabit. Secundo, ducuntur ab excrementis; quæ examinantur in substantia, qualitate. vt si lenta & viscida prodeant ex corpore: pituita ibi molesta erit. Tertio, ex actionibus lassis, vt si pulsus celerrimè ac frequentissimè mouetur, contractioque si eius raptim fiat; calida à materia id fere euenire iudicabimus. Qui ergo succus corpus fatigat, is purgari debet; vt si serum sanguinis, inquit hic Galenus, modum

Morbi indicant rationem & symptomata.

modum excesserit, vacuetur. si flatus, excutiantur: si pituita, hæc, & non sanguis, educatur.

Firmissima Axiomata, demonstravit Hippocrates, in libro De Veteri Medicina, (ubi contra Gorgiam Leontinum, & discipulos Poli vindicat medicinam Æsculapidi ab iniuria nouæ illorum inuentionis, quæ solum iudicio absque usu nitēbatur) proficisci ex usu obseruatis rebus in corpore humano, & ex iudicio usibus illis confirmato. Quasi dicat, per varios morbos ex diuersis causis ortos, notatum est alios aliis excretionibus finitos fuisse præclare ad salutem: tu itaque cum arte inscitius abductionem humorum, talia educas, quæ in talī morbo nisi naturæ cum euphoria excludi solebant. Sed agitur etiam Hippocrates hic de copia educendi humoris? Respondemus, cum Medici dicant copiam peccare humores, plerumque intelligunt succos probos, cum solā copiam in vitio sunt. Qualitate verò eos in vitio esse afferunt, etsi id non fiat absque quantitate, attamen cum potissimum qualitate in vitio sunt. nam eorum copia minimè pressisset naturam, nisi qualitas praua fatigaret. Quale itaque est purgandum: quantum autem vacuandum alio modo.

*Iudicium
de usu
Axiomata
pariunt.*

*Num de copia
hic agatur
educendi
humoris.*

III.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἰ ἐπ' ἀκρὸν
 ὁ δὲ βίαιος σφαλερός, ἢ ἐν τῷ ἐχάτω
 ἔωσιν ἔδ' δύναν. ἔ μένειν ἐν τῷ αὐ-
 τῷ, ἔ δ' ἀπρεμέειν. Ἐπεὶ δ' ἐκ ἀβ-
 μέειν, ἔ δ' ἐπὶ δύναν. ὅτι τὸ βέλπιον

Phlebotomia secunda.

B

ὅτι

αὐθιδόναι, ⁶ λείπει δὲ τὸ χεῖρον. Τε-
 τῶν ἔν ἐνεκεν, τὴν δὲ ξίλω λύειν ⁷
 συμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν
 ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. ⁸ Μηδὲ τὰς
Συμπλάσας ἐς τὸ ἔχατον ἄγειν, ⁹ σφα-
 λερὸν γὰρ ἀλλ' ὀκοῖν αὖ ἢ ¹⁰ φύσις ἢ τῶ
 μέλλοντι ¹¹ ὑπομένειν, ἐς ¹² τῆτο ἄγειν.
¹² ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσεις, αἱ ἐς τὸ
 ἔχατον ἄγεται, σφαλεραί καὶ πάλιν αἱ ἀνα-
 θρέψιες αἱ ἐν τῷ ἔχατῳ εἶναι, σφαλεραί.

I I I.

1. Atletarum Euexia quæ 2. ad sum-
 mum (distentionis) euasit, 3. periculo-
 sa: [natura] enim 4. suo statu manere
 non potest, neque ociosa quiescere. 5.
 Post quam ergo in ocio non sit, nec iam
 tum ad eius bonitatem quicquam ad-
 iungi cum possit 6. restat ut labatur in
 deterius. Quo fit, ut talem euexiam sine
 cunctatione 7. soluere oporteat, ut cor-
 pus, [redintegratâ nutritione,] iterum
 augetur. Nec 8. tamen extrema inanitio
 est molienda, qua vasa omnino concidant, illud enim periculi 9. plenum: sed
 cuiusmodi, natura 10. fuerit eius, qui
 perferet eo usque 11. educendum. Por-
 ro 12. autem ut vacuationes ad summum
 ductæ periculi plenæ sunt: Sic rursus
 summæ refectioes, periculosæ.

Et

Et alibi ait, *athletæ*, quos ab *exercitatione gymnastica* appellamus, bonam *habitudinem* non habent. Et Plato *inutilem athleticam molem* dicit. Huic sanè constitutioni quanto plus accedit, eo plus periculi accedit: & securitatis decedit. *Quicquid enim ad summum pervenit*, inquit Seneca, *ad exitum properat*. Ignis quo clarior fulsit, eo citius extinguitur. Hinc dicebat Cornelius Celsus, si plenior quis & speciosior, & coloratior se ipso factus videatur, suspecta habere sua bona debet. Sed causam iam videamus, cur habitissima hæc constitutio, tanti periculi sit. Imprimis metus est, ne tenellula illa vasa (in quibus seruet sanguis) partium spirabilium, ac hepatis dehiscant: vel ne extincto calido nativo, nimia sanguinis ab ubertate, præcipiti virium lapsu rapiantur homines: vel ne interceptis carotidum viis, spiritus vitalis aditu ad cerebrum prohibeatur: unde parva apoplexia si conferatur cum ea, qua fit, ab interceptis spiritibus animalibus: dum hi exitu prohibentur à cerebro.

Athletica plenitudo cur periculosa.
De euexia
cap. 3.
De Reipub.
2. lib, 2.

1. *Euexia* est sani habitus perfectio. Quando absolutè *euexia*, & citra actionem ponitur, semper in bonam partem accipitur; cum addito verò in malum, ut hîc additur *athletarum*. Non docet hîc Hippocrates ex proposito, rationem curandi *athletas*: sed rationem curandi per *venæ sectionem*. Mos est Hippocratis, ut proposito familiari exemplo, rem quam docere velit evidentissimè ostendat.

Euexia quæd.

Hippocratis mos.

2. Quibus turgent vasa totaque corporis moles à circumfluo sanguine. Quod ut *athletæ* vasta corporis gaudeant mole, propterea quæ largæ manu pastam cum ineant, ventriculus bene concoquat (quia partes quæ circumstant validæ & solidæ sunt,) digestio fiat ex facili, per tenuia intestina ac venas mesarthaicas: Sanguinis autem generatio, appositio, & agglutinatio si hæc consequantur, metus erit ne habitus ille nimium impleatur,

Gal. De Bona habitudine cap. 3. Athletarum corpora.

vt locum non habeat tandem, quo appositum contineat. Quod Athilæ regi Hunnorum perhibent euenisse: qui vna animum cum sanguine euomuit inter pocula.

Athleta
ridiculi.
Plutarchus
in vita
Philopæm.

3. Propterea magnus ille Græciæ dux Philopœmen athletas derisioni habuit cum ignominia & probis. Vtpote qui vasta corporis gauderent mole, quæ ad res gerendas & ad sanitatem tuendam est incommoda. Quamuis enim, vt præclare Liuius ait, præualida corpora ab externis causis tuta videntur: attamen suis ipsa vitibus onerantur. Quare rectè Quintilianus, Prauior omni fame Sagina. Gladiatoriam hanc Saginam exagitat admodum Galenus.

Partes obesse
contam partem
tes quæ in o
nera.

In Meg-
ροπικῶ
λόγω fol.
2. & præ-
cedentibus.
cap. 7. C.

4. Propter affluxus & effluxus perennitatem. Nam ea naturæ siue animæ vis est corpori concessa à summo Deo, vt id conseruet, quod habet: nimirum corpus, ea ratione qua habet nutriendo; quod fit coquendo & assimilando succos nutricios. In hac officina occupata est perpetuo natura. vnde cuncta gyrat & voluit. Hoc dicebat etiam Euripides, *πῶ-
αὐτὰ τὰ βροτῶν ἐστὶν ἐν ταύταις μὲν*. Eleganter etiam propugnator ille christiana pietatis Arnobius. Quicquid fulcitur rebus extra-
meis; necesse est esse mortale; & habere ad periculum viam pronam, vbi aliquid cæperit deesse quo viuitur.

Inixio libri
septimi ad-
uersus
Gentes.

5. Nihil enim in hoc mundo, suo statu permanet. luna, & quicquid sub ipsa, varia idea ludit. Vnde Lucanus,

*In se magna ruunt. Latius hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.*

v. lib.

Ira fato placuit, inquit Seneca, nullius rei eodem semper loco stare fortunam, Nihil enim mutationis periculo exceptum, non terra, non calum, non totus hic omnium rerum conte-
xtus,

xtus. Certis eunt cuncta temporibus, nasci debent, crescere, extinguui.

*calor peris
triplici de
causa.*

6. Omnis enim calor perit triplici de causa, ubertate nutritus, vel nutritus ab inopia, vel euentatione cum priuatur: adde contraria vel violentia rei occurfu. Id conspicuum est in flamma elychnii. Si enim oleo fraudetur vel ab eo si obruatur, vel si cucurbita ei iniiciatur, vel aqua affundatur ei copiosa, extinguuitur.

7. Laxabimus talem habitum copiosa euacuatione, maximeque Phlebotomia, hoc est, larga sanguinis emissione. Videmus ex corporibus bene habitis, per vulnera, incredibilem interdum sanguinis copiam efferti sine noxa. Illustrissimus Aurantia Princeps Guilielmus Nassouius Antuerpia à latrone laesus sclopeto in collo, ita vt iugularis vena magna illa maximam copiam sanguinis funderet per plurimos dico dies, cum cottidie plurimas libras sanguinis emitteret, saluis viribus eua sit. Non enim potuit fisti illa fluxio tandem quidam strepto digestiuo illito ac inuoluto colothare id perfecit.

Historia.

8. Non tamen eo vsque id agendum, dum præceptis omnium viriū incidat lapsus: vel dum sanguis ex tota œconomia corporis abducatur: nõ enim is ex habitu corporis duci debet.

*Sanguis
quoniam
abduci non
possit.*

9. Inde enim metus erit apoplexia, synopes, ac exhaustionis calidi natui, vnde atrophia, & decoloratio.

10. qualis intemperies fuerit corporis: & qualibus humoribus sit circumfluum corpus. qualis habitus textura, nam densa duraque corpora ferunt ex facili venæ sectionem.

11. Hoc est, indicatio copiae educendi sanguinis non solum est accipienda ex affectus præter naturam magnitudine, sed ex inspecta ægri natura comuni & propria: eaque insita

*Seopi omis
tendi san-
guinis.*

vel aduentitia, in temperamento, habitu, humorum dominatu, consuetudine, atque diæta. Hoc est, quantum vires ferant, est perpendendum. ut in Synochis, cum ad lipothymiam vsque effluere sinimus, si vires id admiserint. Ita veteres sex libras eduxere: hoc est uncias septuaginta duas. Nos idem egimus aliquando: sed in summa symptomatum pleuriticorum vehementia, cum virium robore.

Exhaustio

12. Summa enim ac præceps illa immutatio œconomiae nutritæ, vires pessundare solet. Hactenus de tutela sanorum in circumfluuo sanguine, qua. n. cautione ille abduci debeat. iam de ægris agit. q. d. Ut hi qui habitissima corporis constitutione sunt præditi, non extrema inanitione sunt exhauriendi: ita multo minus cæteri homines vacationis indigi.

IIII.

Αἱ ὀρεῖαι καὶ ἀκρίβεις διαίτης, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι αἰσὶ πάθει, καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι, καὶ μὴ ὀπιδέχει, σφαλεροῦσι. Καὶ πάντα αἱ ἐς τὸ ἕχρατον λεπτοῦσι ὀρεῖαι. Καὶ ὅτι αἱ πλεονάζουσιν, αἱ ἐς τὸ ἕχρατον ἀσθενέουσιν, καὶ χαλεπαῖ.

IIII.

Diætæ 1 tenues & 2 accuratæ cum in morbis 3 diuturnis in totum 4 periculosa, tum etiam in 5 acutis morbis,

παρεὸν Πορεῖα longæ,
sed παρῆς.

bis, maximè si 6. loco & iure non præscribantur. Iterum 7. extremè tenues diætæ 8. periculi plenæ. Nam & renutritiones quæ ad summam peruenerent, 9. periculo plenæ.

Hippocrates qui Medicinam definierat esse ablationem & adiectionem ab ablatione, (qua occasione ea in usum sit ducenda) auspicatus est hos Aphorismos. Nam acuti morbi pendunt à materia auferenda: Ea autem auferitur purgando, sanguinem educendo, ac crissim promovendo coctione ac virium tutelâ: quod obtinemus à diætâ rectè instituta ad ideamque morbi comparata. Ac demonstrat tenuem accuratamque diætâ, decantatam ac summè etiam probandam per morbos acutos, in illis tamen periculosam esse, si loco non adhibeatur. Scopus Hippocrati est, ut Diætâ præscribas in qualitate, quantitate, & occasione. Significat Diætâ victus rationem qua suscipitur edendo, bibendo, & vitâ instituto. Diætâ autem vel victus ratio multiplex erat antiquis; φαύλη, ὑπὸ φαύλη, & σκευοῖν qua etiam ἀπερὸς dicebatur. Diætâ φαύλη, opponitur τῇ ἀπερὸς hoc est accurata. Erat enim hæc qualibet, facili ac vulgaris, nec magni negotij diætâ, simplex, susque deque habita: dum modo salis, modo asu utimur: modo saturi, modo semisaturi. Diætâ vero ὑποφαύλην vocat Hippocrates subvulgarem, mediam inter accuratam & vulgarem, estque τῆσιν hoc est, medicis, qua ptisana, oleribus, piscibus mollibus, cucurbita, obsoniis liquidis constat; non valide natura, sed vulgaris, attamen cum delectu; ut si tantum bu die cibum capiamus. Si semisaturi de mensa decedamus, ἀπερὸς succo ptisana vel melicrate constabat. Diætâ autem tenuis est triplex, tenuis simpliciter, tenuissima, & exquisitè tenuissima. Exquisitè tenuissima debetur hu morbo qui quarto die finitur, & hæc est abstinentia in totum: modò ager ferat. Tenuissima diætâ præscribitur hu morbo, qui septimo die suam ab-

Ratio Or,
Dimp.

Diætâ
multiplex
antiqua.
vulgatis
diætâ.

Subvulga-
ris diætâ.

Diætâ
tenuissima
plex.

luna historia. hac utitur meliscrato, oxymelite, succo
 ptisana. Tenuis simpliciter diata, debetur illis morbis
 qui in decimum quartum diem excurrunt: ptisana in-
 tegrata hic dicata est. Si longius excurrat morbus, appel-
 latur is, acutus ἐν πύκνωσις, hoc est, ex degenera-
 tione. hic ita dicitur dum quadragesimum diem attinge-
 ris. huic prabetur ptisana integra. Qui ultra hos re-
 panti, longi vocantur.

1. Ut si ptisanæ colatæ porrigatur exigua
 copia, semel in die. ut sit dum vigor in pro-
 cinctu est, & etiam mox à crisi. Nam ut fuerit
 motus morbi, ita tenuari diata debet: nam
 semper medicus ad vigorem morbi futurum
 collimare debet. Si ita anxie morbus premit
 naturam, ut mox vigor futurus videatur (ut
 tertio, vel quarto die ad summum veniat:)
 ilico inedia præscribatur. Attamen ea cautio-
 ne ut æger illi par sit. Quare collinea etiam
 ad vires. Quod si vires non ferant tantum in-
 diam: ilico, hoc est primo die da forbitio-
 nem: ne cogaris cum ad vigorem ventum est,
 cibum dare ob fractas vires. Hoc est igitur
 quod dicit periculosas esse tenues diatas in
 morbis acutis.

2. Scilicet morbo & eius causæ dicatæ,
 ut hydromel accuratè convenit pleuritidi,
 nam meabiles facit pulmones, expectorata
 promouet.

3. scilicet ultra decimum quartum diem
 protensis crudos morbos hic considerat, non
 acutos ἐν πύκνωσις. Ea enim lex teneri de-
 bet historię præscribendæ diatæ in historia
 morbi, dum perseverat, ut ineunte morbo à
 pleniore manu veniatur ad parciores usq. ad
 statum. A statu contra, à parciores ad pleni-
 orem. Ne postea, appetente crisi, cogare alexe,
 cum iam hoc non decet.

4. qui cum magnitudine & vehementia
 clericet

celeriter sua percurreunt tempora vniuersalia, siue hi morbi acuti sint febres essentielles, siue cum febre coniuncti, vt phlegmones.

5. Quia progressus fieri debet, à pleniore manu, ad tenuiorem: quò integris viribus, per inediam, morbi vigorem summam transfigat. In vigore enim de cibo vereri oportet. ergo ante vigorem plenius ægri habeantur. Quare si prolixius aliquantulum excurrerit morbus, vt in septimo vel decimoquarto die ad vigorem veniat; & si primis diebus æger fraudatus fuerit suo genio, quo quæso modo vigorem per inediam transiget?

6. Quamuis, inquit, morbo dicatæ sint illæ tenues diætæ, tamen periculum habent, nisi commodè & opportunè in vsum ducantur. Nam accurata, inquit, diætæ si non conuenienter præscribatur, nocua erit, vt hydromel est tale, vt ad accuratam pleuritidis diætam spectet. Nam alas pulmonum expandit, expectoratum attenuat, vires firmat, adeoque omni hac efficacia pleuritidi conuenit: non tamen conuenit omni pleuritico. Si enim is fuerit picrocholos aut megalosplachnos, noxium ac perniciosum erit melicratum: quamuis alioqui foco morbi & ipsi morbo sic dicatum. Nam ita non adhibebitur conuenienter cuiusque naturæ nec maioris affectionis habita ratione. Natura enim indicat sui conseruationem, vt morbus sui depulsionem. De naturæ autem conseruatione nuuc agit. Is enim nobis esse debet scopus, vt æquè cum morbo pugnemus, atque naturæ studeamus. Illud autem obseruabile est Accuratam diætam duplicem esse, vna quæ sanis adhibetur: vt si quis certâ mensurâ & numero cibos capiat, nec latum vnguem ab ea regula discedat: huius meminit proximè sequenti Aphorismo. Alter est accuratus victus, qui præscri-

*Accurata
diætæ.*

bitur accurata copia & specie, qui morbo & eius foco dicatus est, atque naturæ communi tuendæ. Sic, ut iam dixi, melicratum est pleuriticis accurata diæta, quia nutrit, & materiam parat ad exclusionem, & pulmonum lobos expandit. Tenuis itaque diæta iure non adhibetur, quando non habetur ratio peculiatis naturæ, & maioris ut mox dixi, affectus. Tenuis victus loco non adhibetur nec tempore, per morbus acutos primò, si morbus acutus sit cum virium infirmitate secundo, si quidem morbus acutus sit cum virium robore, sed cum infirmitatis metu. tertio, si ex sicco, factus sit humidus. Nam si integre sint vires, sine infirmitatis metu, & morbus peracutus, in ediam præscribemus. si vires prostratæ. aut robustæ quidem, sed cum infirmitatis metu. hoc est, si homo sit obnoxius syncopei, in initio statim genio fruatur, habita primum provisione totius enemate aut phlebotomia. Si iam humidus sit factus morbus (eo enim sicco existente curationi potius operam dabimus) cibum offeremus ad laterum robur. si hic tenuem præscripseris, lædes.

7. Ut omnimoda alimenti abstinentia.

8. Si præscribatur incunte morbo, qui non citò venturus est ad vigorem. vel in picrocholici, hi enim non ferunt in ediam: vel si qua ex causa adsit infirmitatis metus. Nam ita, ad crisiã, post tridui in ediam, cogentur ad cibum.

9. repentina œconomix naturalis immutatione in temperamento, habitu & actione: unde cruditates ab oppressione. Et sanè natura repentitam mutationem ab ocio ad negocium ægerrimè ferre solet.

q. d. Quid igitur fiet, si primum in morbo acuto fraudaueris ægi genium, mox, cum,

ad

ad vigorem ventum fuerit, si tunc subito cibum dare cogaris. Si quis subsultim legat hunc Aphorismum, existimet Hippocratem reicere aut accusare dietam tenuem & tenuissimam. Minimè: hanc enim summè laudat ubiq. hac enim nihil felicius præscribi potest in morbis acutis & acutissimis: imò necessariò his debetur talis victus. Sed iure & loco præscribi debet: quod si id non fiat, erit periculi plenus tenuis victus. Quasi dicat, Discipuli, audiuiſtis me in schola hac Æsculapidium, semper celebrantem & decantantem summam vim, & necessitatem dietæ tenuis & tenuissimæ per morbos acutos: tamen caute ne eam præscribatis, nisi iure & loco. Quia quamuis accurata ea sit, tamen periculum inueniet, nisi iure & loco in usum ducatur. Nec alia dieta tamen præscribi debet in morbis acutis, quam illa tenuis. sed vt dixi, tunc salutariter præscribetur, cum iure & loco imperatur.

Tenuis dietæ
viliſſi-
ma est.

V. *Dieta mūtanda, ραί,*
latin mūtanda.

Εν τῆσι ¹ λεπῆσι διαίτησιν ² ἀμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον ³ βλάπτονται. ⁴ Πᾶν γὰρ τὸ ἀμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεθαι μᾶλλον ἐν τοῖσι λεπῆσι, ἢ ἐν τῆσιν ὀλίγον ἀδροτέρησι. Διὰ τὸτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καρδιακῆαι καὶ ἀκείβηες διαίτησιν, ὅτι τὰ ἀμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. ⁶ Διὰ τὸτο οὐκ αἱ λεπταὶ καὶ ἀκείβηες

Tenuis dietæ
impropi-
ne præscri-
pta damno-
sa est.

et in tenuibus
leptis.

βέες

βίαις διαίτῃ 7 ῥαλεραῖς τὰ 8 πλεί-
στα 9 μικρὸν ἀδρύτερον.

V.

Quinetiam in diætâ 2 tenui in 2 vi-
tîo sui sunt ægri, propterea damnis au-
gentur 3 Omnino enim magis tenui
diætâ, [loco non adhibitâ] quàm paulò
pleniore peccatur. 5 Quæ causa etiam
est cur tenuis admodum stâta & accura-
ta diætâ, sanis etiam sit periculosa, quòd
eius delicta grauiùs illi ferant. 6 Ergo
tenuis accuratâque diætâ 7 paulo ple-
niori, in 8 plura, est periculosa 9 ma-
gis.

*Non excludit hoc Aphorismo diætâ tenuem sim-
pliciter: (est enim hac summè necessaria morbis in
acutis) Sed tenuem non suo loco præscriptam. Locum
autem habet ante morbi statum dum enim sensim eo
venitur, sensim à pleniori victu ad tenuiorem pro-
gressus fieri debet. Quare si morbus aliquantulum lon-
gins excurrens, vel si agor inedia impatiens fuerit (ut
si picrocholos fuerit) & imbellis, si incunte morbo te-
nuem præscripseris diætâ, non poteris integris viri-
bus ad vigorem venire, nec, ut decet, vigorem sine
sibo sustinere. Vult paulatim diætâ mutari.*

*Indicatio 3
vitiis.*

1. Si inconsideratè præscribatur, non rectè
perspecta morbi specie eiusque motu, ita vt ne-
sciant vigoris tempus: neglectâque ægri natu-
ra ac robur si fuerit. Ita enim, ad vigorem
dum ventum fuerit, in cibum cogimur graui
cum noxa. indeque calamitosi euadunt mor-
bi, qui suâ naturâ perasmi capaces erant: id-
que

quæ non aliunde, quam quod non suo loco æger tenuiter habitus fuit. q. d. Si morbus fuerit acutus, & imbecilles vires, cui succurrendum? viribus. Nam tenuis victus vires aliquo modo minuit.

2. Mutatione communis & peculiaris cuiusque naturæ & consuetudinis. Cùm enim à diætâ tenui inconsideratè præscripta, ad pleniorē se conferunt ante pepasum seu crisin. Ac si diceret; diætâ tenuis loco non adhibita, hoc est, cum nescias quando vigor morbi in procinctu erit, nec de robore ægri si tibi constat, periculosa est: Quod cum progressus fieri debeat à pleniorē victu ad parciorē .n. cum vigor in procinctu est. hinc contra tu agas, & male. nam post biduum vel quatrimum dum ad crisin ventum fuerit, plenius nutrire debebis, ob titubantes vires. Propterea summus medendi præceptor in libris De morbis acutis scripsit, minus damni illos inferre, qui incunte morbo Cyconia (hoc est pessimum cibum ex variis rebus coactum) præscribunt: quàm hi, qui ad vigorem dum ventum est, ptisanam (hoc est optimum cibum) ægris offerunt. Vehementer enim hi, (non loco præscriptâ diætâ pleniorē) percellunt etiã ventriculi actionem, habitum & temperamentum. Deinde ratione etiã consuetudinis in vitio sunt, quod enim venter iam biduum aut triduum feriatus, subito ab ocio ad negocium .n. ciborum coctionem, cogatur.

3. Ratione sui, nam, præter vim morbi, plurima sibi accersunt funesta Symptomata, cùm ab inopportuna inedia, subito in cibos coguntur. hinc etiã vigiliæ, morbi pepasmo contrariæ; crebri micantes ex oculis ignes aurium flatus sonori, manuum tremor, sudantuncula.

4. Incunte videlicet morbo. quia defraudatum ventrem cibo & potu, ad crifin (vbi minimè cibus deberet dari: fed iam ob præcedentem inedia[m] neceffario datur) dum venit, exercet: cùm id minimè deberet fieri. Exempli caufa, Qui incunte morbo vefcuntur cibo fufque deque habito, peccant: melius enim fibi confulerent, fi optima diata vterentur. Non tamen tam peccant, qui ea incunte morbo, pleniore manu vtantur: quàm qui poft tenuem diatam inconfideratè præfcriptam, tertio vel quarto die cogitur, ob genium fraudatum, cibum fumere optimum, qualis eft ptifana.

5. q. d. Si fanis quoque temporibus inutile eft, iuxta inedia[m], ediffe, vbi aliqua neceffitas famem fecit: quantò inutilius eft in corpore quoque ægro? Tenuis diata fanorum hominum eft, vt eft, fi quis femifatur è menfa difcedat. Stata diata eft, fi quis femel die cibum capiat. Accurata diata, fi naturæ consentaneis vtatur. Mutatio ergo tenuis diatæ erit, fi quis folitus femifatur furgere, nunc fe ad fatietatem expleat. Statæ mutatio erit, fi femel edere confuetus, bis cibum capiat. Accuratæ mutatio erit, fi naturæ consentaneis & fimilibus vefci folitus, vt imbecillibus, nunc fortibus vefcatur. Et quia tales fani homines qui ftata & accurata illa diata vtuntur, eam iam pro lege naturæ habent: fi eam violarint, læduntur. Affliguntur à tali diata ægri, nam vires inde fatifcunt, & homines non ferunt fubitariam illam ciborum mutationem.

6. In quibus fit progressus à parciore manu, ad pleniorẽ: cum contrarium fieri deberet.

7. In quibus fit progressus à pleniorẽ manu, ad tenuiorẽ.

*Tenuis diata quid fit.
Stata diata quid.
Accurata diata quid.*

8. Scilicet incommoda impingens vel peccans. vel, in plura incommoda sunt. Quare cum rari morbi sint, in quibus citra periculum tenuissimum victum instituas: erit sanè ut plurimum periculosior.

9. Quia grauis semper mutatio est ab ocio ad negocium, ratione morbi, & ægri. nam cum ventriculus iam per biduum vel triduum non coxit, nec turguit à cibo, neque maduit, iam subito hæc cuncta subit. natura, cum enim ad crisin venitur, auertitur à mitigatione ac exclusione materiæ morbificæ, ad coctionem ciborum. Sed in mediocribus morbis, vbi mediocti victu vtendum, vbi exactam illam diætæ instituendæ regulam non satis compertam habet, in parcitatem inclinare præstat: facili enim quid adieceris.

VI.

Es ὅ τὰ ἑξάτα νοσήματα, αἰ
 2 ἕξαι) Ἰσπαῖωναι ἐς ἀνεβάλω, καὶ
 τισυ.

In adia vbi locum.

Salu. l. 2. c. 3. de Re Medica.

VI.

per morbos op. homo intelli
 est perper accidens, qui quid
 iudicantur.

Sed tamen ad morbos I / extremos,

2. extrema ad vnguem curatio præclare
facit.

accurate.

semper
 site exte
 ma.

Quasi dicat, Ne quis existimet à nobis damnari tenuem victum in morbis acutis. hac enim, & nullis aliis hic dicata est. Correctio hic est quodammodo præcedentis Aphorismi. Docet enim nonnunquam cibi abstinentiam præscribendam esse. n. in illis morbis, quorum historia breuis est futura, ut si tertio vel quarta die, robusto agro, sit finienda. Galenus de hoc themate contra Erasistratum disputat. Ille enim hoc euertere conabatur, volens à leuioribus inchoandam curationem.

5. Meth. 16.

Verum

Verum quidem id esse in iis morbis, qui dant inducias fatetur Galenus; ut si sit pugnandum cum quartana, cum hydrope. Sed cum morbus non dat inducias, & agri si sint in mortis periculo, usum habeat hoc theoremata, Extremis morbis extrema debentur remedia. Dicuntur autem extremi morbi, qui summè naturam oppugnant, non autem expugnant. quia desperatis non sunt adhibenda remedia, coniungatur hic Aphorismus cum sequente.

1. In quibus symptomatum plena sunt omnia. Ut qui oriuntur à Symptomata trāslatione, dum effunditur praua materia, à parte ignobili, in partem principé, cuius partis officio vita carere nequit. vel qualitate venenata calamitatem qui minantur. aut impedimento nobilis partis funesti sunt: vel causarum magnitudine, aut symptomatum vehementia terribiles.

2. Ut diæticæ, pharmaceuticæ; & chirurgicæ. Contrariorum enim æquali excessu pugnandum est cum morbo. Ita aliquando vsu erit diæta quàm tenuissima, pharmacia exquisita, & crudelis chirurgia.

VII.

Οκεί μὲν ἐν κατόξῳ τὸ νέζημα, αὐτίκα τὸς ἑχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῆ ἑχάτως³ λεπτοτάτη διαίτη ἀναγκαῖον χεῖ-
 εῖσθαι. ὅκμ⁴ ὅ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεθαι ἀδρο-
 τέρως διαίτῶν: Τὸ σῶτον ἰσοκαταβαίνον,
 ὁκόσον ἂν ἢ νῦν κοσμητικώτερον τῆ
 ἑχάτων ἤ.

Ergo

VII.

Ergo si morbus sit ¹ peracutus, in promptu ² laborum sunt summa omnia, ac tum quàm ³ tenuissima diætâ est utendum. ⁴ Quod si non est (morbus peracutus) ut pleniori diætæ locus sit; Pro eo [à tenui diætâ] discedendum, ut morbus extremis fuerit leuior.

Quasi dicat, Sed ne qui putet diætâ pleniorē tenui antepone dâem, proferam quod pro concessio habetur à Cnidiorum magistris medendi, qui dicebant magnam mutationem, magna mutationi esse opponendam. Ita ratiocinatur, ubi cumque laborum summa sunt omnia, inedia est utendum. Sed hoc evenit in peracuto.

1. Ut si actionem tollat perquam est vita: ut Syncope, phrenitis ardentissima, parotitis in iuvene, pleuritis in sene.

2. Nam celerrimè suam absoluunt historiam, celerrimè que veniunt ad suum statum, in quo Symptomatum, incidentium & iudicantium sunt omnia summa.

3. Nimirum tota morbi historia, ad tēpus usque ipsius crisis, & ad diem pepasmi. Nam est eadem causa pepasmi & pepleos, nimirum natura. Cumque utrumque eodem tempore efficere non possit, potius ad pepasium quam ad pepsin conuertenda hic ea natura videtur. Quia potius pugnandum hic est cum morbo, quam naturæ studendum. Huc accedit, quod si exhibeatur cibus cum Symptomatum æstu, id est vehementia; mutuas illa duo, cibus & symptomata, operas prestabunt, idque in ægri perniciem. Ut ptisana in Pleuritide sicca. Nam cum cogitur ad cibum

coquendum, cum causam morbificam domare atque excludere deberet, dimidiatis quasi opibus ita destituitur natura. Quare etiam à cibi auersione symptomata ingravescunt.

4. Hoc est, progressus facere oportet à pleniore diæta, ad tenuiorem, pro historia morbi, & viribus ægri: quo integris viribus æger ad vigorem veniat, ut tunc, cum iure debet, loco abstineat à cibo: alioqui fractis viribus, cadet, in longiore morbo: vel cibum cogere dare in vigore, quod minimè decet. Virium maximè ratio habenda. ita Galenus hic, in exquisitè peracutis, concedit aliquid succi ptisanæ, vel melicrati; & hanc tenuissimam diætam vocat.

VII.

Οκόταν ὃ ἀκμάζει τὸ νόσημα, τότε

In statu
non peracutis
endiam. ne

χρησθῆται τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον

natura est.

avocetur a

crisi vel lancostias

causæ Mor

bificæ Ma

tenet.

VIII.

At verò cum efflorescit morbi status, cumque ille viget maximè, i. tum peracutissima diætã uti fuerit perutile.

1. Ne cibo ad pepsin natura conversã, à pepasmo & crisi avocetur. Ut enim ex perspicua historia morbi, modò tenuis, modò alius exhibetur victus, sic in omni morbo, siue longo siue brevi, quam tenuissima diætã in statu est utendum. Ac si diceret, in peracuto morbo, ut tota morbi historia quam tenuissima diætã est necessaria: ita in aliis, cum ad vigorem ventum fuerit; progressu convenienter

nienter facto ex perspicientia historiarum morbi, & virium ægri. Quia, qua ratione peracutis totâ historiâ sit ea tenuis diæta necessaria, eadem ratione utilis hæc est in statu aliorum non acutorum. quòd natura potius sit conuertenda ad pepsismum, quam ad pepsin. Vis enim morbi affligit magis naturam, quam exhausti ratio: ideoque ad expellendum morbum potius conuertenda est natura. Eo etiam tempore sunt maximæ phlegmasiæ. est enim vigor nihil, quam morbi maximum symptoma. Progrediendum itaque à victu pleniore ad parciolem: paulatim deducendo Agit enim hic de diæta tenui. Dicet, quis, Hippocrates tamen in pleuritide vbi ante vigorem expectoratum præcedit commodè, auget cibum, & quo plenius id expectoratur, eò liberalius vult vt quis pastum ineat. At ad vigorem maximè procedit expectoratum: Igitur tunc plenius nutriendum esset; quod huic Aphorismo repugnat. Respondemus. In vigore abstinendum à cibo esse. vbi vires materiæ copia & agitatione opprimuntur. Non autem vbi vires ab exhaustu premuntur. Nam tunc etiam in vigore ipso præscribit cibum Galenus. Non enim infirmitas doctum Medicum terrere debet, sed causa infirmitatis. Causa autem infirmarum virium est oppressio, vel exhaustus. Cum itaque iam in pleuritide expectorata apparent, metus est ne vires cadant ab exhausto: itaque quo plus expectoratur, eò plus à cibo adiiciatur.

Vigor quid.

1. Aph. 70

Dubitatio

1. Acut. 26.

10. M. 10.
NB.

IX.

Σωτηρικαίρα δὲ ἢ χεὶνὴ ἢ νόσος, ἢ ἔξαρκέσαι τῆς διαίτης εἰς τὴν ἀκμὴν ἢ νόσον, καὶ πότερον ἀκμῆς ἢ ἐπιπύσεως

A viribus indicatione

δήσουσιν ἄλλοτερον καὶ ἕκ' ἐξαρκίως τῆς διαί-
της, ἢ ἢ νῦν ἄλλοτερον ἐπιδείξουσιν καὶ
ἀμβλαυεῖ.

restandatur.

I. X.

1. Sed vnâ scienter colligere oportet, an æger 2 tali diætâ ad morbi vigorem sufficiat, ac 3 num prius ille deficiat nec ei 4 satisfiat diætâ: an verò morbus ante frangendus, 5 atque confidat.

1. Vna scilicet cum morbi historia: cuius distinctio ex speciei & individui ratione peti debet. Colligitur ex symptomatibus. ut ex corporis mutata qualitate, in colore, charactere, & mole: & ex mutatis actionibus cerebri, cordis, hepatis: tum ex iis quæ excernuntur: in quibus examinatur substantia, qualitas, quantitas, modus tempusque excernendi. Adhibita diligenti distinctione signorum, causarum, corporum, similibus vel dissimilibus. τεκμερίων est ex signis tecmeriis aliquid colligere. Tecmerium autem signum est. signum syllogisticum, quo posito, necessariò aliquid sequitur: ut peperit, igitur concepit: & ut ait Poeta, Et iam summa procul villarum culmina fumant. Ex his signis Tecmaris absoluitur. Est autem Tecmaris, bene atque viritim medendi ratio: hoc est, in quibusque & in individuis regula.

2. Hoc est, tecmeriis ex signis colligere debemus, nū æger tenui aut tenuissima diætâ. illabefactis viribus, ad vigorem morbi perueriat. Propterea perlustrabimus an vires ægri cum securitate ac sine metu infirmitatis sint valida. Vnde id noscemus ex communi propriaque

que

τεκμερίων
καρπύων

Tecmaris
quid.

que ægri natura. Communis natura, est infirmita & aduentitia. Spectataque in temperamento, habitu, humorum dominatu, consuetudine, atque diætâ. Propria natura, ut si homo sit picrocholos, aut phlegmaticus. Hi enim mediam facillè ferunt: illi, nequaquam. Specta igitur num corpori adsit succi alibilis copia, ex victu liberaliùs ante instituto: ex ætate: tempore hyberno, vel alio, regione frigida. Nec non vide num aliquid præcesserit quod vires labefactare potuit, ut sunt morror, immoderata Venus, & similia. Vis autem communis nature & propriæ, est ut sit solidiore, non raro, non mucoso habitu corporis: non sit obnoxius Syncopi, non habeat stomachum exquisitiori sensu præditum.

3. Si virium infirmitas adsit ab exhausto. Nam hæc sola virium infirmitas ad cibum exhibendum cogere potest. Patet fortè aliquis satis fuisse si tantum dixisset, *ἀπὸ τοῦ ἡσυχίου* restetamen addit, & non **ἐξ ἀφροσύνης*. ut si ex cacochymia iniquis rigetur corpus succis, à praviore victu ante instituto: vel si ætas hoc non ferat. hoc est num adsit etiam metus morituræ infirmitatis.

4. q. d. Cùm multis de causis vires videri possint infirmæ, oppressione, & spirituum collectione, à peculiari natura, partis alicuius affectione, ab exhausto ob morbi magnitudinem, cibi abstinentia. Non solum tam infirmitatem, sed eius causam animadvertes. nam pro varia infirmitatis causa, varia quoque prouiso est adhibenda. Ab exhausto quidem si labascant vires, cibo & potu hanc infirmitatem vincemus. Non autem pariter si ob alias causas illæ cespitarint. Nec enim spectanda est, virium infirmitas, sed eius causa. nam plures egent euacuatione, quibus tamen vires sunt infirmæ. Ridiculus autem est, in-

Natura
ægri in quibus
bno.

*deficiat
*par se

quit Hippocrates, qui ægro ab inedia exhausto cibum non exhibet: attamen grauius peccat is qui ægrum ex morbi vehementia deficientem cibatur.

3. In tres Scopos intendere debet, qui victum rectè præscribet, in vires ægri, historiam morbi, & singulos morbi paroxysmos. de quibus mox Aphorismo decimo. Docet hoc Aphorismo quantum sit adiiciendum. à viribus id indicatur. Nam his labentibus, etiam in vigore, dicit hic Galenus, alimus. Primo ergo examina vires: quæ si imbecilles videntur, causam indagabis imbecillitatis, num ea sit oppressio vel exhaustum. Dein speciem, morem, atque motum morbi. postea morbi tempora. Hæc cum viribus confer.

X.

Sensum
deducendū
à viribus ple-
nioro.

Ὁκόσοισι μὲν οὐκ αὐτίκα ἢ ἀκμῇ, αὐτίκα ὀλιγώτερος διαίτην. ὀκόσοισι δὲ ἐσθλὴν ἢ ἀκμῇ, ἐσθλὴν καὶ ἐκείνου μέρους, ἀφαιρέσιον. ἔμπροσθεν δὲ πατέρως διαίτην, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσήων.

X.

1. Quibuscunque igitur morbi summus vigor in procinctu est, extemplo 2 tenuem dietam victitent. Quibus verò ferius futurus est morbi vigor, & eo 3 ipso tempore [vigoris,] & paulo ante est deducendum. Antea verò liberalius indulgendum, ut æger par esse possit.

1. Hoc euenit morbis peracutis.

2. Credito

ἢ ἀφαιρέσιον
αὐτίκα ὀλιγώτερος
ἢ ἀκμῇ, ἐσθλὴν
καὶ ἐκείνου μέρους,
ἀφαιρέσιον.

2. Credito naturæ pepasmo, à prouisione habita totius corporis & partis morbo obsessæ, phlebotomiâ, pharmaciâ, ac redintegratione temperici.

3. Cùm vi morbi optimetur natura : non autem ab exhausto sui. De cunctis morbis iam pronunciat. Sensim fiat semper deductio, In cunctantiore crisi, tribus vel quatuor diebus ante sensim incipies deducere, ita eoque filo, vt crisis tempus in diem excipiat. Nam in crisi ita decernat natura, vt nullum aliud tempus ad curandum, pepasimumque perficiendum habitura sit. Cùmque illa, eadem vi pepasimum molitur quâ pepum : ad hanc non abducatur. Sed dices, Hippocrates libro primo De victus ratione, huic Aphorismo contradicere videtur, vbi ait, Cibum augendum esse vsque ad morbi vigorem. Ergo, inquit Hippocrates, quo maior apparet purgatio, eò plenius ptisanam exhibebis, donec ad crisin ventum sit, Respondeo, Sensus ibi Hippocratis est, Nunquam exhibendam esse ptisanam, quamdiu morbus fuerit crudus : ne natura à suo opere & materię mitigatione auocetur : sed morbo iam humido factò, ea est exhibenda, vt ita firmior reddita natura, excludat materiam mitigatam. Crisin ibi vocat perfectam morbi solutionem. Cùm eò venitur, vult tenuissimum victum obseruari, ne natura ab instituto auocetur. Nec ea mens est Hippocratis, vt plena manu pastum quis inerat cùm procedere ante pleuritidis crisin absolutam expectoratum capit : sed tenui victu vt ptisanæ succo vel melicrato, vt firmemus vires partesque spirabiles robustiores reddamus, quò præclare excludant expectoratum. Quare tenui diæta id agendum est, tunc, vt si talis pleuritis excurret aliquantulum longius. Propterea etiam Galenus ibi in com-

Sensim deducendum.

*Obiectio.
Aph. 25.*

mentariis dicit Hippocratem iubere ne hi ad plenam dietam se conuertant ante biduum à crisi, sed vt in tenui dieta persistant. Quare in his morbis vbi tota materia morbifica non continetur in corpore vsque ad crisin, vt in pleuritide, ibi auge prorsus copiam, ad analogiam expectorati quod iam commodè procedit. Ea tamen cautione, vt ante crisin abstinere à cibo, cum eà iam in procinctu est. Augemus autem cibum tenuem vbi procedit expectoratum, quò firma reddantur latera ad exclusionem materiae morbificae. Dicit quis, vbi symptomata sunt vehementissima, ibi nè coctio perfectissima? Respondemus, De morbis frigidis ac de solis intemperiebus id non rectè asseri: sed benè de morbis acutis quae febrè habent acutam. Adestne in vigore summa putrefactio? non videtur, nam ibi coctrix vis triumphat, id indicant excreta cocta. Si itaque in vigore, est materia morbifica edomita, vnde tam graua ibi symptomata? Quia ibi materia maximè coquitur, ac valdè attenuata iam est, ac agitur, calorque se erigit altius, ac totam iam materiam mouet, cum prius solum ea quae computruerat moueretur pars. Tempus autem non simpliciter, quatenus tempus, indicat quantum cibi dandum sit, sed facultas affecta coindicat enim.

X I.

Εν τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑπερέλλειος
 χη, τὸ προσθῆναι γὰρ βλατίης. καὶ ἰκόσα
 χτι πειόδου παροξυέ, ἐν τοῖσιν πα-
 ροξυσμοῖσι ὑπερέλλειος χη.

X I.

In paroxysmis à cibo abstinendum
 est,

est, nam eius accessio damno est. Quia etiam quæ periodicis, quibusdam ingravescunt, in horum paroxysmis abstinere oportet.

a. Paroxysmus est deterius periodi tempus. Periodus est reditus ab vno paroxysmo ad alium.

1. Nam eo tempore reflui sunt cuncti succi ad centrum corporis, vnde opprimitur anxietasque euadit respiratio, ac aliqua regio ab impuris succis incurritur. Si cibum tunc dederis, in impuritatem ille abit, ac distento hypochondrio opprimitur pectus: vnde anxietas respiratio, ac calor cordis maior. his adde, quod à pepasmo ad pepasum male auocas naturam, inde incrementa ducit morbus, siue ille sit phlegmone, obstructio, vel à plenitudine, aut à putre sine natus. Opprimitur enim horum mole. Hoc ita Celsus, Initia morborum famem, sitimque desiderant. Si vero fracta fuerit natura ab exhausto; vt si acerrimi succi immodestis exercitiis torridodè à Sole & inedia exardescant, genio ilico indulgeat. Alioqui non ante cibum dabimus, quam ad pedes descenderit calor.

2. Vt in asthmate, arthritide, colico, dolore capitis, cardialgia. Quemadmodum superioribus Aphorismis agit de vniuersalibus morbi temporibus, ita & hic de particularibus: quæ nihil aliud sunt quam paroxysmorum distinctiones. Paroxysmus est autem idtempus, in quo ægrius habet æger: vel grauius periodi: tempus hoc est, tempus id, quo æger febricitat. Periodus autem est tempus intensiois & remissionis. hoc est, interuallum inter vnum insultum & alterum. Sic cottidianæ periodus est viginti quattuor horarum; in tertianis,

Paroxysmus qd.
Periodus qd.

Cur non
alendi in
Paroxysmo
ægræ.

Quid sit
Paroxysmus
& Periodus.

quadraginta octo: in quartanis, septuaginta duarum. Paroxysmus est vel intermittentium vel continuarum. Continuarum paroxysmus tria tantum habet tempora, n: principium, augmentum, & statum. nam declinatio non continetur in paroxysmo. Ideoque in declinatione continuarum, cibum exhibemus. In intermittentibus vero expectanda est perfecta apyrexia, Si vires ægri id patientur nec peculiaris naturæ conditio obstat. Paroxysmus intermittentium quattuor habet tempora, quæ in tertiana, exempli gratia, sic designes, Antesignani paroxysmi dicuntur. epifemasia, ut cum quis ossitationibus vel pandiculationibusprehenditur. Deinde si rigeat, illud tempus dicitur principium. Cum æger modò rigore afficitur, modò inualefcit: dicitur anomalia vel inæqualitas paroxysmi, Ita tunc afficiuntur, quòd humor morbificus feratur ad ventriculum, vnde sæpè vomitus. Periodicus enim rigor maximè excitari solet, vires superioris ventris. Cum flamma erumpit in totum corpus æqualiter, dicitur auxelis vel augmentum. Cum iam symptomatum summa sunt omnia, & febris est in æstu, dicitur status & ἀκμή. Vbi demum calor ad pedes descendit, κατὰ ἄνωσιν dicitur & declinatio cuius quidam dux sunt partes, vna quæ statui proxima, & dicitur παρακμή. altera est ἀνωσιν, hoc est intermissio. Hanc sequitur ἀπυρεξία. cum calor vniuersus euauit. & tunc datur tutò cibus, Hanc sequitur διάλυμα, in quo perfecta intermissio, In paroxysmo stimulis bilis agitur ventriculus ac vellicatur, hinc falso creditur infirmitas, quæ non est ab exhausto: ideoque nec cibum requirit.

Paroxys-
mus. con-
tinuus.

Paroxys-
mus in-
termitten-
sium tem-
pora.

G. Epid, 5.
35.

XII.

Τὰς ᾗ¹ παροξυσμὸς καὶ τὰς² κατα- *στατῆ*
 στάσας δηλώσουσιν αἱ³ νῆσοι, ⁴ καὶ αἱ ὥραι
⁵ τῶν ἡμερῶν, καὶ αἱ τῶν⁶ περιόδων ὡς ἀλ-
 λήλας* ἀντεπιδόσεις, ὡς τε καθ' ἡμέραν *ἀντιπο-*
 ὡς τε πᾶς ἡμέραν ὡς τε καὶ διὰ πλείονος *δύσεως.*
 χρόνου γίνωνται. Ἀτὰρ καὶ τοῖσιν⁸ ἐπιφαι-
 νομένοισιν οἷον ἐν πλειτικοῖσιν πύελον, ἢν *επιφαι-*
⁹ αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένῃ, ¹⁰ βραχύνει *ταύτην.*
 ὡς δ' ¹¹ ὑπερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ ¹²
 ἕσθ' καὶ ¹³ ὑποχωρήματα, καὶ ¹⁴ ἰδρωῖτες, καὶ ¹⁵
 δύσκειτα καὶ δύσκειτα, καὶ βραχέα καὶ μα-
 κρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

XII.

Iam verò¹ paroxysmos &² status *Morbi ipsi pro se & quique mor-*
 morborum ipsi pro³ se⁴ quique mor-
 bi aperient, & anni⁵ tempora, & sta-
 ta⁶ periodorum vices interque se re-
 ciprocationes, ⁷ si cottidianæ illæ fue-
 rint, tum si alternis diebus repetant, tum
 si maioribus interuallis. Eo quoque per-
 tinent⁸ epiphœnomena: ut si ineunte
pleuritide expectoratum⁹ ilico appareat
brevius¹⁰ est morbus: si autem¹¹ serius,
 diuturni. Quin &¹² vrinæ &¹³ deie-
 ctiones, & sudores, ut¹⁴ apparuerint,¹⁵
 secundi aut sinistri morbos iudicij, bre-
 ues aut diuturnos fore significant.

hoc

1. Hoc est, deteriora periodorum tempora, tam in continuis, quam in intermittentibus. Ut ex eorum perspicentia, loco diata exhibeatur, cum iure debet exhiberi. Nam iure exhibetur, ab editis pepasini signis: cum iam excernitur materia morbifica: vel cum iam vires laborant. ab exhausto. Loco exhibetur, silente paroxysmo. Paroxysmi & status morborum indagandi, quòd cibus rectè instituat. Dixerat ante, in vigore & paroxysmis à cibo esse abstinendum: iam docet unde nosceas futuram vigorem & paroxysmos.

2. Hoc est, quatuor morborum tempora: unde prouisio copiarum ciborum ducitur. Status constitutionemque morbi is exploratum habet, qui compertum habet an morbus is sit acutus, peracutus aut longus futurus, quoque tempore in vigorem sese sit elaturus. Et à morbi vigore futuro, ægrique viribus, tota generalisque lex instituendi victus pendet. ut singillatim offerendi cibi occasio ex singulis captatur paroxysmis.

3. Ut peracuti ferè intra quartum diem ad summum vigorem veniunt: tertianæ, septem periodis: quartanæ, diuturnæ, biliosi, imparibus: mixti, paribus: cottidianæ, cottidie mouentur. Pleuritis & phrenitis tertio ferè die: morbi ventris, hepatis, empyema, & tabes cottidiè se mouent, magisque sub noctem: melancholici quarto die.

4. Hoc est pro morbi cuiusque specie, magnitudine, more, & motu. quæ quatuor variantur, pro morbi essentiâ, materia morbificâ parte obsessâ, Symptomatis comitantibus morbum, & prout fuerint causæ morbificæ. A specie morbi, nam si quartana affligit, tarda veniet crisis. Deinde magnitudo & vehementia morbi: ut si sit causus vehementissima iam iam crisi dabit. præterea mos morbi,
hoc

hoc est clementia & prauitas, si pestifer sit. Id notamus ex epiphænomis, tandem motus morbi si sit celox, in propinquo crisin esse denotat: ut si anticiparint protracti paroxyismi.

5. n. præsens tempus & præteritum. Præsens, ut vere & Autumno manix eueniunt, æstate caufi. Præteritum, ut si hyemem aquiloniam, pluuiosum Ver exeeperit, æstate dysenterix mulieres fatigabunt. Plenus est his exemplis tertius liber Aphorismorum. Nam hinc euadunt morbi longi aut breues, eucriti & dyscriti. febres Autumnales longæ sunt, vel calamitosæ. tardat hyems morbos: æstas, maturat. Hæc nouisse, profuerit ad optatam loco præscribendam. Ita scimus æstiuos morbos biliosos esse, triduanoque impetu ferri: alio modo ferri, qui aliis temporibus nascuntur. His adde consimili ratione, res non naturales, & naturales. quæ ad calorem & squalorem, corpus nutare faciunt, tertianarios: quæ ad madorem, cotidianarios: quæ ad frigus siccum, quartanarios motus præbent.

6. Ut si paroxyismi anteuertant, si sint vehementiores & longiores. Nam breuè aut diuturnum fore morbum, intelligimus ex paroxyfismorum incrementis. Incrementorum uerò ratio ex periodicis peti solet. Nam quò hæc tria confociata fuerint uehementiora, eò crifis citius edetur. Prior ergo paroxyfismus cum fequenti conferatur. Etenim ubicumq; incitatz natura, & inchoati pepafmi significatio fit, ibi exacti principij & signa iam futuri uigorif eduntur. Nâ paroxyfismi anticipatio, signum est irritata natura diuturnitas absoluta putredinis, uehementia inchoati pepafmi signû est.

7. Ut cottidiana, tertiana, quartana, quintana, feptana, nonana. Dicuntur autem hæc periodorum reciprocationes, cum protrata portione periodi sibi fuccedunt.

8. Hæc

8. Hæc enim pepasimum & cruditatem denunciant, indeque tempus crisis subindicant. res diætericæ utilissima. Hic subauditur *παρρησιαχ* *χρῆ* hoc est ratiocinari oportet.

9. Hoc est si primo die vel postridie. Si n: ita appareat, vt apparere debet, nullaque ratio desideretur in eius qualitate, copia, & excernendi modo. Signa epiphanomena ducuntur ex corporis essentia, actionibus, & excrementis. Ne principii homonyma vox fallat. id denotat hoc præsens temporis punctum diuisionis expers: alioqui, vt hic, significat vniuersale morbi principium. Nam si intra quatrimum, id apparet coctum, septimo die liberabitur. Hæc Galenus hic in Anaxionis historia eleganter demonstrat.

10. Est signum breuitatis, & causa. si n: illud sputum nec sit tenuius nec viscosius. Sed dices, Hippocrates sectione prima, libri secundi Epidemiôn scripsit, *τὰ ἰκρίνοντα ὅτι τὸ ἐάλπιον μὴ αὐτίκα ὑπεφαιέτω.* hoc est, quæ in melius decernunt & iudicant, non statim apparere debent, quo modo ergo dicit hic ptyelon præclare ilico apparere? Respondemus, Quædam signa critica esse quæ apparent ad speciem crisis futuræ: alia ad tempus criseos apparent. Ad tempus, vt coctionis signa: hæc quouis tempore apparentia, bona sunt. vt si nubecula quarto die in vrina appareat, septimo die fiet crisis. Sed quæ ad speciem crisis apparent, non sunt bona, nisi primum signa quæ ad tempus apparent præcesserint. Vt si incunte morbo facies rubore suffundatur, & marmarogæ adsint, malum. Sin post coctionis signa hæc euenerint, haimorrhagia iam iam adferet crisin.

11. Non prima vel secunda septimana. vt in Anaxione.

12. In morbis venosæ generis. in quibus & si.

& signorum, & causarum criticarum rationem obtinent.

13. In morbis ventris inferioris. aut cum per deiectiones fit è toto corpore aut è vicinis partibus humoris excretio.

14. Quantitate, qualitate, tempore, & excernendi modo.

15. Quia omne excrementum propriam conditionem & speciem refert eius partis unde emanat. Hoc Aphorismo illud agitur, ut cautionem cibandi observemus religiosè. Hoc est, an iure quis cibum capere debeat, an non: tum eius copiam ac qualitatem. Docent hoc nos morbi historia, & ægri vires. Occasionem verò ineundi pastus, hoc est, ut loco & tempore exhibeatur cibus illis qui suo iure eum capere debent, ostendunt paroxysmi particulares. Nam quinque vel sex horis ante paroxysmum exhiberi debet cibus, si quis sit exhibendus. Porro quattuor notæ deducunt nos ad scientiam historię morbi & paroxysmorum: primo, morbi species: secundò, anni tempora: tertio, periodorum statũ vices: quartò, signa epiphænomena. Ut generalem autem totius historię morbi victum constituas, noscās oportet, quando ad statum summumque suum vigorem venturus sit morbus: Hoc indicant paroxysmorum anticipationes, durationes, & vehementiæ: adde & cætera quæ hic Hippocrates. At futuri mox paroxysmi indicant, singula cibo congrua tempora: Ut breviter dicam, Duo sunt ex quorum cognitione rectè instituitur diætã, nimirum historia morbi, & ægri vires: Historia morbi, hoc est, quando morbus ad vigorem summum venturus sit, agnoscimus: ex his quattuor, ex specie affligentis morbi, ex anni tempore, statis ex periodorum vicissitudinibus, & ex epiphænomenis signis. Secundum, quod

*Occasionem
trivendi ut
captanda
ubi nutriendum est.*

*Vnde Pa. II
paroxysmi
futuri nascantur.*

*Vnde vigorem
innoscit.*

*Anciphalo
Læsi in
gravi atque
liofano.*

quod notare debebamus, erat robur virium,
de quo sequenti Aphorismo agit.

XIII.

*νῆσειον

Γέροντες ¹ δ' ἄφορώτα νῆσειον φέ-
ρουσιν δάπερον οἱ ² καθιστικοί. ³ ἤκιστα
μειράκια πάντων ἢ μάλιστ' ⁴ παιδία. τυ-
τέων ἢ αὐτέων ἀπὸ ἀντυχῆ αὐτὰ ἐωυ-
τῶν ⁵ περιδυσμότερα ἔοντα,

XIII.

¹ Senes (quibus est cruda viridisque
senectus) inedia patientissimi sunt: mox
homines ² constantis ætatis: nequa-
quam ³ adolefcentes: maximeque om-
nium ⁴ pueri: atque omnino qui id
ætatis fuerint ⁵ alacriores.

In viro in-
sitando
spectanda
est ætas

Secunda
indicatio
viribus.

Superius docuit artificiosè colligendum esse morbi vi-
gorem & paroxysmos. quò rursò agitur ad statum du-
camus diata, loco & iure præscripta. Hic iam alteram
partem explicat instituenda diata, qua ducitur a viri-
bus, cum securitate, vel cum metu infirmitates. Nam
ut antea diximus, ut recte instituat, scire debemus
num sit morbus perperacutus, peracutus, acutus, vel
longus: deinde vires agri quales sint. Iam de viribus.
Explicatur enim virium robur ex communi & propria
cuiusque natura, & humorum ex dominatu. hoc modo:
Puerorum vires valent quidē, sed cum infirmitati me-
tu, senum vires valent securitate quadam, ergo hi per-
stare possunt ad statum morbi, in omnimoda cibi ab-
stinentia. Nam si etiam in his alimenti incopia generis
defraudetur, habet ipsorum calor in promptu fomen-
tum, nempe pituitam, qua in sanguinem verti potest.

1. Etenim hi non admodum laborant ab exhausto: nam densescit iam eorum corpus, humoresque crassescunt, & iam dominatu melancholici humoris tenentur, & habitus densitate. Ac flos caloris natiui his iam sopitur. Accedit & illud, quod sint *φλεγματία τὰ αἶμα*, adeò vt suctionis sensus non æquè titillet ventriculum. Porro *ινεδία* vertimus inedia quia vocabulum ieiunium & abstinentia est ambiguum. Quod autem Galenus intelligit hac voce paucum quodammodo cibum? bene id quidem, si generaliter intelligas senes, vt etiam *ἐξαπυρέτους* id est, decrepitos includas, quos sæpè & paucò cibo fouere oportet. Sed si solus intelligas vitides senes, intelligi potest inedia, nã illi senes, bonis suis rebus, inedia sunt patientissimi. nã à 50. ad 67. annum. hoc est *ἀμολέπους*, quos crudos appellamus nam proxime ab his ponit *τὰς κενόσυνότους*

Senes cum
inedia
non ferant
et qui.

2. Iisdem de causis, sed non tam validis, à 35. ad 50. annum.

3. Nam dissipabile est horum corpus: & facile succum sentiunt: 15. ferè, ad 25.

4. Nam exhauritur horum corpus crescendo ac augendam omnem dimensionem: & quia semini sanguiniquè parentum proximum, proptereaquè tenellulum, facile exhauritur, ad decimum annum vsque.

Pueri nam
ferunt inedia.

5. Ob vim calidi natiui, qua circumfluunt: id quo maius fuerit, eò maiori egent nutritu. & hi in perenni ferè motu versantur corporis & animi vnde validè exhauriuntur. Pueri itaque atque adolescentes nequaquam ferunt inedia, tum ratione naturæ communis, laborant enim ab exhausto ob caloris robur, & materiae subtilitatem, tum ob meatuum libertatem, seu corporis laxitatem raritatemque quæ tres sunt in nobis effluxionum causæ. Tum etiam ratione peculiaris,

2. De vi
An acyri

natura, quia sunt picrocholi τὰ ἀνω. Sed ob-
iicitur multi senes sunt annata etiam natura
picrocholi τὰ ἀνω. Respondet Hippocrates,
quod ea quæ in senibus sursum ferunt φλεγ-
ματῶν, hoc est, pituitescit, quod fieri etiam
ibidem docet, iis, qui utuntur oxymelite di-
luto. Atque hinc adeo est, Quod quibus iu-
uenibus, ob caliditatem & raritatem, aliò
delatà bile, alius fuerit ficiior, iis, senibus
laxetur.

XIII I.

τὰ ἰσχυρὰ αὐξαιόμενα, πλείστον ἔχει τὸ
ἑμαυτὸν θερμόν. πλείστου ἔνδειξις τῆς
ἐν τῷ μί, τὸ σῶμα αἰαλίαν. Γέρουσι
ὁλίγον τὸ θερμόν. διὰ τὸ αἶμα ὀλίγον
ἔσθαι καυμῶσιν δέον, ὑπὸ πολλῶν γὰρ
σποσθέννται. διὰ τὸ τοῦ ἡοίπευτοῦ τοῦ
σι γέρουσι ἔχ ὁμοίως ὀξείας, ἡ χροὸν γὰρ τὸ
σῶμα.

XIII I I.

Quæ corpora incrementis augetur
plurimum habent calidi natiui, pro-
ptereaque plurimo egent alimento,
alioqui horum corpus tabescit. Senibus
vero parum caloris superest: quo fit ut
paucis fomitibus contenti sint, nam
copiâ extingueretur facile. Quæ causa
est cur senibus non ita sint febres acutæ,
frigidum enim est eorum corpus.

Ratio superioris Aphorismi.

a Cali-

2. Calidum natiuum est humidum primi-
genium spiritus & calore perfusum, cuius hy- *Calidum.*
parxis est semen. Hoc enim materiam & cau- *natiuum*
sam efficientem corporis continet. Id calidum *quid*
innatum appellat Hippocrates, animam Apho-
rismo quinto, sectionis quintæ, libri sexti
Epidemiôn. Alimentum autem beneficio ca-
lotis natiui cuiusque ratione, nostræ naturæ
est familiare. Igitur quò propius absunt ali-
menta à vita, eò plus habent succi altissimi, quia
nihil nos alit, nisi & ipsum alatur & viuatur.
alimur enim similibus. Aurum igitur pota-
bile, si tale reddi possit, nullam habet vim nos
alendi, quia inter aurum solidum & potabile
nihil interest præter concretionem, fusionem.
Homo nec purioribus elementis viuere potest,
tantum abest, vt destillatis inanimatarum
rerum viuatur.

*Aurum
potabile.*

I. Quibus promotio fit ad vltiorem ter-
minum seruata pristina continuitate, & forma
quod nulli arti datum est. vbi & quibus tan-
ta vis naturæ est, vt agat in partem abditam
ita, vt, dum additur, totum augeatur. Ab
anima enim illud habent omnia quæ viuunt,
quod auctiorem & diminutionem accipiunt
ἡ τὴν ἐκείνην τὴν δύναμιν dicit Aristoteles, & *ἡ ἐκείνη*
ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἐν αὐτῷ ὅμοιον τὸ αὐτῷ
πᾶσι τὰ ζῷα. Hoc est, Secundum locos con-
trarios, non enim sursum quidem augentur,
deorsum verò minime, sed æquè in ambas
partes, hæc Aristoteles 2. lib. De anima 2.
Quasi dicat, tale corpus duobus simul contra-
riis motibus mouetur, scilicet superius & in-
ferius. Verum naturale corpus siue fuerit sim-
plex, siue compositum, sursum tantum, vel
deorsum solum mouetur, ex vi dominantis
elementi. Igitur quod contrariis simul moti-
bus fertur, id illi erit ab alio principio, scilicet
ab anima.

2. Cuius actio est nutritio atque augmentum cum scilicet tale quippiam quale est id quod ipsum habet generatur.

3. Nam ubi ita vegetat atque viget calidum, nativum, exhauritur corpus incrementum ducendo unde sequitur connaturalis materiam succique nutritii exhaustio.

4. Effluxus copia, & affluxus inopia. Diffluit facile eorum calidum nativum, quia est aëreum & humidum.

6. Ducta Metaphora ab oleo & lignis aridissimis, quibus exigua flamma conservatur.

8. Nec inflammationes tam sunt calamitosa senibus, excepta peripneumonia & pleuritis. Idque non ratione inflammationis, sed defectus virium, quae ad expectoratum promouendum necessariae. Si tamen valida corripiantur febre, periculi plenum. nam causa inmanitatem denunciant, quae frigidum hoc corpus in flammam abripit. accedunt effata vires, ac extra naturae lineam longè abducta temperies,

Senes im-
pares sunt
inflammationibus
parvum
spirabiliū.

XV.

Αἱ καλῖαι χειμῶν ὁ καὶ ἡς ὁ δερ-
μότα φύσει, καὶ ὑπνοὶ μακρότατοι. ἐν
ταύτησιν ὁμοίτησιν ὠρησι δὲ τὰ προσάρ-
ματα πλείω δοτεόν. καὶ δὲ τὸ ἐμφυτον δερ-
μόν πλείον ἔχεισι ἡσφῆς ὁμοί πλείον ὁ
δέον. σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθ-
λεταί

ἡσφῆς ὁ
ἡκ.

XV.

Insignes capacitates intestinae hyeme
& vere

& vere sunt naturâ 2 calidissimæ, & somni 3 longissimi: iis 4 igitur temporibus cibi accessio est adiungenda. nam cum calidi innati plus habeant, eò fit, ut iis 5 maiore nutritu sit opus: cuius a rei documento nobis sunt ætates & athletæ.

Copiam cibi indicat etiam anni tempus. Quo enim tempore virès ab exhausto & substantia triplici efflu- xu magis laborant, eò magis imminet periculum infirmitatu eoque plus refectioi studentium: Sed Vere & hyeme magis laborant. Unde confectarium est, vere & hyeme plus tribuendum esse refectioi quam aliis anni temporibus.

Ante tempo-
pus copiam
cibi indi-
cat.
Sensus
Aphorismi

1. καλῖατ vox significat insignes capacitates internas præsertim partium nutritioni dicatarum. Interdum indifferentè significat omnem capacitatem, ut sunt etiam interstitia musculorum, in quæ si sanguis delabatur, vel gangrenat, vel suppurat, vel expirat. Insignes ergo capacitates internæ, hyeme & vere sunt calidissimæ paræ autem nequaquam.

καλῖατ
quid.

2. Calore fluente (qui consistit in sanguinis spiritu arteriarum & venarum) non fixo. hoc evenit per aliud frigus à foris, colligit in internis calorem illum. Ita regio frigida hoc etiam facit. frigus colligit ac impedit ne dissipetur substantia calidi nativi:

3. Beneficio illius caloris qui ventres occupat: quia quò ventres calidiores, eò sanguis absolutitur perfectius. Quoque maior copia bene confecti sanguinis, eo anathymiasis sua-uis maior, Hac autem fruitur cerebrum de nocte ad instaurationem spiritus animalis & sui quo hæc maior, eò somnus longior. Notium autem prolixitas suis tenebris intro-

Sensu cap
longi.

concludunt calorem: lux vero foras euocat
 & nox est die frigidior.

4. Quibus calidiores sunt ventres, & somni longissimi.

a. quasi dicat, quacumque ratione augeatur calor, maiorem nutrimentum requirit. pueri enim calore natiuo circumfluunt: & etiam athletæ, qui excitant exercitio calidum natiuum.

5. Nam intro actus calor si præ suo non fruatur, extinguitur. Docet hoc Aphorismo Hippocrates hyeme à calore natiuo interna maxime calere. Vnde forte quis existimet Æstiuo tempore calidis cibis ac generosis uinis utendum esse. Respondemus hos falli: Nam Hippocrates non asserit calere hyeme simpliciter interna: sed dicit ea circumfluere calore natiuo: hoc est blando illo ac naturæ consentaneo. Quare quacumque de causa exiit id suo blandimento, degenerat à natalitia illa vi euadit. Sine enim nimium frigeat, siue nimium æstuet, desinet hac parte natiuum dici. Æstate autem æstuat nimium, quare eius natiua vis acciditur ab illa quam tunc concipit flamma: & exiguum tunc est calidum natiuum. Si tunc aromata uinaue generosa propinaueris, validius extra naturæ lineam abripietur, & fiet hoc modo calor natiuus prostratissimus. Quod uero interdum flagrante ita æstiu per ætatem, à pauco uino recitentur aromatico uires, id fit quod cruditates interdum uentriculum occupent, quodque spiritus exhausti sint. Hinc sollemnis per Italiam inualuit mos, ut primo Augusti die maluaticum propinetur. Sed largior usus uini tunc nocuus est semper.

XVI.

Ἰσχυρὰ πᾶσι διαίτη τῶν πυρετῶν
 ζυμῆς π, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ
 τῶν ἀλλοιοῦσι τοῖσιν, ὅπως θισμμένοι-
 σι διαίτᾳ.

XVI.

1 Diætæ humidæ febricitantibus om-
 nibus. 2 accommodatæ sunt, maximè
 verò 3 pueris, atque aliis qui sic diætam
 4 instituerunt.

Hætenus de copia: iam de qualitate ciborum. Quo
 enim genere ciborum utendum sit ei cui per febres ne-
 cessarius est diætæ usus docet hoc Aphorismo. vide ut
 cibo humido. Scribit alibi Hippocrates, Cibus humidus-
 imbecillus, situs expers, coctus facilis, & liquidus. Hac
 enim quatuor requirit Hippocrates ad diætam humi-
 dam: imbecillitatem, situs carentiam, concoctus facili-
 tatem, usque sit liquidus. Quæ quatuor in p̄tiosa
 potissimum considerare docet. Dicitur autem cibus im-
 becillus, qui est alienæ qualitatis expers: qui non est
 fortis, neque acrimoniam aliquam relinquit in stoma-
 cho, neque vapores attollit ad caput. Huiusmodi quo-
 que cibum frigidum esse docet Hippocrates ubi ait, αἰ-
 ἀδινῆς διαίτη, ἰσχυρὰ. Quare frustra quidam ca-
 uillantur: Hippocratis sententiæ adiucentes & frigida:
 ut quod humido cibo necessario includatur. Huiusmodi
 ergo victus imbecillus optimè conuenit febricitantibus,
 quia extinguit calorem febrilem ventriculi æstuantis,
 ac spirabilium partium. Debet is quoque esse situs ex-
 pers: hoc est, frigidus & humidus: quia alioquin febricitantibus
 febrem auget. Hac enim ratione interdicit
 Hippocrates pleuriticis melicrat i usum si sint παροξο-
 λοὶ τὰ ἀνω. quod in sit sitiferum. Huc accedit, quod

De ciborū
qualitate.1. Lib. De
Diætæ,Cibus im-
becillus quis6. Epid. 40.
27.
Defenditur
Hippocra-
tes.Cibus situs
expers.

Empetores.

liquidus.

ut in usum
vertendus
fit hic
Aphorismus.

Pelle
sano.

Plakry hoc
negat.

Obiicis.

Febris efferens
alio hinc
Momatica.

& conceptu facilis debeat esse: ut tanto facilius à calore languido consiciatur. Postremò liquidus, nam cum calor natiuus effectus quodammodo langueat, hac potissimum ratione calori natiuus respondebit, atque simul natura studebit, & morbi pepasimum iuuabit. Scribit itaque hic Hippocrates, Victum humidum febricitantibus conuenire: Intellige cum iure & loco adhibetur: quasi dals instituat ratiocinium. Quicquid est huiusmodi ut equi natura studeat atque cum morbo pugnet, id conuenienter, cuique febricitanti potest exhiberi. Huiusmodi autem est ptisana utpote que inter cerealia cibaria ita reliqua superet, ut nullum sit quod omnes eius vires obtineat. Nam stomacho tumultum non infert, nec fluctuationes aut flatu parit, si modo bene coquendo intumuerit, & ita omnes deposuerit flatu, tota est equalis, & facile eam ventriculus amplectitur: quia ventriculus calore febrili astuans, modico gaudet contrariorum usu. Cum ergo à ventriculo consiciatur, egregie studet natura. Eadem quoque puenat cum morbo, quia frigiditate & humiditate sua calorem febrilem infringit: humorem putrem febrilem, si fuerit pepasmi capax, leniendo preparat ad pepasimum. Si verò fuerit in pepasmi ex-pers, ipsum excludit & deturbat, obstructionsque viscerum tollit. Sed obiicis, Hydropicus, quorum affectio febre habet conuenientem, non conuenit victus humidus Respondent Hippocratem hoc intellexisse de his, qui laborant ex febre essentiali: sed Hydropicorum febris est symptomatica. Verum hæc solutio est nulla. nam & de symptomaticis & de essentialibus agit febribus. Hic enim Aphorismus ex eo loco sumptus est, ubi agit Hippocrates de pleuritide, ad quam præscribit ptisanam. Dicemus ergo, quod ineunte febre si imminet periculum hydropis, venam secabimus, interdicens usum vini, cibabimus diata refrigerante & humectante. Nam si maior ratio habenda sit causa quam symptomatici, pugnandum est cum febre. Perfecto autem hydrope, potius pugnandum est cum symptomate, quam cum causa, quod aqua ibi habendo putrescat,

& in suis contagionem viscera cuncta trahat.

1. Qualitate & consistentia liquida, utis expertes.

2. Quòd acrimoniam caloris infringant, obstructa liberent, materiam pepasmi capacem concoquant, expertem verò excludant, nec naturæ negocium faciunt, nec alium superant, quæ est aphthodes in omni febre valida.

3. Qui natura sunt humidj, & qui similitum usu gaudent, & natura suo statu conservatur similitudine substantiæ,

4. Nam studendum est naturæ insitæ & ascititiæ, atque vnâ pugnandum cum morbo.

XVII.

Καί οἱ τιν' ἀπαξ, ἢ 2 δὶς, καὶ 3 πλείω
καὶ 4 ἐλάσσων, καὶ 5 κτ' ἑνὸς. Δοτέον δὲ
π καὶ τῆ 6 ὥρῃ, καὶ τῆ 7 χώρῃ, καὶ τῆ 8 ἡλικίᾳ,
καὶ τῆ 9 ἔθει.

XVII.

Quin etiam quibus consentaneum est
1 semel aut bis die 2 [pastum inire] qui-
busq. 3 pleniore aut 4 parciore manu &
quo 5 progressu fieri oporteat. Sed con-
cedendum est aliquid 6 tempori, & 7
regioni, & 8 ætati, & 9 consuetudini.

Cum iam perspectum nobis fuerit iure ptisanam ex-
hibendam esse, & quo loco (quod animaduertimus ex
perspicuentia virium agri, historia morbi, & parosy-
mi) tum verò illud considerandum est, quo modo sit
exhibenda, quod ex eisdem elucet, ut in pleuritide cum
os humefcit, num bis vel semel exhibere de die, & num
larga manu vel aliter, & num semper ut instituisti.

Quo modo,

1. Ut si expectorato nondum madescat os, viresque id terant, vt semel tantum comedat in productiore aliquantulum morbo.
2. Si os àptyalo madescere ceperit.
3. Quoque vberius procedit expectoratum, eò pleniore manu dandum: quò inde firmiora reddita latera, feliciter expectoret.
4. Si nondum expectoratum procedit, nec homo sit picrocholos sed phlegmaticus nec vires prostratae langueant.
5. Scilicet qua ratione, vel vicissim & paulatim. numque id eodem ductu agendum vt instituiti: quid aliter agendum.
6. Quo. n. tempore vires ab exhausto laborat.
7. Nam in frigidis regionibus multa danda.
8. Nam pueri alacriores, inedia sunt impatientes.
9. Ne œconomia naturalis solvatur ac immemor officij sui reddatur, immutatione temperamentis, habitus, & actionis. & *ὅτι* recte intelligamus, scire debemus hoc referri ad occasionem mutandi cibi in qualitate, copia, & numero. Vt num integra ptisana vel eius cremor sit exhibendus. quæ ratio ducitur ex morbi & ægri natura, quibus. n. modo inuitamur ad cibum exhibendum, modo auocamur. Examinatur enim hoc Aphorismo an, ineunte ptisanæ vsu, mitigato scilicet iam morbo, integram ptisanam sumere debeat, vel num potius solum cremorem ptisanæ & num eam parca manu. Et num ita præbendum, non tam ratione morbi, quam ægri: quia reuocat ventriculum ab ocio ad negocium. Dein postridie, vbi ptisanæ iam ventriculus assuevit, & quò certiora pepasmi indicia morbus dederit, eò pleniore manu tum in qualitate, tum in frequentia & quantitate ptisanam sumet. In quantitate, quia magna copia: in qualitate, quia ptisanam integram:

ὅτι *ὅτι* *μὲν*
ἴσως *quid*
sit.

ὅτι *ὅτι*

in frequentia, quia bis die sumet, idque ratione morbi, naturæ tum communis tum ægri. Neque ab hoc ptisanæ vsu cessabit (quia sine intermissione viribus est opus) vsque ad morbi solutionem, nisi astrictior fuerit aluus, qua venter distenditur, difficultas spitandi augetur, & caput symptomatis plethoricis affligitur: hoc tantum casu semel die tantum præbenda est ptisana: & altera pars diei infumenda est in prouocantia alui deiectione. Dicit autem Aphorismus aliquid dandum esse consuetudini: quia quorum ventriculus semel aut bis humescere, intumescere, concoquere consuevit: si defraudetur, mutata consuetudine, temperamentum, habitum, & actionem immutat. Addit concedendum aliquid esse regioni & ætati: nam his aut ex inopiâ laborant vires aut, augetur calidum natium.

Alus astrictiora quo modo tranfigendum.

Consuetudini aliquid dandum.

XVIIII.

Ἐρεθίζου ὀφθίμοις ὀρεστικὰ δὺς-
φορῶτα τὰ φέρονται, χειμῶν ὅτε πείσται, ἢ ὅτε
ἰσχυρῶς.

Cibi quando bene & male feruntur.

XX.

1 Æstate & autumno cibos 2 ægerrimè ferunt, Hyeme 3 facillimè, mox 4 Vere.

1. Hic explicatur superius ὀρεστικός. Cum scilicet iure & necessario bis de die, & plerumque manu cibos capere debent iam mitigato morbo. Iam itaque quo progressu in fieri debeat docet. Nam officij vacuitate aluus reddita est ignauior cum siccus esset morbus: accedit iam quod æstate languet calor natium, quodque natura ægre se conuertit ab ocio ad negocium.

ὀρεστικός explicatur, hoc est, quo progressu cibos augeri debeat in copia & frequentia.

2. Quod eo tempore calor natium quasi effectus languet at, & autumno densantur corpora.

Quod

3. Quod ventres tunc sint calidissimi, & & somni longissimi.

4. Magis enim euaporat quam hyeme calidum natium. Ad constituendam itaque victus τὸ κμαρπον, valet plurimum temporum distinctio. At si diceret, is qui iure genio indulget iam, (editis pepasmi notis) post bidui vel quatrimei inedia, à dato cibo affligitur: proptereaque summa prouisione est opus in cibi qualitate, copiâ & frequentia? tum verò pluribus damnis augetur æstate quam hyeme: autumno quam vere; si quod peccatum fuerit in cibi qualitate, copiâ, vel frequentiâ. Si quis dixerit, Nutritio est vacuati repletio: sed æstate plus vacuatur, [hyeme minus: Quare æstate plus exhibendum quam hyeme. Respondet Galenus. Vtroque tempore magnam fieri euacuationem: æstate quidem quia calor natius, (cuius hyparxis consistit in blandissimo calore) est languidior, & pori patentiores, vnde sudores fluunt crassiores. In hyeme verò quia pori magis sunt astricti, & calor natius maior, magis per insensibilem effluxum vacuantur homines. Quia quò calor est vehementior, eò magis effluxus fugit sensum.

Hyeme cur
plus dandi

XIX.

Τοῖσιν ἐν τῆσιν ἰσχυροῦσι παροξυνο-
μένοισιν ἢ μηδὲν δίδουαι, μηδ' ἂν ἀναγκα-
ζεν, ἀλλ' ἂν φαιρῆσιν τῆσιν ἀποδείων ἀπὸ
τῆσιν κρίσειων.

XIX.

In morbis qui per circuitus recrude-
scunt nihil est exhibendum, neque vl-
la ratione adduci quis debet vt aliquid
exhibendum putet; sed contra demenda
& sibi accessio ante crisis.

q. d. Decipimur specie infirmitatis. Si enim vires in Paroxy-
 smis abstinendum.
 vi morbi languent, non exhibebis cibum: sed si ab ex-
 hausto laborant. Hippocrates hic loquitur de progressu
 ad infirmitatem: superius egit de progressu ad periculum. *Ordo Apho-
 risticus
 Hippocra-
 ticus.*
 Finitur hoc Aphorismo tractatus decimus sextus à
 diata. nam sequentibus Aphorismis redit ad eva-
 cuationes & purgationes unde hunc librum au-
 spicatus fuit. Desinuerat enim Hippocrates medici-
 nam additionem & ablationem. Ab ablatione
 inchoans, primis Aphorismis egit de ablatione materia
 morbifica (nam inde pendunt mortis acuti) venasectiune
 & purgatione. Sed quia cibo opus est semper: quo mo-
 do u institui debeat ne augetur materia morbifica ex
 sinistro eius usu, haec egit. Videtur autem prima
 fronte idem esse hic Aphorismus cum vnde inmo supe-
 riore: nequaquam tamen est. Nam licet demonstratio
 huius ex illo sumenda est, alius tamen est utriusque
 scopus. In illo enim agit de occasione cibi exhibendi: hic
 agit de utendi modo, ut hic Aphorismus usus distin-
 ctionem contineat. Ac si diceret, Ventum est ad id tem-
 pus, ut qui ieiunavit triduum, biduum, aut quadri-
 duum, cibos iure debeat capere, (mitificato in iam
 morbo, ad comparandum ceteris infirmitatibus) larga
 manu vel parcere, bis, vel semel, prout morbus id exi-
 git. Questio itaque nunc est, ex quo ceperit uti pti-
 sava, ea semper, sine intermissione uti debeat. Re-
 spondet libro secundo De victu eorum qui ex acuto mor-
 bo laborant, Quod sic modo aluus ascribitur ab ea non
 auocet. Nam hoc casu prius iniiciendus est clyster. Ad-
 dit Hippocrates adhuc aliam exceptionem, hęc modo:
 Ex quo ptisava uti ceperis pro virilis comparandum, ea
 sine intermissione uti debeat, modo non laborant ex eo
 morbo qui per circuitus ingravescit. Quia in eiusmodi,
 ea ipso die, quo circuitum facit morbus, debeat abstinere
 in totum, & perfectam intermissionem in eis ex-
 pectabis. In continuis vero remissionem observabis.

1. Periodus est duplex, vniuersalis, & sin-
 gularis. Vniuersalis dicitur Hippocrati in hoc

hoc est appulsus morborum, ut dicimus quaternarium primum esse, primam periodum. Singularis periodus est totum illud tempus accessionis & remissionis. Hoc igitur aphorismo videtur circuitus, & pro vniuersali & pro particulari periodo accipi posse.

Periodus duplex

2. Ne auocetur natura a peplismo ad pepsum. & eo tempore alius impura est, affluxu materiae morbificae.

3. prognost.

Id est nulla necessitate coactus quis exhibere tunc cibum debet. accipitur esuritur *ἀνζυκία* empassiue: nec satis commode id quidam reddunt (neque cogere) nam quando coges aegrum, cui iudicas non esse exhibendum cibum? Quasi dicat, decipimur infirmitatis specie: dum non recte nobis perspecta est causa infirmitatis, ut propter illam cibum exhibendum putemus. Non enim ad omnem infirmitatem cibum est exhibendus, nam cum ad varias causas vires deficient, spiritus vi morbi langueant, non exhibebis cibum: at si ab exhausto fiat vitium infirmitas, iam solum vires cibum requirent.

ἀνζυκία
quid?

Antequam .n. adiungendam putes cibi accessionem, iam deducas.

Ἰὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκρυμένα ἀργίας, μὴ κινέειν, μηδὲ νεώτεροποιέειν, μήτε φαρμακείησι, μήτε ἀλλοίωσι διαμοίωσιν, ἀλλ' ἐάν

biēg cibus nihil mouēdu.

Cautio.

Quae iudicantur perfecte, quae iudicata sunt exquite, nullo modo mouenda neq. nouanda, neque medicamentis

pur-

purgantibus, neque aliis irritamentis,
sed missa facienda.

1. **Cautio pharmaceutica**. Superioribus Aphorismis egit de qualitate & quantitate euacuationis, nunc docet tempus & modum euacuandi & qua cautione usus eorum initi debeat. Quæ itaque, dicit, iudicantur. n. propria crisi. quia quot sunt morborum idæ, tot sunt & ~~exercent~~ differentie, tamen quo natura viam affectat, eo maxime crifes inclinationes sunt. Ex quibus duobus principiis, hanc colligas definitionem, Propria Crisis est quæ secundum morbi idæam, pro loco ipsius, & pro natura eius qui iudicatur, inclinationes. facit. Dixi in hac Definitione Pro natura eius qui iudicatur: Quia febris ardens in iuvene, per haimorrhagiam: in senē, per dysenteriam iudicatur. Talia autem per se iudicantur, quæ ante significata fuere signis apparentibus ad speciem & tempus futurae crisis: quæque commodè effunduntur in qualitate, quantitate, tempore, & excernendi loco & modo. Huiusmodi autem crisin dicimus non perfectam, si in illa desideretur vlla harum rationum. Ut, non est perfecta crisis Phrethici, si quarto die profundit stillatim paucum & sincerum sanguinem. Etenim desideratur ratio temporis: nam quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicari debent: quæ imparibus, imparibus. Desideratur etiam ratio in modo excernendi: nam stillatim illi manat sanguis, qui debebat ferri ~~à seors~~, hoc est, confertim. Peccat etiam hæc excretio in quantitate: nam paucum emanat: etenim nihil paucum est criticum. Postremo in qualitate, sincerus sanguis stillat: etenim nihil sincerum est bonum. Nihil rectè fit, quod ante significatum

Crisis quid.

Crisis quid?

maioris
maioris

Perfecte
quæ iudi-
centur.

Crisis im-
perfecta.

maioris
maioris
maioris

Salviang 1-2. Vanar lectio. 2. non
perfecta Crisis est, in qua dicitur solgnum peccat,
Concoctio, indie Critica, indiatu, per loca con-
frentia epacopy sensibilibus totis etiam
tolerantia.

non fuit, signis apparentibus ad tempus criseos id est, signa pepasmi præcedere debent crisis. Quare signa apparentia ad speciem crisis, incerta & calamitosa sunt, nisi præcesserint signa ad tempus. Nam illæ excretiones sunt Symptomaticæ. Quare. Fœlicem crisis signa pepasmi præcedere debent, & symptomata perturbationis criticæ. quæ duplicia sunt, quædam enim apparent ad tempus alia, ad speciem futuræ crisis. Quæ signa nisi præcesserint, excretionem talem nequaquam criticam, sed symptomaticam vocabis. Signa quoque ea ad speciem criseos incerta sunt & calamitosa, nisi præcesserint signa ad tempus crisis. Exempli causa, Laboret aliquis iuuenis ex febre ardente. Si apparuerint illi die quarto in lotio signa pepasmi, dices hanc iudicandum die septimo. Si verò ante septimum diem appareat facies rutila, micantes oculi & reliqua talia signa, dices eum haimorrhagiam iudicandum. Ut si signa pepasmi non præcesserint, nam ea ad tempus crisis apparent, erit symptomatica excretio. Si vero illa haimorrhagia ita fiat, ut in illa nulla ratio desideretur, dices illam crisin perfectam fuisse. Atque ut acuti morbi excretionem, ita diuturni morbi abscessu iudicantur. Hoc est translatione materiz ab vna parte in aliam, Nisi tamen eum ab abscessu liberarit. vrina copiosa quemadmodum euenit seruo Archigenis. Abscessus autem perfecti hæc sunt conditiones, ut fiant die critico, longissimeque à parte affecta & κατ' ἴκιν, id est, è directo, & in partem totius materiz capacem, ut liberet agrum. Vno verbo, Neque morbo sit impar, neque natura sit impar. Morbo par est & natura, bubo pone aures. exanthemata morbo sunt imparia, & natura paria, hydrops in febrem, natura impar, sed morbo par,

Exemplum
practicum.

Abscessu
qui iudi-
catur.

2. Ita ut nulla superfit mala empyreumatica-
 tis qualitas ignea: cuius signa sunt sitis, &
 oris siccitas: nec etiam restibilis sit materia
 morbifica, cuius signa sunt amaritudo oris,
 cibi insuauitas, & deiecta appetentia. Sed ut
 sit integra redintegrataque & conomia natu-
 ralis in assumendis & excernendis: & vis vita-
 lis ac animalis memores sint sui officij. Siue
 sit *ῥάραχῃ* critica, siue in vacuatione cri-
 tica.

*Empyreuma-
 tatio, &
 materia
 morbifica
 superflua
 uana*

3. Quatuor complectitur, vacuationem,
 coëffusionem, quod *συνεχυσίς* dicit Hippo-
 crates, reuulsionem, & deuiationem. Quæ
 quattuor ita dicuntur, quod euacuare dici-
 mus, quoties sine distentione partis aliquid
 educimus. Effundimus, cum quod deest eua-
 cuationi excitamus: reuellimus humorem
 qui fertur per loca lege naturæ non consen-
 tanea: deriuamus eum, qui fertur quidem
 per loca lege naturæ consentanea, sed ex euen-
 tu dissentanea.

*6 Epid. 2.
 in crisis.*

*Coëffusio
 quæ
 Reuulsio
 & derina-
 tio
 crimen.*

4. Est verbum agricolarum: & significat
 hoc loco alterationem caloris vel frigoris. q.
 d. non est locus alterantibus: quemadmo-
 dum pragmatici id moluntur sapere Syrupis &
 similibus imprudenter. Nouare cum dicit,
 collineat ad empyreumata cum ait Mouere, ad
 materiam morbificam respicit.

5. Ut lenientibus, balneis, clysmis & c.
 Et tamen modum reficiendi præscribemus.
 Scribit Hippocrates, male Simoni ad exan-
 thematum curationem à Medicis præscripta
 fuisse medicamenta vomitoria. Quia illa Si-
 monis exanthemata, nihil aliud erant quam
 crisis quædam in cute vestigia. Puto, inquit,
 si quis calida fouisset, iuvari ægrum potuisse.
 q. d. cum huiusmodi perfectæ crisis vestigiis,
 est pugnandum Topicis. Atque hoc est quod
 præcipit Hippocrates, ubi ait, Vbi fauces

*Simonis
 exanthema-
 mata*

Medicus sit
spectator
non actor.
Cautus.

agrotant, aut tubercula nascuntur in corpore excretiones inspiciendas esse. Nam si excretiones fuerint laudabiles, corpus erit integrum. Quare in his abstinendum: Si enim recte mouet natura, excitabis tu importuna pharmacia hypercatharsin: si tu κῆτος, illa fortasse αἷς. Suadeo ne quis in ipsa crisi pharmacum ad coeffusionem propinet: supersede diem vnum aut alterum. Id enim longetutius: nescis enim quò nam abeat natura: quæ enim segnescere videtur iam, ac languide excrementa excludere, hanc mox virida quadam vi maximam succorum copiam deposuisse vidimus. Quod si quid irritamenti à pharmaco accessisset, in fluxum calamitosum facile se laxasset.

quò natura vergit, eò maximè est
ducendum.

X X I.
Αἰσθητικῆς ἀρετῆς οὐκ ἔστιν ἀνὰ μέγιστα πέποι-
ηται αὐτῆ ἀρετῆς, διὰ τὴν ἐξουπερότητα
ἡρώων.

X X I.
Quæ ducenda sunt eo ducenda
quò maximè natura viam affectat, per
loca & lege naturæ commoda.

Præcedenti aphorismo de perfecta natura motu egit:
iam de imperfecto, cum n. natura languide mouet adeò
ut medica manu opus sit. Hæc sit natura adiutrix.
Agit enim hoc primo libro De purgatione, cum mu-
tatio fit siue ad robur siue ad infirmitatem virium.

I. Est istud necessitatis verbum, reciduiuz
metum subindicans. Cum n. superest mate-
ria morbifica à precedente morbo, quæ non
integro crisi exclusa fuit. Vel si turgeat iniqua
materia.

2. Intus, foras, sursum, deorsum, nam quot sunt morborum idæ, tot sunt differentia motuum humorum.

3. Morbi grauioris metu. & ne ruat materia in partem, cuius officio vitâ carere non potest.

4. Quasi dicat ægri vires valeant, nec sint loca ex euentu incommoda. Quare non satis est vt moliamur purgationem eò quò natura & humor viam affectat. Vt si quis polypo obsessus etiam catarrhis obnoxius sit nar. um: abducat medicus doctus eum fluxum apoplegmatis ad palatum & os. Ita in dysenteria minimè totum corpus per afflicta intestina euacuamus: licet sapius scriptulo vno aut altero rhabarbari & corticem myrobalanorum ea, quæ intestinorum iduolucris, con-
cepta sunt excludamus. Ex hoc Aphorismo sumitur Definitio Purgationis: Quæ est humoris qui in vitio est, quò natura vergit, per commoda loca exclusio.

XXII.

Ἐπιπέποντα φαρμακώδην ἢ κινέειν, μὴ ὀμαὶ μὴ δὲ ἐν ἀρχῆσιν, ἢ μὴ ὄργα. τὰ δὲ ἤ κλειστα ἐκ ὄργα.

XXII.

1 Concocta medicamento purgare ac mouere oportet, non 2 cruda, neque 3 incunte morbo, nisi materia 4 turgeat: plurimum 5 verò non turgēt.

Aphorismo hoc agitur de occasione purgationis. Ubi Purgatoria obserua quòd natura expellat: Medicamentum verò occasio & quibus opus attrahat, Quia nature officium est concoquere segre sit ad purgare, & expellere. Natura autem debet expulsionem, gaudium.

2 Alim. fa-
suls.

Purgatoria
remedia cur-
dadant.

Quæstio

Purgationi
bona tribus
opus est.

ratio du-
plex.

docet Galenus ubi agit de pyris, ubi dicit, Naturam
vfu pyrorum roboratam, malum exclusisse. Quod si igi-
tur nec Natura excellenti, neque medicamento attrahen-
si cedit humor, id fiet quod alibi dicit Hippocrates,
Quod medicamentum frustra exhibitum liquefuit &
consumet ea que morbo resistent. Hoc est, partes soli-
das & harum virtutem atteret: adeo ut morbus fiat
ex euentu lethalis. Hinc sequitur, quod si eo ipso tempo-
re quo neque natura expellenti, neque medicamento at-
trahenti humor cedit medicamentum porrexeris illud
nihil aliud prestabit quam calorem febrilem augere.
Quare sint concocta: hoc est, vi natura mitigata, &
ad temperiei mediocritatem reducta. Sed dices, si natu-
ra perferre potest vs ea que turgent ineunte morbo
excludantur, quare non feret ut etiam cruda extrahan-
tur. Respondemus, que orgasmo feruntur facili remedio
abduci possunt nam sponte concitantur, quod cruda ne-
gatur, nam violentia hic opus esset, & frustra.

1: Quia ad legitimam purgationem, quæ
artificiose præscribitur, tria sunt necessaria,
naturæ vi, meatuum liberrate, & materiæ
præparatione. Quamuis igitur ineunte mor-
bo naturæ vis sit robusta, plus tamen va-
let materiæ contumacia ad auocandum nos
ab exhibitione medicamenti purgatorii, quam
naturæ robur valeat & inuitet ad huiusmodi
exhibitionem. Porro concoctionis duo sunt
genera, vna est rei naturalis, id est, rei coquen-
dæ, in coquentis naturam commutatio: &
dicitur pepsis. Altera, rei præter naturam, quæ
vt causa morbifica, à natura vincitur, & mi-
tificata naturæ vi, ad excretionem præparata
iam est: & particeps dicitur. Quamuis enim
partibus solidis non assimilatur: attamen ide-
am gerit partis eius vbi suppurat. Vtriusque
autem concoctionis sola natura est causa, hoc est,
virtus partium solidarum. Nam calor præter
naturam nullam vim mitigandi habet: ideo-
que

que quæ coquantur & quæ mitificantur non
causis efficientibus, vel solâ materiâ diff-
tunt. Nam res quæ supputatur concepit quidem in
se calorem præter naturam, verum is nihil
præstat ad mitificationem. deòque refert tan-
tùm quoddam vestigium partis alterantis: sed
planè ipsi assimilati nequit. Rectè dicebat ex
hoc Aphorismo Seneca In morbis nihil est
magis periculosum, quam immatura medi-
cina. Et Liuius, Medici plus interdum quiete,
quam mouendo & agendo proficiunt.

Conf. ad
Helu.
Lib. 22.

2. Sunt variz cruditates: quot enim sunt
genera coctionum, tot genera sunt crudita-
tum. Quædam enim cruditas pepsi corrigitur
quædam pepasmò. Sic pituitam dulcem dici-
mus esse crudam, quæ cocta abit in sanguinem
& partibus nostri corporis tandem assimila-
tur, Hanc quoque cruditatem habere dicitur
bilis in suo genere cum redditur, copiosior, &
dem consistentia in vitio est. Rursus cruditatis
quæ sub pepasmũ cadit duo sunt genera; nam
quædam cruda tantum sunt, sed pepasmi ca-
pacita, vt est sanguis in Phlegmone. Alia verò
cruda pepasmi sunt expertia: qualis erat illa
bilis, in pestilenti constitutione, segregata à
sanguinis massa. Dicuntur igitur hoc Apho-
rismo cocta, quæ vi partium solidarum sunt
mitificata. Hæc talia pharmaco trahenti, &
naturæ expellenti cedent, ac inoffenso cursu
effundentur. Cruda si valido pharmaco tenta-
ueris, liquefacies ea quæ morbo resistunt, fietq.
inde morbus lethalis. Sit itaque pharmacum
analogum materiæ coctæ, ne, si fortius id fue-
rit, cruda moueas vnâ, tunc per *ὀμίχραν* ab-
duces, cum partim cruda partim cocta illa fue-
rit. Et abstinebis tunc ab elateriis id est, agi-
tatoriis; vt agaricum, elleborum, pepsin.

Cruditates
quorū

3. Epid. 3.

3. Quo tempore symptomatum mutatio
potissimum incidit. q. d. Quamuis princi-
pium

3. Aph. 29.
Principium
morbi quid.

pium morbi videatur aptissimum tempus esse ad purgandum: quod videlicet Natura nondum vi morbi fracta, cum adhuc sit robusta, tum symptomata leuissima, tamen maior est vis auocandi à purgatione, in materia hoc tempore contumaciâ, quam inuitandi ad purgationem in naturæ robore. Vocat hoc loco principium id tempus, in quo cruda sunt omnia, hoc est quattuor primos dies. Sed obiciet, Incipientibus morbis, si quid mouendum videtur moue. Respondemus, non esse mouenda in principio ea cruda, quæ morbo sunt propria: sed ventriculi & intestinorum impuritas excludi potest.

Symptomata
varia
unde.

Phrenitici
sunt varia.

4. Hoc est, nisi materia peptasmi exers quasi furore percita, modò huc, modò illuc feratur, ob copiam & malignam qualitatem, crebramque Symptomatum mutationem adferat, quod ineunte morbo, si vsui venerit, fieri solet, non autem prouecto. Varia autem symptomata profert turgens materia, vt varia fuerit pars, quam incurrit, temperamento, actione, vsu, & essentia. Quemadmodum in phreniticis mirabilem symptomatum mutationem experimur, vt modò visu solo, modò auditu solo, modò linguâ sola, modò aliis delirent partibus. At cum fixus est humor, ferè fit vt symptomata humoris morbifici vim & partis obsessæ naturam sequantur. Alioqui, cum is fixus non est, idem, dico, humor in diuersis partibus, diuersa mouet symptomata. Ratio autem Quare hæc materia ita variè in partes ruat locumque commutet est, quòd nostræ naturæ sit dissentanea vsque adeò, vt nulla pars ne ad punctum quidem temporis eam perferre queat. Et omnis peptasimus tempore oboritur à vi partium solidatum: quare cum eam nulla pars ferat, coqui hæc iniqua etiam materia nequit. Primo ergo tempore molienda

molienda est eius euacuatio. In eo autem humore qui pepasum recipit, ut sunt ipsius pepasmi gradus, sic quoque purgationis esse debent. Nam ut primum concoctum aliquid fuerit, ita id rhabarbaro purgabis, ut natura ea parte humoris cocti exonerata, reliquum concoquat facilius, si copia naturam videas opprimi. Vox orgasmis translata est ad ægri- tudines quæ properant & celeriter mouentur, & præcipue cum laborantis sensus ab incon- cinnio motu spirituum & humorum irritatur.

ὁ ῥαββαρῶς.

1. Cris. 9.

Perseus Satyra 3,

Turgescit vitrea bilis.

Virgil.

Turgent in palmitibus vites,

1. q. d. Plures morbi acuti sequuntur materiam stabilitam.

X X I I I.

Τὰ χυρέοντα μὴ ἂν πλείους ἴτεκ-
μαίρεως, ἀλλ' ὡς ἂν χυρέα οἶα ἂν δέη καὶ
φέρει δ' ὀφθαλμοῦ. καὶ ὅκα δέη, μέχρι ἂν λειπο-
θυμία ἀγειν; καὶ ἂν πείσειν, ὡς ἂν ἴσ-
αρχέση ὀφθαλμοῦ.

Non satis est plurimo euacuatis

*Contrariis
Aphor. Hip.
Celsus
20.*

X X I I I.

Quare excretiones non a copiâ aut numero metiri oportet, sed prout qualia decet feruntur, & ægri ferunt ex facili. Nam si vel ad lipothymiam vsque mouendum sit, faciendum id sanè modò æger par esse possit.

a. Non enim satis est plurima euacuasse, sed quæ in vitio sunt, quantitate itaque opus est,

est, sed non quavis: verum tali qua excluditur morbifica materia, ita ut euphoria sequatur. Intelligit per excretionem, quaslibet effusiones. ut in pleuritide trahet sanguinem, dum color mutatur.

1. Hoc est, scienter colligenda sunt euphoria & excrementi prauitate. siue illae arte vel sponte fiant.

2. q. d. Duo sunt iustae vacationis temperia in omni vacatione, aegri alacritas, & humoris qui in vitio est excretio. Obseruavi interdum quaedam excreta mole parua, attamen vi magna, fuisse ac aegros liberasse. Id euenit quam plurimis dum pestilens illa febris quam Hungaricam appellabant, grassabatur Anno septuagesimo secundo supra millesimum quingentesimum. Manabat tunc quibusdam hac in febre sanguinis substillum e naribus exiguum, verum illud erat purpureum roseoque fulgore micans: merus namque is sanguis erat arterialis nimia flamma incandescens. Ita illi euadebant. Vnde saepe mecum cogitavi. Num salutariter in his arteria aperiri potuissent. Sed quis audeat? Doctiores quaeso hac de re cogitent.

4. Ut in symptomatibus quae aut magnitudine aut malignitate suas causas vincunt, in tristi dolore cynanche, ut .n. inflammatio extinguitur, & ut organismus reuocetur.

5. Ut fuerit species & essentia morborum, periodorum, causarum, symptomatum, foci, & criseos, ita debet esse qualitatis cuiusque rei vacationis ratio. Nam ex iis quanta esse debeat vacuatio discendum est: adhibita tamen ratione naturae tum communis, tum propriae aegri, quae saepe auocat. Nam Melancholici larga manu, idque medicamentis valentioribus purgari possunt: biliosi parca, & clementioribus. illi per inferiora, hi per superiora,

Duo vacationis infla-
signa.
Historica
obseruatio.

Mortis Unga-
ricae.

Problema
practicum.

Apertio arte,
riam.

Symptoma-
ta qua in-
dicent vacu-
ationem.

rora, modò non sint tabidi. Habenda quoque est ratio temporis, præsentis & anteaactæ vitæ. Signum autem iustæ purgationis est sitis, excitata non quidem à qualitate medicamenti, sed ab euacuatione. Sed pugnare videtur hic Aphorismus cum tertio superiore, ubi vetat Hippocrates. Ne quis ad extremum euacuet etiam habitum athleticum. Nam si hic qui maximè euacuationis est indigens minimè eam perfert, multò minus eam perferet, qui ea minus eget. Certè ubi symptomata causas sui effectrices vincunt, tum maioris emolumenti gratia ad lipothymiam est euacuandum. Hæc lipothymia fit exhausto vel irritato stomacho, non autem corde. Non enim hic loquimur de syncope cardiaca, sed de eâ quæ fit malè affecto ventriculo. Est enim cardiaca Syncope, præceps omnium vitium lapsus, corruptis spiritibus & partibus solidis à mixtione alienæ qualitatis, vel vi caloris, marasmo, repletionè, aut inopia alimenti. Ita Diagoras lætitia perit. Fit itaque ex subito spiritus motu aut vacuatione, alteratione, vel interceptione. Lipothymia itaque est cum vitium integritate: syncope non. Quate hic non eò ducitur euacuatio ut vasa concidant. Neque rursus hic loquimur de eâ syncope, quæ quibusdam in initio venæ sectionis euenit ex metu, à collectione spirituum: neque de eâ quæ fit ab acri humore vellicante superius os ventriculi: (in talibus, qui huic lipothymia obnoxij sunt, inquit Galenus resupinis venam aperire solemus.) Sed de eâ sola quæ fit ratione euacuationis. Sed dices, Quando poterit æger par esse si animo deficiat? Certè lipothymia quidem est infirmitas: sed huius infirmitatis restituendæ ratio est consideranda. Quædam enim facile restituitur: ideoque in virtute naturæ multum

Quæstio

Syncope
quid.

spei est collocandum, si partes solidæ fuerint integræ.

6. Parem hic vocat Hippocrates eum, qui sine infirmitatis metu, ad tempus potest illam lipothymiam ferre: ut cui corpus non sit raram, sed solidum, succi plenum, ab anno vicesimoquinto ad quadragesimum vsque, cum partium solidarum integritate, aëre temperato. Sed eum rarò illa adsint, rarò ita euacuandum. Animaduersione dignum quod scribit hic Galenus: vsu, inquit, nobis compertum est, euacuationes ad lipothymiam ductas sæpe profuisse. In imminum causis phlebotomiâ ad lipothymiam ducta refrigerat totum corpus ilico, febremque extinguit: aluique solui ab hac & sudores manare solent, non sine maximo commodo. In maximis verò doloribus, inquit, non maius noui remedium, quam phlebotomiam vel pharmaciâ ubi opus est, ad lipothymiam ductam.

*Euacuatio
ad lipothy-
miam ubi
necessaria*

XXIII.

Εν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἄρχῆσι τῆσι ³ φαρμακείῃσι χεῖρα καὶ τὸτο ⁴ ἀπερὲς ἄκωνήσωντας ποιεῖν.

*In Acutis
morbis
quando
purgandū.*

XXIII.

IN morbis acutis ¹ rarò, ac ineunte ² morbo (si id faciendum) ³ pharmaciæ est locus. Atque id, adhibito ante ⁴ singulari iudicio, faciendum.

1. Quòd morbi acuti pharmanorum calidiorum vi ingra uescunt: & quòd illi ferè excretionem critica finiantur, quos autem in morbos perfecta incidit crisis, rarò locus est purgationi. Et sæpè orgasmo non concitantur succis

succi: vel si id euenerit, corpus non est *Æg.*

2. Si .n. materia turgeat, vt solet turgere morborum principiis: tunc enim mutatio symptomatum fieri solet, non autem cum iam prouecti sunt. Non ultra secundum diem dicit Galenus hic, illud agendum, nam his diebus turgent humores, vires firmæ sunt, necdum febris incanduit ab æstu.

3. Ne vires frangantur, febrilis calor augetur, efferaque materia in nobilem partem ruat.

4. *ἴξ* auget .i. Adhibita Cautione & provisione virium ægri & peculiaris naturæ, symptomatum concomitantium, & antea-ctæ vitæ vel diætæ. Quia qui prauo victu vsi sunt, non ferunt pharmaca. Sit corpus *Æg.*, nec vlla phlegmone sit in hypochondriis. Morbos acutos ferè omnes Naturæ beneficio iudicari docet Hippocrates. Rarò itaque eos purgatione curamus. Si tamen aliqua purgatio necessaria fuerit, ea incunte morbo est incunda. Quia omnis mutatio Symptomatum fit incunte morbo. Atque hac purgatione excludimus, aut cacochymiam, aut materiam morbi effectricem. Si itaque plus commodi quam incommodi attulerit pharmacia, illius ineatur vsus. Dicit Hippocrates singulari quodam iudicio hæc agenda esse. q. d. sit paratum corpus ad pharmaciam, & obsetua quoniam tempore crisis sit futura. Paratum minimè erit corpus ad pharmaciam si circumfluat crudis, lentis, crassis succis; siue flatibus distenta fuerint hypochondria. Et si vrina (index acutissimæ febris) flammea fuerit, aut si phlegmones internæ adsit suspicio, ac meatum obstructio. Age itaque medendi Methodo, ac primum vide num sit purgandum. Deinde num quid obset: de quibus ante iam diximus, Verumtamen clysmis, ac aluiducis

viducis medicamentis, vbi opus est, laxabimus aluum. Hæc enim non venosum genus tentat: sed solum eam prauitatem succorum prolestant. quæ in intestinis ac præcordiis à sanguinis massa separata hærent effundunt. Ego tali vtor, Accipe Cassiæ recenter extractæ, vnciam cum semisse. mannæ electæ vnciam: syrupi rosati laxatiui vncias tres: pulpæ tamarindorum, si velis, semunciam: misce fiat electarium liquidum: Vtatur vno coehleatio alternis diebus. magno excipiatur vase hoc pharmacum, nam turget fermentaturque

Laxans
medicina
vtilissima
in acutis

XXV.

Ἡ ὄϊα λεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται,
 Συμφέρει ὅτι ἡ δύσφορος φέρουσι: τὰ ὅτι ἐν
αυτῆα, δυσχερῶς.

XXV.

Si qualia purgari oportet excludantur, confert, perferuntque alacriter. Sin contra, difficulter ferunt.

Hic Aphorismus apotelesma est præcedentium quattuor Aphorismorum. Nomen enim oïa completur quinque conditiones cumque laudabilis purgationis. Vt fiat in morbis in quibus conuenit: ut humor morbosus educatur: eâ copiâ qua decet: cōstâ materia: per loca commoda. Differt hic Aphorismus à secundo huius libri Aphorismo, quod ibi de vltro abortis fluxibus agat: hic de iis qui fiunt artificiosa molitione, ad naturâ imitationem comparata.

Summa libri secundi: de signis prognosticis.

HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER II.

I. HEVRNII.

*Paraphrastica versione, & breuibus ad
obscuriora loca Notis sine Com-
mentariolis Illustratis.*

I.
Εν ᾧ¹ νοσήματι² ὕπνου³ πόνον⁴
παύει⁵ θανάσιμον. ὡς δ' ὠφέλιμ⁶, ἔ⁶
θανάσιμον.

I.
Quo in¹ morbo² somnus³ laborem
parit, ⁴ funestum: Si⁵ autem⁵ iuuat,
nihil⁶ funestum.

*De corpore & eius variis affectionibus hoc secundo
libro agit Hippocrates: & de purgatione cacochymia si-
ue succrescentis, siue superstita in morbis acuti. In ini-
tio huius tradit refectionis praecepta visito iam morbo
absolutaque crisi. Hoc est, ut habendi sint illi, qui
iam à morbo conualuere. Nam hi aliter nutriendi debent,
quam eo tempore cum ad vigorem ibant. Et quia in
hiu imbecillitas quaedam remanet, propterea quae
cacochymia quaedam succrescit, ea purganda est: pro-
pterea etiam agit de purgantibus, Nam primo libro
tradit modum reficiendi eos, qui adhuc morbo detinen-
tur.*

tur. Antequam autem eò veniat, (videlicet ad Aphorismum oblatum,) initio proponit quadam generalia precepta Rerum non naturalium. Quae precepta sunt veluti quidam loci communes, ad rerum futurarum demonstrationem. Ac primum quidem agit de somno, quem docet non minus perniciosum esse, si in aliquo delinquat, quam victum. Sensus itaque huius Primi Aphorismi est. Si unde plurimum opis & auxilij expectatur, inde periculi accessio adiungatur, planè id fuerit funestum; Atqui à somno in morbis acutis, multum expectatur praesidij. Cuius quidem Propositionis Minoris veritas hac ratione perspicuetur. Nam ut calor natiuus intus vel foras viam affectat, ita somni & vigiliarum inclinationes sunt. Quod si itaque calori natiui ita sit constituta hyparxis, ut sanguinis, spirituum, & arteriarum humiditatis (in quibus tribus calor ille natiuus residet) sit optima constitutio in qualitate, quantitate, & consistentia; nulla quoque somni vel vigiliarum desiderabitur ratio. Nam cum illorum trium effluxus ac vapor similis sit ipsis subiectis bene constitutis, somnus concitabitur dulcis & suavis. Est enim somni materia vapor quidam benignus sanguinis, spiritus, & humidioris arteria, qui per venas iugulares & carotidas per arterias fertur ad cerebrum, & sensum communem vincit. Dixi somni materiam esse vaporem benignum. Nam Aristoteles quidem bene definiuit 'emnum', sed rationem male reddidit, ut qui in duobus peccauerit: primo, quod primum sensorium nominavit cor: Secundo, quod putauerit primum sensorium vinciri à multo vapore frigido. Huiusmodi enim vapor non somni, sed soporis potius causa est. Est enim triplex causa comatu, ut refrigeratio, qualis in Harmocrate, oppressio à materia frigida; & resolutio. Somnus ergo naturalis cibos feliciter concoquit, materiam morbificam mitificat, & symptomata omnia minuit. Nam somno vindicantur pueri à calamitosissimis morbis. Vigilia contra, nam relinquunt materiam crudam, ac indomitam. Quales autem fuerint vapores ad cerebrum eleuati, talis erit & somni conditio. Si enim

Somni causa.

6. Epid. 4.
14. &
Com ad
hunc Aphorismum

Somnus
quid.

Somni effectus.

enim

enim vapor fuerit acrior, somnus erit vel paucus, vel tumultuosior. Si materia sanquifera copiosior vel crassior, pro vero somno tumultuosus erit, qui laborem aduociget. Porro hic non agit de somno qui euehit in eunte paroxysmo, sed qui fit in eius fine: nec de eo qui imperatur interdum in qui laborant ex phlegmone visceris alicuius. Sed agit de eo somno hic qui loco prescribitur, & qui loco conciliatur, hoc est, in declinatione paroxysmi. Tribus opus est ut gau placide dormiat, de-
 rebro temperato, vapore benigno, & animo, quieto, Unde Virgilius *Ad non infelix animi Phœnissa, nec unquam soluitur in somnos, oculis nec pectore noctem accipit. Nam amore Aenea inquieta morserat.*

Tribus ad
 somnum
 opus.

1. Hoc est in cuius morbi paroxysmi declinatione, extra tempus crisis.

2. Somnus fit cum (quamuis non quiescat) sese relaxat primum sensificum, quo spiritus animales redintegrentur. Hoc autem euenit a blandioribus vaporibus sublatis sanguine ac suavi pituita in cerebrum quibus refrigeratis ac in rossidum madorem coactis, nervorum meatus oblinuntur, & quasi obligantur. Propterea Galeus Aphorismo huius tertio dicit, somnum fieri, primo sensifico, hoc est cerebro refrigerato: ut vigilia ob primi sensifici calorem

Somnum fit
 fit.

3. a vapore, qui qualitate, copia, & consistentia in vitio est, & a cerebro male affecto.

4. Nam inde ingrauescunt Symptomata: somni vitio autem, manet inuicta causa morbifica, cuius coctio expectatur a somno.

5. Si in somno aeger alleuetur, mirificato etiam morbo.

6. Nam superstitem vim naturæ denunciat: cuius vi superatur morbus: eamque esse potentem materiæ morbificæ.

I I.

Οὐκ ἄρρασιῶν ἐπιθ' πάυης,
 ἂ ἀγαθόν.

I I.

Vbi (enim) somnus deliri vacuitatem
 adfert, ἂ bonum.

Delirium
 quale à
 somno mi-
 uescat.

Confirmatio Præcedentis Aphorismi. Hoc enim ar-
 gumento est, naturam de morbo id est de materia mor-
 bi triumphare: eoque magis, quod eam depellat affectio-
 nem (n. delirium) que magis ingrauescit cum aut
 somni materia, aut cerebrum in vitio est. Intelligendus
 est hic Aphorismus de eo delirio, non quod fit propria
 affectione cerebri, qualis est primigenia, ut phrenitis,
 cuius symptoma est febris, sed de eo qua fit per metasta-
 sin materia, à febre, cuius symptoma est delirium. Nam
 illud primigenium delirium à somno magis accenditur.
 Vbi verò in hoc delirio symptomatis humor translatus
 mitifitatur somno, significatio fit bonitatis materie, &
 vigoris caloris innati: & quod vapores benigni rigant
 cerebrum (unde squalor contractus cerebri mitifitatur pro-
 fecti à sanguine benigno visceribusque integris. Quasi
 dicat, Ut calamitosum, si unde plurimum opis expecta-
 batur (ut a somno) inde plurimum mali proveniat, sic
 contra, Si à somno, unde, in morbis viscerum, plu-
 rimum metuitur: viscera ea somno recreantur, & mor-
 bi viscerum mitifitentur, somnus ille erit maxime sa-
 lutaris & necessarius. Delirij, grauisissimi mali, memi-
 nit: sub eo reliqua complectens.

2. Est enim signum iam iam adfuturæ sa-
 lutis. Nam nulla res magis delirium auget
 quam somnus, si causa in cerebro sit cõcepta.

I I I.

Ἐπιθ', ἂ ἀγυπνίῃ, ἀμρότερον τὸ
 μετρίον.

³ μετρίῳ μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

I I I.

¹ Somnus & ² vigilia, vtraque si ³ immoderata sint, malum.

Est enim somnus, auctore Aristotele, δ᾿σμος τῷ πρῶτῳ αἰσθητικῷ. Id est Vinculum primi sensus. Est ergo somnus non tam quies quam relaxatio quedam primi sensus ab assiduo opere; dum n. occupatur cerebrum in spirituum animalium instaurationem, quibus fuerat penè exhaustum sentiendi, cogitandi, & mouendi assiduitate. Muliebra autem cerebri est suavis anathymiasis: qua si vitium traxerit profundiore illam facit, vel eum serpere grata quiete non patitur. Ut enim quis placide dormiat tribus opus est, cerebro temperato; anathymiasis benigna, ac animo quieto.

Somnus.

1. Quare immoderatus somnus metastasin morbificæ materiæ ad caput significat, vnde excoctum redditur corpus ac languidum.

2. Nam cerebrum exhauriunt spiritibus, parentes cruditatium omnium vigiliæ. Et inde significatio adfertur squalidioris cerebri, ac iniquæ anathymiasis, aut metastasis in cerebrum.

3. Hæc mediocritas reuocanda est ad naturam propriam & communem eius cui somnum adhibemus. Nam alia est mediocritas somni in puero, alia in sene. Rursus alia est mediocritas somni in eo qui septem diebus vigilauit continuis. Nam si is postea somno correptus, duos integros dormiat dies, hic somnus non erit immoderatus. Expendendæ enim sunt causæ naturales somni & vigiliarum: & in vtroque necessitas naturæ. Causa enim somni naturalis est vapor benignus in cerebrum illatus. Non neglecta interim & ipsius cerebri consistentia: ita pueri sunt humido cerebro: ac proinde longiorem somnum

Somnus mediocritas qui dicitur.

requirunt: Contra senes, quia sicciori & minus calido, breuiorem. Causæ verò naturales vigiliatum sunt, caloris natiui explicatio. Necessitas naturæ in somno, est attendenda ex ratione copiarum caloris natiui eius cui somnum adhibemus, & ratione vigiliatum quæ somnum præcesserunt. Necessitas verò naturæ in vigiliis est expendenda, ad actiones animæ & corporis præclarè obeundas. Erit ergo somnus immoderatio, si has causas & necessitatem excesserit: Vigiliæ immoderatae erunt si supra quam actiones requirunt, fuerint longiores. Vt autem sanitas in symmetria conseruetur, oportet omnia esse moderata.

Somni ac
vigiliatum
necessitas
vide.

Ζηκλισην Βουφισινδ.

IIII.

Mediocritas
optima.

Οὐ¹ πλοσμονή, ἔ² λιμός, ἔδ³ ;
ἀλλο⁴ ἔδ⁵ ἐν ἀγαθόν, ὅπ⁶ αὐ⁷ μᾶλλον τ⁸ φύ-
σις⁹.

IIII.

Neque¹ satietas, neque nimia cibi² abstinentia,³ neque aliud quippiam salutare quod supra⁴ naturam fuerit.

Nam natura integritas in moderatione consistit.

1. Id est Succij altilis & alimenti copia.
2. Id est genij defraudatio.
3. Eleganter hoc idem dixit Phocylides, ubi ait,

* Μέτρον μὲν φαγεῖν καὶ πίνειν, καὶ μυθολογῶν ἐν Παιτων μέτρον ἀρεῖται. Ἰσορροπία δ' ἀληθινή.

* Moderatè cibum potumque sumas, & loquaris. Modus omnium optimus, excessus autem vitandus est.

4. Supra naturam n: insitam, ascititiam, communem & particularem eius cui adhibetur.

sur.

tur. Accedente etiam particulari corpori conformatione. Ratio huius Aphorismi est. Quia noxia sunt illa quæ immutant ægri temperamentum, habitum, actionem ventriculi & partium nutritioni dicatarum. Fame enim tollitur ventriculi habitus, hypochondria suspenduntur, nidorulenta eructantur, biliosa ad caput attrahuntur. Quasi dicat, ante vigorem & post eum caue. ne cogaris subito tale quid in usum vocare. Prudenter igitur institue, ne vnquam immodicè inanias aut repleas.

v. *ἄριστος μαστὶς ἰσχυρῶν*

ἴ Κοπιῖ ἂυτοματοι φραζῖσι ἴ νῖς ἔς.

ἴ Lassitudines vltro ἴ obortæ arguunt [futuros] ἴ morbos.

1. Lassitudo est duplex, laboriosa, & vltro oborta. Laboriosa dicitur illa, quæ fit à labore: vt cùm quis immoderato exercitio etiam consueto se fatigat, vel cùm se ab ocio ad exercitationem transfert. Ab immoderato exercitio fieri morbos docet Hippocrates vbi ait, Hac ratione fiunt causi cum venulæ arefactæ ad se attrahunt biliosos & acres humores, ex quorum putredine, coaceruatione, & motu in maioribus venis & arteriis excitatur ardens febris. aut cùm in simis partibus hepatis ij coaceruantur. Atque huiusmodi fuit lassitudo Adolescentis qui in mendacio inuentus in foro iatebat. Lassitudo verò vltro oborta est triplex, inter quas vna vlcerosa dicitur, in qua vlceris sensio quædam excitatur, Cuius causa est cacochymia, & cruditas pepasmi experts. Altera est lassitudo tensiua, qua corpus distenditur: huius causa est plethora. Tertia lassitudo dicitur phlegmonosa: cuius causa est cacochymia, vna cum plethora: atque in

Lassitudines varia.

4. *De vitio vas. acut.*

4. *Aph. 31.*

3. *Epid. 2. hist. 8.*

Causa omnium
niam ferens
morborum.

hac videntur partes tensæ quasi æstu quodam
conflagrare. Ratiocinatio huius Aphorismi
talis est: Quicquid est huiusmodi ut caco-
chymiam, plethoram vel vitæque hanc af-
fectionem significat, id morbum arguit. At
huiusmodi est lassitudo vitæ oborta. Nam si
humor alieno in loco continetur, is ei parti
cui non assimilatur est molestus. Ibi ergo
cunctando putrescit, carnem erodit, atque
hinc sensio ulceris. Si verò sanguine, supra
vires vel vasa, corpus distendatur, in huius-
modi lassitudine tremor sequetur ab oppres-
sione virium: ut in Pythione accidit. Lassitu-
do est affectio corporis, in qua si vel mini-
mum quis moveatur, sensio quadam excita-
tur phlegmonosa, aut ulcerosa, aut tensiva.

3. Epid. 1.
Lassitudo
quid

2. Id est sine exercitio corporis, nullaque
à causa manifestat.

3. Quoniam ulcerosa caco-chymiam, ten-
siva plenitudinem, phlegmonosa vitæque
affectionem significat. Nam ex his plerique
nascuntur morbi.

ὁ κλίμακων ἀραιὰ δὴ λόβ

V I.

Οκλόσι ² πορεύοντες π τὲ σώματι,
τὰ ² πολλὰ τῶν πόρων ἐκ αἰθέρονται,
τὰ τέτοιον ἢ ³ κλίμακ ⁶ νοσέει.

κλίμακ.

V I.

¹ Quicumque Ex parte aliqua corpo-
ris laborant, & nullo ² modo eam læ-
sionem percipiant, iis ³ mens ⁶ laborat.

7. De ple-
cisi Hip:
Plat.

14.
κλίμακ
quid.

1. Quibus nimirum adest impactio rei na-
tutam lædentis, siue impressio rei in sensum
delatæ. Nam, ut ait Galenus, κλίμακ non leuem
causam significat, sed magnam; non enim
omnis

omnis alteratio doloris sensum excitat. Nam proxima doloris causa est solutio continui. Porro reddidi [laborat] & non [dolet] quia latius patet laborare quam dolere: nam pulmones laborant, sed non dolent, cum sint sensus expertes.

2. Id est *ὄντιται* vt nos cum Philotheo reddidimus: vel si placet, verte Magna ex parte, siue longis ex interuallis, aut plerumque: nihil enim interest: nam ad vicissitudinem symptomatum referri debet. Si, dicere, causas dolorificas non apprehendunt. Nam dolor non percipitur sensu; sed causa dolorifica.

3. Non per se, sed ex euentu. Quoniam ad locum dolentem, subsidij ergo, abstracti spiritus, qualitatem rei dolorificæ impletam sensoriis instrumentis non communicant aut representant sensui communi, qui alioquin indicat passiones factas in sensoriis. Dicuntur autem partes corporis laborare, quando iustam doloris causam in se concipiunt. Itã phrenitici nesciunt se fitire, ac raro & magnum spirant. Hoc est; vt pariter laborent ex rebus naturæ necessarijs. Cum scilicet absentia doloris adest, præsentem doloris causa, eaque urgente.

6. Significat hic sensum communem & imaginationem est enim politicus quidam loquendi modus. Qui philosophicè hunc Aphorismum explicare volet, consulat Doctissimi philosophi Zarabellæ caput penultimum libri de sensu agente. Vbi propriam sententiam suam proponit. Quando dicit mens laborat vel agrotat; hoc est, corrupta est, alio impedita est, aut debilitata est, vide Galenum 7. Methodi 6. fol. 179. & sequentibus. Dicere vult Hippocrates, Cum tales homines rerum necessariorum ad suam vitam oblitus, has non

Historia.

tunt. cogendi sunt. Ut phreniticis etiam nolentibus venam pertundimus frontis tandem. Cum talis quidam potare nullo modo volebat; quidam ex altantibus corpori illius infiliit, ac vi os eius aperuit, ac aquæ plenas amphoras infundebat. Hic quamvis eam aquam ad trabes usque ferè expueret maximo impetu, plurimam tamen aquam nolens bibeat. Victus frigore aquæ algidissimæ, dormire incepit. Mox sudor erupit: ita vi vitam retinuit.

V I I.

Τὰ ἐν ¹ πολλῷ χρόνῳ, λεπυώμενα σώματα ² ῥαθυῶς ἐπαναφέρεται δεῖ. Τὰ δ' ἐν ³ ὀλίγῳ, ⁴ ὀλίγως.

Renutritio-
nis cautio.

Quæ ¹ longo tempore extenuata sunt corpora, ² lentè reficere oportet: quæ verò ³ breui, celeriter.

Cautio in renutritione eorum qui conualescunt, nondumque evaluere. Complectitur hoc uno Aphorismo, ex alto iam morbo, refectiois tecmar sin. Ut enim est extenuationis vel perfectæ, vel inchoatæ, vel momentaneæ, vel diuturnæ ratio: ita quoque refectio- nis ratio esse debet. Nam quidam primo quaternario extenuantur, exhausti solis spiritibus & succis.

Extenuatio
varia.

I. Quæ iam ad marasium devenere, cuius indicium est cutis distentio cum pallore. Omnis autem extenuatio euenit cum imminuitur distributio, & augetur fluor. In extenuatione inchoata cutem laxari: & eandem in perfecta extenuatione distendi docet Hippocrates exemplo ocrearum, quæ admotæ igni primùm quidem fiunt laxiores, deinde verò contrahuntur. Hanc extenuationem so-

let Hippocrates in Coacis vocare duritiem. In acutis morbis fit perfecta extenuatio breui tempore, vt primo interdum quaternario: & hac est lethalis. Non dicit quæ perfecte sunt extenuata, sed quæ longo tempore, quia considerauit & rationem partium solidarum, & rationem alimenti ad naturam aliti. Considerauit etiam rationem œconomiz naturalis in coquendo, digerendo, & externendo multum immutatam. Quo enim diutius vacauit pars nutritioni dicata à suo officio, cò difficilium ad suum institutum redit.

2. Vt prisanâ, & colatitiis iusculis. Hoc est cupeptis, ac meabilibus, sitisque expertibus. Sunt enim iam solidæ partes immemores officij sui, aliusque officij vacuitate reddita est ignaua. ῥοδῖπός Id est paulò negligentius, id est, minus in nutritionem corporis oportet incumbere. Conniueat enim siccitate partes solidæ: quare tenuia quæ permeare possunt dari debent, vt lac muliebre, asinum quoque.

3. Cùm non adeò mutata est naturæ œconomia: hoc est ventriculi, hepatis, venarum mesarrhaicarum. Cuius extenuationis signum est, cutis laxitas cum pallore. Nec enim iam dum solidæ partes excidère officio.

4. Cibis naturæ cõmuni & peculiari consentaneis: vt refatciatur id quod exhaustum est, Benè igitur illi administrètur in qualitate, copia, & in frequentia. Celeriter dicit, quia aut est inchoata extenuatio, vel quia hic vis partium solidarum plurimum valet: & ideo debet exhiberi alimentum succi alibilis plenum. Aut enim est perfecta extenuatio non quidem ab exhausto, sed à causa morbifica quæ adhuc manet, vt ab ingenti calore attenuatio, quia tam pauco tempore non est adeò

immutata naturæ & economiæ, quin simile alt
mentum sibi exhibendum. Vide sexti Epidemiidæ
3. 29. Unde hic Aphorismus est sumptus.

V I I I,

Reflectionis
modo.
vide Hip-
poc. 6. Epid.
2. 20. 21.

Ἡν ἐκ ¹ νόσου βροδίω ² λαμβάνων πει
μὴ ³ ἰσχύη, σημεῖον, ὅτι ⁴ πλείονι βροδίῃ τὸ
σῶμα χεεῖται. Ἡν ⁵ ἢ τροφίω μὴ λαμβανοντος, τὸτη γίγνηται, χεῖν εἰδέναι, ὅτι
⁶ κενώσις δέσται.

V I I I.

Si quis à ¹ morbo cibum ² capiens
³ non confirmatur, ⁴ pleniore id arguit
corpus nutritu uti. Quod si nec ⁵ ca-
pienti idem contingat ⁶ vacuatione tum
opus esse pro certo habendum.

Sensus Aphorismi huius est, Qui perfecte morbum
depulit, in eam causam debet incumbere ut copiosiore
dieta gravatus in morbum incidat. Qui vero imper-
fecte convaluit, non poterit diata recidivam evadere,
nisi plene euacuatus fuerit. Imperfecte autem conva-
luerit, cui post vigesimum diem crisis evenerit.

1. Absoluta morbi historia, & eo naturæ
statu qui describitur à declinatione ad pristi-
nam valetudinem.

2. Cibum appetens & se naturaliter inui-
tans, cum naturali ab exhausto labore. Cum
que aq his alvina absit impuritas, appellunt.

3. Si non recuperat vires, à desiderata nu-
tritione ob cibi vitium, aut naturæ infirmita-
tem, quæ non admittit assimilationem.

4. Nam longo tempore extenuata cor-
pora lentè reficere oportet. fatiscunt enim
partes

partes nutritioni dicatae, nimia cibi satietate ita, ut nec recte coquere, distribuere, assimilare, ac excernere queant. Quare hi fraudate aliquantulum genium suum deberent.

5. Id est non appetenti. resoluta facultate appetitrice ab intemperie ac materia superflua à febre per ventriculum diffusa; non autem à resolutione alvina quæ fit à nimia satietate. Appetentiam horum, deicit alvina fecunditas. Et venosa impuritas facit quod edendo nihil proficiunt in mole & colore. Hoc est quod dicebat Hippocrates in Epidemiorum libro. Qui ventres habent calidos, carnes habent frigidas. Hoc est, quibus facta quadam putredine vel inquinato sanguine viscera ac venæ scatent, his non prolestatur ab habitu corporis talis sanguis tantum autem caloris habent partes, quantum habent sanguinis. Unde friget his caro, quod illum calidum & quasi putrescentem sanguinem non admittant.

6. Ad Exclusionem resistibilis materiae morbificæ quæ impuram reddit & economiam naturalem. Hæc materia vacuabitur per ea loca quo natura viam affectat: Utque fuerint ipsius morbi ideæ, causæ, foci, criseos, periodorum, vel paroxysmorum ratio, ita præscribendum erit phararmacum. Appetentia illi cibi signum est morbi perfecte iudicati, superflua solâ naturæ infirmitate, sed nulla superflua morbi materia, ita ut vacatione opus non sit. Ut est quadam analogia sensus suctionis ad suctionem, ita & suctionis ad exhaustum. Quia autem à valido exhausto excitatur vehementis appetentia, periculum est ut proportionem non possit respondere affluxus effluxui: fractis iam partibus solidis, quarum manus est concoctio. Nam licet appetendi officium non desideretur tamen coquendi, ob collapsum ventriculi habitum & temperamentum,

& similiter partium nutritioni dicatarum. Hincque adeo accidit, ut hoc cibo non corroboretur corpus, sed ipsum etiam debilius fiat: eò quod vires à cibi copia opprimuntur. Sed quare non dixit, Huiusmodi corpus quod appetendo & cibum sumendo nihil proficit, purgatione indigere? Respondemus. Quia hic loquitur de statu naturæ à morbo, non de statu naturæ qui est tempore morbi. Nam qui ex boulimiâ laborant, purgatione indigent. Sed hic non loquitur de ea vehementi appetentia quæ solum sensum suctionis sequitur, (ut euenit in boulimiâ à materia frigida) Sed de ea ubi sensum ductiois præcesserit suction: & suctionem exhaustum, quod haud euenit in boulimiâ. Subitaria cibi satietas est admodum periculosa ab inedia. Meminit Hippocrates mulieris, quæ septimo die perfectissimè iudicata fuerat excretionem critica, in qua nulla desiderabatur circumstantia, nullo superstite empyreumate, nullaque materiâ morbificâ. Hæc cum se liberalius cibo inuitasset postridie obiit.

Obisid.

si Epid.

ῥοφῆ, βλαψῆ.

I X.

Τὰ ¹ μὴ καθαρὰ τῆς σωματίων, ὀκίσσον
αὐτῶν ἀπὸ τῆς μαλλον ² βλαψῆς.

Corpora impura quo I X.

Corpora impura quò plus alimenti
assumunt, eò pluribus damnis au-
gentur.

1. A crisi non perfecta, absoluta iam mor-
bi historia, eaque cacochymia inde, vel ex
congestionem: (à fracta œconomia corporis)
corpus sædat: quæ in triplici corporis regione
consistit. Omnis enim cacochymia à morbo
super

Corpora
plus mī,
tries, eī
plus læ,
des.

stes pepasmi est expertus. Igitur ante refectio-
nem prius hæc auferenda. Cacochymia: au-
tem superstitis ab imperfecta crisi signum est,
appetitus prostratio, (vt docuit præcedenti
Aphotismo) vbi tamen iustæ appetentiæ cau-
sa adfuerit, n: exhaustum, & suctio venarum
cum tamen desit eius suctionis sensus: resolu-
tà, à cacochymia, ventriculi virtute appeti-
trice. Sed dices: Quid si post crisis solum em-
pyreuma relinquatur? Respondemus, id vix
fieri posse, vt hoc solitarium relinquatur:
quandoquidem illius empyreumatis focus est
cacochymia.

Dubium.

2. Cacochymia: accessionem adiungens in
omni regione corporis: ex alimenti corruptio-
ne. *dicat quis* Celsus ait, Vbi multum est
materia: vitiosa, optimum est multum mate-
ria: optimæ miscere. Respondemus. Illum
hoc dicere ex Hippocrate, qui in Epidemiis
ait Illos à peste euasisse, qui se liberaliter inui-
rabant. Id etiam Arabes detorsere ad cibi co-
piam, Sed Hippocrates loquitur de illis, qui
aliquo modo aliquid assumebant: nam pleris-
que moriebantur quod cibum capere non po-
terant. Quare pharmaco excludi is succus de-
bet; vel sensim is exigatur ac nouo nutritu
redintegrentur labefactati atque superstites
adhuc succi. Ita copiam succorum prauorum
scides, ac temperabitur prauitas humoris.

Dubium est
nutritio.

Sensim.

Appellant hoc per epicrasin curare. Quasi di-
cat Hippocrates, purga corpus impurum. Sed
hæc impuritas occupat aluinam regionem, ve-
nosam, & habitus corporis. Si aluinam, id
indicat deiecta appetentia, fastidium & oris
amator: si venosam: id significatur quod
edendo nihil proficiunt: si habitus corporis
fit, phymata & pruritus hoc denunciant. Præ-
scribe ergo leuia, mediocria, vel valida, pro-
ut remotior vel propior ab aluo, regio cor-
poris

Epicrasis
quid.Ex situ ha-
moris pur-
gandum: Et
nota con-
saminata
regione cor-
poris.

Remedium
purgans
valde secu-
rum

poris occupata fuerit à cacochymia. Phar-
maco ego hoc vtar ferè in omni tali cacochy-
mia : nam variè flecti potest ad natu-
ram ægrotum & ad variam materiam mor-
bificam. Accipe rhabarbari optimi drachmam
vel drachmas duas, aut sesquidrachmam: aga-
fici recenter trochiscati semidrachmam vel
drachmam: aut eius loco foliorum fenæ
drachmas duas vel tres: Cinnamomi, scriptu-
lum: Zinziberis semiscriptulum: vel anisi se-
midrachmam: macera hæc tota nocte in vini
albi & aquæ endiviæ cuiusque seſcuntias co-
laturæ adde mannæ drachmas sex: vel un-
ciam: & sypupi rosati laxativi unciam.

X.

Purgatio-
nis sicmar-
fit.

Τὰ τῶματα χεῖν, ὅκα ἀπὸ πρὸ βύληται
καθαίρεθαι, ὁ σοφὸς πείθει.

X.

Atqui si quispiam corpora purgare
voluerit; meabilia vt reddat est necesse.

Vi fiat cor-
pus
et ego.

Perseuerat in cautionibus reſectionis à morborum im-
perfecta crisi. Quasi dicat in impuro corpore quid
agendum? purgandum. Quo modo? reddendo corpus
meo ego. Reddetur corpus meabile, si præstemus vt me-
dicamento attrahenti & naturæ expellenti materia ce-
dat. Id quod fiet excitata naturæ vi, liberatis obſtru-
ctis, præparata materiæ, postremo comparata corpo-
ris, humoris educendi. & medicamenti analogia. Vbi-
cumque enim hæc fuerint, ibi feliciter suscipitur pur-
gatio auctore Galeno: eo libro quo eleganter hic Apho-
rismus à Galeno enarratur. Porrò naturæ vi excitan-
da est cibo & quiete, vt docuit Hippocrates quarti
huius decimotertio: denique foris. Secundum erat, vt
materia præpararetur, vt si tenacius adherescat materiæ
in partibus nutritionis dicatu, præpararetur medicamen-
tu ab-

Lib: quos
& quando
Purgare
oportet.

tu ab-

tu attenuantibus & incidentibus: ut oxymelite, mulsa, organo, tragorano, sirupo capillorum veneru. Liberantur obstructa lenioribus frictionibus, potu incindiendi vs prædito & si materia sursum viam affectat, irritamenti vacuatorii & clysmu. Analogia verò corpori humoru purgandi & medicamenti, in eo consistat, ut medicamentum & qualitate & quantitate sit consentaneum natura communi & propria eius, cui adhibetur ratione speciei & generis causarum, paroxysmorum, periodorum, & loci affecti. Vt enim hæc variant, ita & medicamentum debet esse aliud & aliud, etiam in eodem genere morbi. Nam non omnibus naturis est exhibendus elleborus: nec semper decoctum guaiaci conuenit laborantibus ex venerea lue. Aliquando enim hoc malum in solis spiritibus, aliquando in tenuissima parte sanguinis aliquando in humoribus, aliquando in partibus solidis se immergit. Dilent præterea pharmaca esse in præparato, ut docet Hippocrates in libris De victu acutorum. Verum difficile hic mouetur Quæstio, An quotiescumque purgandum est, ibi tum præparatio sit opus. Respondemus, quod non, ut cum materia turget: nam eodem die ea est educerda, ne vis natura labfactetur, In talibus enim cunctari est periculosum ubi materia non dat inducias. lib 2. De]
 fracturâ.

Hippocrates quoque in fractura calcis, eodem quoque die, si al sit febris, ad elleborum venit, non præparato etiam corpore. Verum id facit maiorum symptomatum metu. Necessario enim fracturam calcis sequitur putredo tendinis illius maximi trium musculorum supra, qui calcis inseritur unde valide in tali fractura contunditur unde conuulsio: insignesque nerui afficiuntur & arteria, unde delirium & febris. Et si materia à sanguine sit segregata, ut in colico & hydrope, non ea est præparanda. si corpus sit meabile, id sit aperientibus. Cacoelymie debetur purgatio. Hæc autem concipit corpus aut ab imperfecta crisi; vel succrescit à pleniore victu post crisiu. Hæc autem succrescens triplex est, aut alui, aut generis venosi, aut habitus corporis. Prima cognoscitur vomitiâ: secunda, quod edendo

Varia cacoelymia]
 regiones, &
 nota carano

edeudo nihil proficiant, quia caro non attrahit, & propterea non fit succio; nam qui ventres habent calidos, carnes habent frigidas inquit Hippocrates. Cum enim cacochymia sanguis feruet, hunc abnuist caro, nec eum prolecat: Cum vero caro suo genio non fruatur, friget: tantum enim caloris habent partes, quantum sanguinis. Cum pharmacia graui utendum est, qua triplex regio corporis purgetur, libera reddatur aliis chysmi aut lenientibus electariis, aporiantur via venarum, atteratur leutescens materia. In ellebori, usu, balneo & fotu fundat se humor: eibus liquidis madefacientibus fruuntur & hausto pharmaco corpus moue. His modis emollescent quasi meatus & laxiores euadent. Quo modo parari elleborum debeat quò tuto propinetur; scripsimus prelixè libro secundo Methodi nostra ad Praxin.

Ἐσθὲν ἔσι τῶ πολῶ πληρῶσαι, ἢ ξηρῶ ἕσθῃ.

Refectis.

ΡΑΟΝ ἢ πληρῶσαι ἢ ποτῶ, ἢ σιτίσ.

XI.

Facilius est refici¹ potu, quam² cibo.

Pertinet hic Aphorismus ad Cautionem eius, qui a morbo perfecte conualuit.

2. πληρῶσαι figuratè accipitur, non enim pro repleti, sed pro recreati ac refici. Vt enim iis facilius est refici potu.

1. id est Alimento liquido, sitis & alienæ qualitatis experte, & concoctu facili. His præsertim qui à diuturno morbo conualuerūt. aut alioqui ab exhausto qui multum laborant. Ita tabidis lac asininum præscribimus? quod vt tenue, ita facilè venas attenuatas & nimia macilentia coniucentes subit, abstergetque vnà, & nutrit.

2. Cum enim aliis effecta iam, illis sic impar, quod ægrè talia coquantur, tarde distribuuntur

buantur, infœliciterque apponantur corpori fractis partibus solidis diuturnitate morbi, metus erit ne fiat congestio nouæ cacochymia, unde reuiuiscit morbus. Nos tale præbemus, Accipimus pullum, coquimus in magna aqua copia dum exossetur: totum contundimus, ac reddimus decocto, adiecta pauca mace, tandem totum succum fortiter exprimimus cum pullo. Eo succo utimur.

Π. Ε. ΚΑΥΝΑΝΘ

X I I.

Υπασροφη
Recidiva.

Τὰ ¹ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νέσοισι ² μὲν κρίσιν, ³ ὑπασροφὰς ποιεῖν εἰσθῆν.

X I I.

Morborum ¹ reliquiarum quæ à ² crisi supersunt, recidiuos ³ morbos parere consueuerunt.

Causa in
renutritio-

Quasi dicat, Huius opus est purgatione. Alioqui quicquid puri in impurum insuderis corpus, contaminabitur ac nouus recrudescet morbus.

Celsus Corpora impura quo magis nitescit, eo plures lades.

1. Id est materia morbifica, aut empyreuma. Horum notæ sunt siccitas oris, inappetentia, agrypnia, languor.

2. Quod tota materia morbifica non fuerit exclusa, vel ob fractam naturæ vim, aut meatuum angustiam, vel materiæ contumaciam.

3. Die critico, vel periodo critica sequenti proxima. Nisi purgando, vacuando occurras, vel alterando. Quare plerumque iubemus ut quinto vel sexto die, cum iam conualescunt, assumant tres vel quatuor pilulas de hiera cum agatico, vel mastichinas, vel syrupum

tum laxatiuum, aut pilulas Ruffi, vel aliquid
Rhabarbari, vel paffularum purgantium.

XIII.

Signa crisis
antecedentia,
et,
consequentia

Οκλόσοις ¹ κρίσις γίνεθ', τέτεοισιν ἢ
νύξ ² δύσφορος, ἢ ³ πρὸ τῆ παροξυσμῆ.
ἢ ⁴ ὄπισθα' ἀφορωτέρη ὡς ⁶ ὀπιτωολύ.

XIII.

¹ Quibuscumque propinqua est crisis
nox eo ² paroxysmo superior ³ grauis
est: quæ verò nox ⁴ succedit, [crisi] ⁵
maximam partem ⁶ facilis est.

Tradit hoc Aphorismo signa Antecedentia & con-
sequentia speciem crisis: quæ nos deducunt in cogniti-
onem crises perfectæ & imperfectæ. Nam à Crisi est
nutriendum. verum ut tuidò id agas, noscas oportet
num sit purgandum, vel non hoc est, num materia
sit superstes morbifica: Verum id nosces ex specie crisis.
Duplicita enim sunt signa critica, quædam apparent ad
tempus, quædam ad speciem Crisis, suntque symptoma-
ta perturbationis critica: de illis agit Aphorismo vige-
simo quarto: de his hic iam. Symptomata autem per-
turbationis critica vel sunt argumenta causa anteceden-
tis, ut distentio mollis hypochondrii, argumentum est
materie ad caput viam affectantis. Vel sunt argumen-
ta cause coniuncta, ut marmarica. Hac autem Sym-
ptomata quæ precedentem noctem reddunt grauem,
non sunt symptomata morbi propria, sed superuenien-
tia. Hac autem signa diligenter sunt Medico obser-
uanda, ut sciat num perfectæ sit crisis: ut vel in refe-
ctionem vel in purgationem incumbat. Si enim imper-
fecta fuit, iussit precedens Aphorismus tunc purgan-
dum esse. Sed quo modo id deprehendam? hoc iam hic
decet.

Signa cri-
tica dupli-
cia.

Μαγνηταί σπενδον
οὐκ ἔτι ὀβρισησάντες

Quibus

Quibus certamen naturæ & morbi est in prociñtu.

2. In quam nimitum incidit crisis. Nam omnis Crisis fit in paroxysmo Quare quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicantur: quæ imparibus, imparibus.

3. Nam grauia symptomata præcludunt: vt iactationes, distentum hypochondrium, torquet, grauitas colli & capitis, deliria, micant venæ & arteriæ in collo & temporibus: hæc cum eueniunt, iam iam superueniet hæmorrhagia. Dysphoria illa ex velitatione illa est quam init morbifica materia cum natura, dum illa bonos succos a malis secernit, vt mox eos excernat: tunc vapores huc illuc mouentur.

4. Quæ paroxysmo critico succedit.

5. Quod triumphata sit materia morbi si- ca ac à natura elisa.

6. Quod ferè morborum acutorum perfecta sit crisis. Quæ si solum inchoata fuit, non ita facilis est nox, quæ critico paroxysmo succedit. In omni Crisi parium & imparium ratio consideretur.

XIII.

Εν τῆσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν, αἱ ¹ μεταβολαὶ τῆς διαχωρημάτων ὠφελέουσιν ἢ μὴ ἐς τὰ ² πονηρὰ μεταβάλλῃ.

XIII I.

In alui profluuiis [criticis vltro obortis] ¹ Excrementorum varietates iuuant, nisi excrementa in ² praua mutantur.

Dat signa adiuncta Crisis, posita in excretionem critica

περί τῆς κρίσεως
καὶ τῆς μεταβολῆς

Veneratur
nam sit cri-
sis perfecta
vel imper-
fecta.

tica propria cuiusque morbi: ut cognoscimus, dum cri-
sis adhuc sit, an sit futura perfecta an imperfecta, ut,
absoluta crisi, intelligamus quid sit opus factum. Et quia
duobus modis sit crisis, vel per excretionem, vel per
abscessum: in hoc Aphorismo meminit excretionis: in-
sequenti vero abscessus. Meminit tamen, more sue,
vnius tantum excretionis, ut quod de vna dixit, de
omnibus dixisse censeamus: Ut enim est natura incli-
natio & morbi idea, ita quoque crissium fiunt inclina-
tiones. Quodsi igitur in ipsa excretionem critica aliqua
desideretur ratio, (etiam cum ipsa crisis sit) vel reuul-
sione, vel deriuatione vel aliquo simili natura est occur-
rendum, Tenenda enim est optima ratio cuiusque ex-
cretionis critica, quò facile defectus obserues, Eleganter
Hippocrates in Phisico omnia sinistra crisis vitia simul
perstrinxit, in ipsius haimorrhagia.

Meraca in-
crementa
mala.

1. quae dicat. Ea demum excretio critica
expetenda venit, quae qualitate non est sine-
ra, hoc est, non sui serri naturalis expert. Por-
rò damnantur excrementa meraca, quia
huiusmodi arguunt aut colliquationem à pu-
tredine, vel à resolutione partium solidarum,
vel exhaustum ab extremo calore, serum na-
turale exugentis. Varietate verò excremen-
torum variae partes se exornant, vnde robur
partium, ac excrementorum domabilis qua-
litas significatur.

Ab excre-
mentis in-
diciuntur
signum.

2. Hoc est, nisi in peius mutatio fiat, &
illa excretio valide putredinis aut colliqua-
menti soboles sit. Exemplum, ut, si quis ho-
die pituitam saliam in Tenesmo excernat:
Cras verò si leuia & alba, quia colliquatur
adipis tenuioris, intestini aliquid, argumen-
tum caloris praeter naturam: Si denique tertio
die excernat colliquamentum flauum, laue,
& paucum, fit transitus à tenuiore adipe ad
crassiorum: & quarto die excludat ramentosa
quinto, carunculas, iam aegrum est. Contra,

Si primo die putria exeat, deinde meliora, post optima: bona illa erit mutatio. Hippocrates de his agit libro secundo Prognosticôn.

XV.

Crisis per abscessum

Οκτ' φέρυξ νοσέξ, η' φύματα εν τῷ κρείβιδι οὐ σώματι ἐκφύεται, τὰς ἐκκρίσιαι σκέπτουσι πλεον. Ην γδ' χολώδες ἔωσι, τὸ σῶμα ὠβ. ξυνοσέξ. ἢ ὅμοιαι τοῖσι ὑγιαίνουσι γυγνων, ἀσφαλές τὸ σῶμα βέβειν.

XV.

At verò ubi fauces ægrotant aut tubercula è corpore pullulant, excretionem considerare oportet. Nam si biliosæ fuerint, interna viscera vnâ ægrotant: Quod si sanorum excretionem præferunt, corpus alere tutum est.

Hic Aphorismus alteram speciem perfectæ crisis, qua fit per abscessum continet: ut intelligamus, oborto abscessu, num resiciendum sit, an purgandum. Morbus omnis acutus excretionem indicatur, nisi aut materia contumacia, aut natura infirmitate, aut meatuum angustia, natura ab excretionem ad abscessum sese conuertat. Nam si in hæmorrhagia non satius effluat parotides sunt Abscessus est Hippocrati decubitus humoris in aliam partem Sunt autem abscessuum duo genera apud Hippocratem, vnum fit per excretionem, quo in genere continentur omnes excretionem critica: aliud fit per repositionem, ut cum materia decumbit ab vna parte in aliam. Atque hoc posterius genus, proprie & κατ' ἔξοχὴν dicitur Abscessus de hoc ita Hippocrates, Abscessus raro fit his, qui rigent. ut febris ardenti. Omnis abscessus sanitatem consequutionem adfert, si materia

De crisi per Abscessum

6. Epid. 20
12.

ἡ κρίσις ἐκ τῆς ἐκκρίσεως τῆς φέρουσας ἐκ τοῦ σώματος ἐκφύεται, ἢ ἐκ τῆς ἐκκρίσεως τῆς φέρουσας ἐκ τοῦ σώματος ἐκφύεται, ἢ ἐκ τῆς ἐκκρίσεως τῆς φέρουσας ἐκ τοῦ σώματος ἐκφύεται.

procul à morbo abscedat, ut in peripneumonia si in crura depellatur materia: Sin peripneumonia abeat in parotidas, abscessus ille specie est lethalis. Bene etiam abscessus eueniunt postquam materia morbifica fuerit mitigata: si die critico elidatur. Nam si materia cruda deferatur in partem, ea ibi pepercissimum non recipiet: sed illius partis substantiam labefactabit cuiusmodi illi Herpetes erant qui crura occupabant. Item expectati veniunt abscessus à partibus superioribus ad inferiores, & ab interioribus ad exteriores: & à partibus nobilioribus ad ignobiles. Nam pleuritides mali degenerant in peripneumoniā: bene ex aduerso euenit. Item si effluat in partem totius materia capax, videbitur historiam Critonis & neptis Temeni. Præterea fiat *νεφελίζου* Porro tot sunt abscessuum, quod & tumorum genera Quaedam enim sunt apostemata, quedam pustula, quedam vomica. Apostematum materia non est segregata à concretionē sanguinis, neque propria substantiæ vitio laborat, Sed tantum qualitate, vel mixtione. Pustula fiunt ex omni genere materia, quæ à concretionē sanguinis est segregata, & substantiæ corruptione in vitio est: ut herpes à bile, carbunculus à sanguine, cancer ab atra bile, struma à pituita. Vomica sunt in quibus pus conceptum est. Sic furunculus degenerans in suppuratum, est vomica. Vomica alia sunt naturales, in quibus continetur pus album, leue, & æquale Alia sunt contra naturam, ut meli erides, atheromata. Icterus est veluti quedam pustula totius, quæ fit à bile segregata à sanguinis concretionē. In Aphorismo per morbum faucium intelligit parotidas non quidem omnes, sed tantum pituitosas. Per phymata intelligit omnem tumorem corporis exterioris, vel omnem affectionem partium externarum, quæ intrinsicus venit: ut sunt tumores, pustula, ulcera, vomica, exanthemata. Hic mos est Hippocratis. Sic per *τερόεργα* intelligit omnes eas affectiones quæ extrinsecus accidunt, ut contusiones fracturas, luxationes & similia. Bonus abscessus dicitur is, qui cum ortus sit die critico, neque natura est impar, neque morbo. Nam

3. lid. Epid.

6. Aph. 25.

3. Epid.
Abscessuum
num genera.
Apostema
quid.
& pustula
quid.

Vomica
quid.

Phymata.

6. Epid. 1.

13.

Πόρτα.

partus

parva exanthemata sunt morbo imparia. Parotides & morbo & natura sunt impares: morbo quidem, quia sunt in parte, qua non est totius materiae capax natura, quia in parte in qua decumbit materia grauiora excitat Symptomata. Bubones vero natura quod sunt impares, sed morbo pares.

1. Ut in Parotidibus etiam pituitosis. & cum phlegmone fauces obsidentur, vel aphtis. Dixi ut in Parotide pituitosa, omnis enim parotis rubra, cum inflammatione, suppurationis experta, recidiuae mortis metum adfert: & aliquando, quamuis particeps sit coctionis, nisi vrinae conuenienter ferantur, est lethalis, ut formula Archigenis.

2. Ut 6. Epid. 2. 33 in historia Simonis. Etenim Natura nonnunquam in peripheriam corporis succos deponit crassiores, quam ut per ἀδύρον διακόλυμα excludi possint.

3. Ut deiectiones alui, & vrinas.

4. Quia agitur hic de morbis acutis. Si nimirum adsint empyreumatis & materiae morbificae superstitis argumenta, ut amaritudo in ore & siccitas, sitis, nausea. Nam interdum dum crisis molitur natura, & flauae & nigrae redduntur vrinae: hic nihil agas.

5. Ideoque Purgatione est opus: nam corpus prauis occupatur succis in internis partibus. Si natura ipsa id commode agit, spectatores erimus, non actores. Quin si dyspnoea adfuerit cum exanthematibus, interdum ad phlebotomiam venimus. Ita nobilissimae comitissae Egmondanae Franciscae Admiralijs filiae venam pertundi iussi, cum exanthemata non satis prodirent, idque felici successu.

6. Quia corpus est purum, quod non facile fert purgationes. Sic in icterico febre defuncto, & exanthematibus puerorum, laetit pharmacica, balnea conferunt.

Laboret
 Inedia non
 bene con-
 veniunt.

Οκκ' λιμὸς ἔδει' πονέειν.

Corpore inedia confecto, non laborandum.

Cautio restaurandi.

1. Id est ubi fraudavit quis genium suum: ut à crisi, cum morbo defunctus iam convalescere incipit, nondum autem evaluit. Ita exhaustis non est præscribenda purgatio, nec venæsectio, nec sudoris evocatio, nec quicumque tale. Ineunte verò morbo aliter agendum, integris viribus: tunc enim non adest fames: at in statu morbi adest fames.

2. Ne calor accensus in æstum degeneret, neque etiam ad infirmitatem à fame & inedia contractam, maioris infirmitatis accessio adiungatur. λιμὸς id est fames apud Hippocratem duobus modis accipitur: vno modo pro annonæ caritate, altero modo pro inedia, & fame non solum animali, sed etiam naturali: ut hic sumitur. Ac si diceret, Quicumque perseverante morbi historia suo genio defraudatur, maioris emolumenti causa (ne videlicet auocetur natura à pepasmo ad pepsin) cui ea ratione imperatur fames, quod nimirum sicco adhuc morbo, prius in eius curam sit incumbendum, quam naturæ studendum: huiusmodi, inquam laborare non debet, Secundo quicumque absoluta morbi historia longo tempore exhaustus fuerit, ob infirmitatem partium solidarum, hic quoque laborare non debet. Et gravis est mutatio ab ocio ad negotium. In inedia fuit æger, non ilico ad coquendi laborem veniat ventriculus. Ita etiam si peripneumonia anginx tandem superueniat, vena non

non est secunda nam vires languent. Tertio quoque, canare consuetus suum defraudans genium vnius diei spacio, ob negocia domestica, neque hic quoque tum laborare debet. Nam cum huiusmodi corpus laboret in fame affluxus inopia, si addatur effluxus copia, malum malo cumulabitur & fiet malum incurabile, quod ad magnitudinem cause accedat virium defectus.

XVI I.

*Conualescentes
non nimium re,*

Οκς εἰς τὸ φη' παρὰ φύσιν πλείων ἐσ-
πληνδῆ. τὸ δ' ἔστιν ποιεῖν, δηλοῖ δ' ἢ καὶ ἴσως.

XVII I.

Vbi nutrimentum ultra 1 naturam capitur, 2 morbum facit, argumento est & ipsa sanatio.

Conualescentes nec laborare nec nimia ciborum copia sunt fatigandi. Superiori Aphorismo quasi uniuersali theoremate summam presentis Aphorismi complexus est: hoc ergo utemur ad presentem Aphorismi demonstrationem. Vult autem Hippocrates presentem Aphorismum illu accommodare, qui cum a morbo conualescunt, liberalius se cibo et potu inuitant. Huiusmodi enim iterato laborant, et periculosissime. Hoc docuit Hippocrates exemplo mulieris, quae septimo die plene iudicata, cum se eodem die liberalius inuitasset, postridie obiit. non sine ratione. Nam caio naturalium partium solidarum infirmitate laborans strangulatur. Si multo cibo prematur, Es enim conualescentes ut labor frangit, ita etiam repletio.

1. Cum naturæ vires opprimit copia & frequentia vel qualitate, aut cum non certa occasione, sed inopportune præbetur. Referenda est autem semper cibi sumpti mediocritas, ad naturam eius cui exhibetur. Nam

panis siliginis huiusmodi cibus studioso erit, fossori verò non erit, habita etiam ratione consuetudinis, quæ est altera natura. Ita qui consuetus est non cenare, si etiam parum, in cœna sumat, supra naturam cibum capit. nam licet ex Hippocratis mente dixerimus hunc Aphorismum applicandum esse convalescentibus, generaliter tamen etiam ad sanos referri potest.

2. A cacochymia nam in putredinem trahentur succi. Attamen diuersum pro natura hominis & humoris conditione procreabit morbum. Cuius quidem morbi diagnosi, vt dicebat Herophilus, tritemporea est; hoc est, ex tribus signis, tempore distinctis, deprehenditur antecedentibus, vt ex mali cibi vsu ultra naturam; & ex lassitudine vltro oborta, ex coniunctis, vt ex symptomatibus propriis humori morbifico, & parti afflictæ. & ex consequentibus, hoc est ex curatione: ita Hippocrates vasculo ad pectus admoto explorat an sit pleuritis vera, an solius costæ dolor. Sic in proposito huius Aphorismi exemplo, si purgationem vel venæsectionem adhibeas ei, qui se multo cibo ingurgitauit, euentus docebit mali causam, à iuuantibus & lædentibus ducta indicatione. Cùm itaque ultra naturam quis pastum iniecit, grauis calamitas toti corpori imminet. Totum corpus diuidimus in triplicem regionem, nimirum aluinam, venosam, & in habitum corporis. Quid negocij adferat his ultra naturam cibus? Sane cùm eius euictioni par non sit aluus, Crudos succos profert, vnde venti qui opprimunt diaphragma ac respirationem anxiam faciunt; vel in putredinem degenerant, vnde ab acri in eorum exeduntur intestina, hinc tenesmiæ & diarrhœæ. Venosum etiam genus fatigat infarctum, vnde putrescunt succi nutritij hinc causi.

*Siue
ore
re
xeros.
quid.*

causi. Habitum etiam corporis fœdat macie
ac vlceribus.

XV I I I.

Τῶν βροχῶν αἰθρῶς καὶ ταχέως
ταχέως καὶ αἰ διαχωρῆσθαι γίνονται.

*Signum consequens
fastæ refectiois.*

XV I I I.

Eorum quæ ¹ affatim & ² celeriter
nutriunt, celeres etiam ³ existunt excre-
tiones.

Alimenta.

Coheret hic Aphorismus signum consequens iustæ
& legitime refectiois. Ratio itaque Aphorismi est,
Æqualis est in corporibus bene constitutu ratio con-
coctiois, distributionis, & excretionis. Vt si celeriter
fit coctio, celerit tum quæque fiat distributio, tum su-
perfluitatum excretio. Nam vulgo dicitur qui bene di-
gerit, bene egerit. Impropriè hic utitur voce βρο-
χῶν, pro cibis qui propriè non nutriunt, sed quibus
fit nutritio. Conualescentes durioribus cibis non sunt
fatigandi: ne nimia mora opprimant naturam, ac ca-
techymiam accersant, quasi dicat, quos plenior victus
grauat, refici debent potu, nam ut antea dixit facilius
est refici potu quam cibo.

1. Affatim refertur ad substantiam ali-
menti, quia affatim id nutrit, quod alioqui
conuenienter exhibitum, ventriculus æquali-
ter conficit, totusque in eius mitigationem
incumbit. Talis est succus carnis, pitana,
pulticulæ quæ habent substantiam aeream,
humidam, spirituosam.

2. Vt sunt alimenta βροχῶν quæque nul-
lam alienam qualitatem in ventriculo relin-
quant, nec vllam stomacho quæ perturbatio-
nem adferunt, sed sunt vnicuique naturæ
consentanea: quoniam nullum alimentum,

vt etiam nullum medicamentum, omnibus est idem. Cuncta enim hæc dicuntur *ὁρῶσι* τὰ χίως refertur ad tempus. vt ilico alant, cum quis eorum vsum init.

2. Cum enim hi cibi sint eupepti & meabiles; facile coquantur distribuuntur, & excernuntur ex facili. Et reciprocè, quia facile excernuntur mitigata, indicio est ex facili cocta ac distributa fuisse. Excernuntur aluo, vrina, sudore, vapore. Qui verò per sanitatem vsum ineunt eorum quæ facile mitigantur, inde ducunt succum qui facillimè exhauritur: nec ita longæui sunt. At qui densioribus fruuntur, prolectant inde succum nutricium minime discipabilem: suntque longæui: vt qui porcina & bubula carne se saturant, vires bouinas inde hauriunt. Sed si quis mitigare nequit illa duriora, illa fœta illi erunt in omnem calamitatem: respondeat cibus caloti natiuo.

XIX.

Προφητεία
difficultatis
morborum
acutis.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων ἔπιμπαται
ἀσφαλές αἰ περιπαροῦσιν ἔτε τοῦ δια-
νάτου, ἔτε τῆς υγείας.

XIX.

Acutorum¹ morborum non omninò
& sine² dubio interitus aut³ salutis sunt
prædictiones.

Prædictio non fit temeraria; ne quidem in acutis morbis, quamuis eorum sit propria crisis: ita vt hac ratione certissimi euentus esse deberent. nam acuti etiam morbi aliquando, quamuis rarè, fallunt: Atamen intra quartum decimum diem curati iudicantur.

I. Hoc est, febrium essentialium & symptomaticarum, quæ cum vehemenria sua percurrant

currunt tempora vniuersalia, non sine summa celeritate.

2. Quòd signorum, causarum, & corporum distinctiones difficillimæ sint, ac sæpè erant similitudine decipiatut optimus quisque medicus.

3. Multò minùs temporis & speciei crisis eiusque perfectæ aut imperfectæ. Sed quid hoc est, quod non omnino & sine dubio in acutis sunt prædictiones? an in alios etiam morbos cadit crisis quam in acutos? Certè crisis propriè dicta cadit in hos solos. Hoc vult, Quamuis eorum propria sit ferè crisis, à peccato materiae morbificæ, & ab erethismo naturæ, (vnde certa deberent duci præfagia) in admodum paucis tamen morbis acutis sunt certæ prædictiones: nam non cuncti illi sunt benè morati & eucriti. Sequuntur enim hi efficientis causæ naturam, cuius maxima est inconstantia. Vt cùm tempestates non tempestiue sunt. quemadmodum apud Hippocratem in illis morbis, in quibus ad generationem acerrimæ bilis per tempus caniculæ, accesserat eiusdem corruptio & suppressio, vi tempestatis Austriacæ & pluuiosæ. vnde metastasi redduntur interdum lethales subitò, qui primò leuiusculi apparebant: vt nonnunquam, ex aduerso, calamitosissimi qui videbantur, deferbescunt diadosi. Vt rectè dixerit Celsus, monstra in Medicina euenire. Quare vt rectè præfagias, nota naturæ triumphantis vel triumphatæ argumenta constantia & firma: conlterque tibi de morbi specie, parte affecta, humorum motu ac quiete, trium facultatum robore, & de diebus criticis,

Acuti morbi etiam fallunt.

1. Epidem.

Prædictio vt prudenter in futurum regna.

XX.

Οκόσισι νέωσι ἔτσι, αἱ κοιλίαῖ ὑγραῖ
εἶσι,

*Conditio-
nes vatis
corporum*

Alvūska,
brica.

είσι, τελέοισιν ἀπογνήσκουσιν² Ξυραίνον-
ται. Οκόσοσι δ̄ νέοισιν ἔκουσιν, αἰχοιλίαι
³ Ξυραί εἰσι, τετέοισι πρεσβυτέροισι γι-
γομένωσι⁴ ὕγραίνον θ̄.

xx.

Alvūska

Quibus iuuenibus profusior¹ est al-
uus, iis senescentibus² contrahitur. Et
quibus in adolescentia fuit³ astricta, af-
fecta, ætate⁴ soluitur.

Causa una cur morborum acutorum non indubia sint
predictiones nimirum ob varias corporum conditiones,
quas distinguere difficile est. Hunc locum interpretatur
Celsus libri primi capite tertio. Quasi dicat Hippocra-
tes. Natura hominis eiusdem non est semper una &
eadem. Atque varia corporis conditio, diuersas etiam
excitat Crises & in eadem specie morbi: quia quo natu-
ra vergit eo maximè crisis inclinationes fiunt. Imò
varia corporis conditio facit eundem morbum nunc sa-
lubrem, nunc lethalem. Nam senex facillimè euasit.
Item varia conditio, morbos ex euentu, facit incu-
rabiles.

1. Ob bilis acerrimæ prouentum, expultri-
cem extimulantis. & ob alui infirmitatem &
nimio æstu.
2. Quod tunc bilis mitior reddita pitui-
tescat, fitque dilutior, crassior, minusque
actis. Intellige modo cetera sint paria, hoc
est, modo eadem si dixit conditio. Accedit,
quod etiam temperamenti immutatione, sane-
tur vetus ille alui æstus, qui imbecillitatem
aluo adferebat.
3. Corporis raritate, hepatis calore, &
bilis ad superiora translatione.
4. Corporis densitate, & ob hepatis re-
missum

missum calorem, & ob contrarium motum bilis. & hinc est quod causi plerumque in febribus iudicentur cruenta dysenteria, quod Bioni evenit. Galenus sequenti Aphorismo quadragesimo tertio, ultimis verbis commentarij sui, addit huic sententia, plerumque. Intelligenda hæc, ut semper seruetur in utraque ætate eadem victus ratio. Sunt hic enumerata quinque causæ à Galeno quæ stringunt aut laxant aluum. bilis exclusio ex folliculo fellis in intestina, & facultatis appetentis, retentricis, coctricis, expultricis robur aut langor. Ut hæc facultates in ventriculo intestinis, & hepate fuerint validæ aut infirmæ.

Alij laxæ
vel stricta
causa.

XXI.

Θύσηξιν /: διγοποδία.

Διμόν θείσηξιν λύει.

Famem (caninam) thorexix eximit. Vini generosi

Causa restaurandi. Si quis à morbo convalescens, præter institutum ab exhaustu laborarit, ob inediaam unius diei quam imprudenter subiit, contineat se frigoris, caloris, ac laboris ut sit expers. cibum capiat parvior manu quam consuevit. nec eum quidem siccum, sed humidum, & pinguem, bibatque vinum non aqueum sed generosum, κίρρον vocant Græci, hoc est, guttur.

1. Fames est genij defraudatio. Ea autem duplex est, naturalis, & non naturalis. naturalis fit ab exhaustu & suctione. non naturalis nascitur à suctionis solo excitato sensu, nullo præcedente exhaustu: Hanc exuit thorexix. Nam eius causa est stomachi intemperies frigida & sicca, vel acidus succus qui stricto quodam frigore cogit sanguinem venatum ventriculi. Verum laxat ventriculum eumque calefacit thorexix.

2. Id est vini generosi potio dulcis & pinguis:

Thorexis
quid

guis : Thorexis vocabulum est politicum, idem enim est ac si dicas armaturam quam thoracis. nam vini generosi potio thoracem armare ac calfacere videtur. Ita à vini largiore vsu quidam iactant, se contra frigora sumsisse armaturam.

Contraria contrarijs
ratiō.

XXII.

Από πλησμονῆς ὀκώσα ἐν νοσήματι γένηται, κένωσις ἴη. ἢ ὀκώσα ὑπὸ κενώσεως πλησμονῆ. ἢ τῶν ἄλλων ἢ ὑπερβατικῶσις.

ὑπερβατικῶσις.

XXI I.

Quemadmodum enim qui à Satieta-
tate eueniunt morbi, à vacuatione curantur
ita qui à vacuatione proficiscuntur, sa-
tietate : Ac pari ratione aliorum adhi-
bita mediocri à contrarietate.

Hic Aphorismus causam continet cur famem cari-
nam thorexis soluat. Non agit hic Aphorismus de om-
nibus in uniuersum morbis. sed de iis tantum sympto-
matibus & malis quibus urgentur ij, qui à morbo ul-
tra naturam cibum capiunt, vel genium suum qui de-
fraudent. Huiusmodi autem symptomata describuntur
libro secundo De victus ratione in morbis acutis, ut di-
stentio ventriculi, corporis infirmitas, vultus acidus, oris
amaritudo, cardiogmos. Ideo dum dicit Morbos incidere
à satietate, κατὰ γενικῶς huiusmodi symptomata in-
telligit. Illa enim sola affectiones curantur refectione vel
vacuatione, quae sunt ἐκ γίνεσθαι. nam causam adimunt
pepasmō materia morbifica, & partis restitutione.

1. Quasi dicat quicquid rectum est, id
moderatum est, omnisque excessus expers:
ergo si quid deest, adde: & ex aduerso.

2. Id est paulatim & non repentē si in
vsu

vsu veniant, cum æquali contrariorum, vsu fruendum est. ἐπιμαρτυροῦσι est moderatus contrariorum vsus. Et naturæ intemperata, modico contrariorum vsu gaudent.

XXIII.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κριθεῖσιν ἐν τεσσαρεσκάσδεσιν ἡμέρησι.

XXIII.

Acuti morbi intra dies 3 quatuordecim 3 iudicantur.

1. Enati ab humore calido & tenui cum febre continua essentiali. Nam qui acumen habent ob partem principem quam occupant, in crisin non veniunt, vt apoplexia. Loquitur ergo de acutis qui febrem essentialem, habent, quinque simpliciter Acuti dicuntur.

2. Tunc enim incidit subita mutatio ad salutem vel mortem, ad melius vel deterius. Hæc mutatio celeritate & vehementiâ motus perficitur, qui certamine naturæ & morbi suscipitur. motu, putredinè & Synathismo perficitur. Hinc longa test quartana ab indomita materia. Et quantum ulterius morbi processerint, tantum ea perturbatio, quæ præcipitem immutationem fecerat languescit.

3. Quod longissimum est. Nam quos in morbos frequentes & magnæ cadunt mutationes, breui iudicentur necesse est, si non impediatur eius cursus diætâ aut pharmaciâ. Numerus hic quatuordecim dierum vel ad historiam morbi, vel ad prosthesis est referendus. Ad prosthesis, cum primum qui languabat morbus post paucos dies in acumen & vehementiam explendescit, hoc nim non fecerit natura ultra quatuordecim dies. Hæc vehementia

Morbi acuti partim in finem, partim in crisin non veniunt.

Crisis

Quæ ratio ne acuti morbi ante 14 dies iudicentur.

Tardioris
causa crisis

hementia interdum primo die exiliit, nonnunquam quarto die, aliquando septimo. Hinc est quod quidam decimosextimo die ad crisin veniant, alij vigesimo. Quare si morbus peracutus fuerit, tertio vel quarto die iudicatur. Si fuerit peracutus, quinto vel septimo crisin subibit. Quodsi acutus simpliciter sit, & si ineunte morbo vehementia quaedam adsit, is decimoquarto iudicabitur. sed si usque ad quartum diem modestè affligerit, ac dein acerbius, is decimosextimo finem inueniet. si reperit sine acumine ad septimum usque diem, ac tunc si emicare vis eius inceperit, is ad vigesimum prouehetur. Si verò acerbior aliquantulum presserit acutis ab initio morbus, vndecimo die iudicari poterit, vel etiam nono. Quare comperta tibi sit semper magnitudo morbi, & motus eius. Concludit hic eleganter Galenus vbi ait, Nullus morbus, qui cum primum inuasit celeriter mouetur, decimum quartum diem superauit. Quare cum ad eam vehementiam erigit se, ab eo tempore etiam decimum quartum non praetergredietur: nam ultra illum diem natura illam vexationem acerbam pati nequit. Si se remiserit: tunc excurrit longius; nam inquit Galenus, sunt quidam morbi qui inaequali mouentur filo, qui diebus quibusdam vehementer premunt, sed mox eam vehementiam

quaternary indices septenariorum.
cxiiii.

De septi
manu que
est quatuor
partes di
uisas.

Τῶν ἐπτά ἢ τετάρτη ὀπίσθηλ. ἔτ' ἑ
ρης ἑβδομάδ. ἢ ὀγδοῦ ἀρχῆ. Θεωρη
τὴν ἢ ἐνδεκατὴ: αὐτὴ γὰρ ἐστὶ τετάρτη ἢ
ἑτέρης ἑβδομάδ. Θεωρητὴν ἢ πάλιν ἢ
ἑπτά.

Morbi decurrunt per hebdomadas.

IN APHORIS HIP. II. 113

ἑπτακαιδεκάτη αὐτὴ γὰρ ὅσα τετάρτη ἢ ὅση
τῆς τεσσαρεσκαδεκάτης. ἐξ δ' οὖν ἡ, ὅση τῆς
ἐνδεκάτης.

*Septenorum
et Indices eorum.*

XXIIII.

Septenorum ¹ quarta est index. octa-
ua ² secundæ septimanæ initium. Ob-
servabilis & ipsa ² undecima: + Alterius
enim (secundæ septimanæ) quarta exi-
stit. Iterumque dies decimusseptimus
observabilis: is enim à quartodecimo ⁵
quartus est: & ab undecimo septimus.

*Docuit nos ad crisin excurrere morbos acutos intra
dies quatuordecim. Cum verò signa qua ad speciem cri-
sis apparent, (ut antea docuimus) calamitosa sunt nisi
præcesserint signa apparentia ad tempus crisis, iam
docet quibus diebus illa (qua ad tempus apparent) elu-
tere soleant. quasi dicat. Si decimus quartus dies est
criticus, qui ergo dies sunt indices dierum criticorum?*

1. In acutis; vel periodi in intermittenti-
bus. In acutis autem vehementibus, ille se-
ptenarius numerus referri debet ad historiam
morbi: in acutis verò qui primum mitiores,
ad prothesin, id est, symptomatum accessio-
nem. Est autem quaternarius index septenarij,
quod eâ periodo ephodos fiat naturæ & mor-
bi. Est quartus dies index septimi, quia nihil
fit septimo die critico nisi illius signum eda-
tur die quarto.

2. Altera hæc secunda septimana finitur
decimoquarto die, eodemque die illo decimo-
quarto incipit tertia septimana. Ita tres septi-
manæ terminantur vigesimo die. Ita etiam
tres sequentes, quadragesimo. Primi illi duo
septenarij sunt distincti. Primus autem septe-
narius

narius ex duobus quaternariis est constitutus. Quod autem in acutis morbis dies est, hoc in intermittentibus est Periodus. Quare ineptè rogant Medici in intermittentibus, quot diebus æger laborauerit. Synepheia est iunctura & coitio dierum; vt cum idem dies finis est secundæ hebdomadis, & initium tertiæ. Diezeuxis verò est separatio.

3. Si ad historiam morbi referatur. Nam critici septenarij rationem obtinere potest, si referatur ad prothesin (hoc est, symptomatum efflorescentium) quæ incidit die quarto.

4. Cuius initium est octauus dies, Sunt itaque duæ primæ hebdomadæ secretæ à se inuicem: vndecima hæc dies, secundæ hebdomadæ quarta est.

5. Vnde fit vt iudicis quoque rationem obtineat, si referatur ad prothesin quæ in vndecimum diem cadit: indicandi verò rationem obtinet, si referatur ad vicessimum diem. Criticorum dierum tria sunt genera: quidam sunt indicantes *ἰνδύλοι*, siue quidam iudices; alij verò intercalares. Indicantes sunt in quibus apparent signa ad tempus vel ad speciem crisis. Iudices sunt, in quibus fit critica excretio vel abscessus. Intercalares quibus absoluitur id quod in die iudice desiderabatur. Ad vigesimum vsque diem per quaternarios ascendimus, quorum vis post vigesimum diem perit. Et tunc demum ad quadragesimum vsque diem ascendimus per tres septimanas. Iterumque prima septimana harum est integra, secundæ autem finis, erit initium tertiæ vt 27. 34. 40. Horum quoque vis post quadragesimum perit. nam à quadragesimo (ibi enim omne acumen desinit) ascendimus per vicenarios, vsque ad centesimum. Sed obiicies, Hermocrati recreduit febris vicesimo quarto die. Ergo vis quaternariorum durat ultra vigesimum diem.

Respon-

Respondemus, eam recruduisse eo die. non ex conflictu naturæ & morbi sed, quemadmodum ibi commentatur Galenus, ex putredinis vi sparsa per totum corporis habitum, extincto penè calore nativo: nam undecimo die factus fuit comatosus.

3 Epid 1.
Historia.

X X V.

quartana Tripartita

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖσι τὰ πλεονάζοντα βραχέες. Οἱ θρινοπνευνοὶ μακροὶ. καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸ χειμῶνα συμπίπτοντες.

Crisis est
quarta.

X X V.

Morbida autem diebus
symptomati mensibus in
dicantur.

1. Æstivæ quartanæ 2. maximam partem sunt 3. breves, autumnales verò sunt 4. longæ maximeque quæ 5. proximè absunt ab hyeme.

Est aetologia superioris: ut acuti diebus, ita longa mensibus iudicantur. quasi dicat In essentia dierum criscorum continentur quartana, quamvis sint difficili iudicari: quasi dicat nemo defungitur quartana sine crisi.

1. Quæ diætæ vitio in æstatem incidunt, indeque primigeniæ nascantur quaternæ, non erraticæ non symptomatice. Æstivas vocat quartanas, quemadmodum alibi carbunculos æstivos: non temporis sed diætæ vitio enatos. Loquitur enim hic de æstate quæ naturalem suam servat conditionem. Limitatus est, hic Aphorismus ad solas quartanas essentialis & primigenias: quia hæc sola periculi sunt expertes.

2. Epid
2. Epid 3-4

2. Si enim non à diætâ, sed ab inclementia aeris nascantur, ubi serosus humor æstivè absumptus est, longæ evadunt.

3. Quod calidi beneficio facilius appareat

H 2

veraf.

pepasmū & excretionis ratio. Aeris enim calidi conditio pepasum iuuat: & meatuum eo tempore libertas excretionem promouet. Intellego tamen hic modò vires sint validæ, vt ad naturæ vim accedat peculiaris cæli conditio.

4. Magnitudine causæ, difficultate curandi, & symptomatum accessione. Magnitudinem causæ facit aëris quod præcessit vitium, ac improba victus quæ præcessit ratio. exhausto enim corpore per æstatem, si accesserit diætæ vitium, superflite empyreumate ab æstate, vnde contracta fuit hectica quædam intemperies, difficiles accedunt quaternæ. Difficultatem curandi facit materiæ contumacia, & meatuum eo tempore angustia.

5. Quia nihil exudat, & materia est contumax. *quasi dicat* vt concedam hyeme ventres esse calidos, tamen propter materiæ contumaciam & libertatem meatibus negatam, qua fundi nequit, longa fit. Quoniam dixerat superius acutos morbos quatuordecim diebus iudicari, rectè docuit quidem, quandoquidem id obtinent morbi ratione sui, & substantiæ suæ, vel speciei, sunt tamen crises celerius vel tardius, vt temporum anni accesserit ratio varia. Hoc ex quaternarum historia hoc Aphorismo docet. Quia temporibus benè moratis morbi qui incidunt benè quoque sunt morati: qui verò incidunt temporibus malè constitutis, inconstantis sunt & incerti iudicij. Meminit autem Hippocrates quaternarum, *quasi dicat*. Ea quæ tradita sunt de crisis & de diebus criticis, non solum accomodari debent ad morbos acutos, sed etiam ad diuturnos. Vt ostendat Medicum nunquam falli posse, si modo probe tenuerit regulam dierum criticorum. Nascuntur etiam quattanæ symptomatiæ ab infarctu iecoris

Sensus
Aphorismi.

vel

vel splenis: hæc tertio Mense excretionē mor-
bificæ materiæ excluduntur per vrinas nigras
aut per hæmorrhoidas. Alij semestri tempore
ad nouam æstatem, quibusdam nono mense
vt Iunio, quo inquit Doctissimus Holerius,
cerasia sunt matura. vnde inquit, vulgo per-
suasum est, ea sanare quartanas: quod tamen
Anni calor facit. Quod hic scribit de longis-
simo morbo, id est, quartana, idem de om-
nibus intelligendum esse asserit hic Galenus.
Vbi emicuit materia & cum vrina non sit in-
flammata, purgetur electario Indo, & confe-
ctione hameche. Et altero die sumat ex aceto
vel vino drachmam huius pulueris, Accipe
Zedoariæ, galangæ, Zinziberis, cuiusque
drachmam: sumat ante paroxysmum. Qui-
dam ipsa hora nouilunij sciunt venam sini-
stram saluatellam. Sed id non agatur die paro-
xyfmi. Thaddæus ter ante ternos paroxysmos
dabat drachmam radicis gentianæ recentis
ex maluatico vino, frigide.

Cerafugno
modo curi,
vent quart
tanam.

Remedia



XXVI.

¹ Πυρετὸν ὅτι ² πρῶτον βέλτιον ³ γέ-
νεται, ἢ ⁴ πρῶτον ὅτι ⁵ πυρετῶ

XXVI.

Etenim ¹ febrem ² conuulsioni super-
uenire satius ³ est, quam ⁴ conuulsionem
⁵ feбри.

Quasi dicat, non solum ordinaria nature & morbi
ephodo & crisi curationem recipiunt morbi, sed etiam
accidentis a foris beneficio, eoque deestituti, diutius pro-
trahuntur, vel celerius curantur. Nam hac ratione in
puerorum epilepsia non expectatur ætatis mutatio, si
superuenerit quartana. Sic hoc loco, ante conuulsionem
ordinariam pepasmi diem, soluit conuulsionem super-

Beneficia
quodam
non ordina-
rio solui
merito.

ueniens febris. Demonstratio autem Aphorismi haec est, Omnis affectio hectica partium solidarum est insanabilis: Convulsio autem ab inanitione symptoma est partium solidarum exhaustarum. Febris autem exhaurit partium solidarum humidum praxigenium: Ergo convulsio febrī superueniens, est ab inanitione. Contra, febris materiam convulsionis mitificat, dissoluit & excernit, nervos siccitate solidat. Ergo bonum est convulsioni superuenire febrem. Sic singultus dysenteria superueniens, sic tremor phrenitidi, & convulsio in quibus caput est sauciatum superueniens est funesta. Sed dices ex Hippocratis sententia. Convulsio febrī superueniens in pueris non est lethalis Respondemus, considerandum esse, an ea convulsio quae febrī superuenit, instrumenti solius vitio accidat, an principii facultatu vitio. ut dentium fridore per somnium: hoc enim est salamitosum: nisi ita dormire consueuerit inquit Galenus: ut accidit in his, quibus musculi masseteres sunt breuiore. Nisi id vitium ergo instrumentorum vitio eueniat: quemadmodum in pueris febricitantibus incidit convulsio ob genus nervorum imbecille: nam musculi his facile velluntur. Secundo dicit quis, Scribit Hippocrates in Coacis, si una cum febre convulsio incidit, eodemque die remittit bonum: & febrī finem imponit. Respondemus, quod convulsio quae ineunte febre incidit, si nihil praecessit quod vires labefactaret, necdum infirmitatis adfuerit metus periculi est expers, nam ea convulsio fit à repletionē, à materia motu, à venis ad musculos. Ideoq; euacuatur venasectione vel purgatione, Sedatur, quod longissimum est tertio die. Ab inanitione cum nobilis vir acerbissimis doloribus. à convulsionis vitiis, fere necaretur, D. Guilandinus, eum in solium caso olei immergi: unde praclare recreatus fuit.

Quaestio.
3. Progn.

Remedium
cum histo-
ria.

1. Si analogia fuerit materiae morbificae: non minor nec maior. Quare si ultro obnascatur ea, erit foelicior euentus quidam quo febrem accersant propinant castoreum, vel assam foetidam ex vino cum melle

2. à re-

2. A replecione, quæ fit à materia frigida & subito inuadere solet.

3. Nam discutit materiam crassam, dicit id satius esse: nam non semper iuuat.

4. Ob inanitionem. Corallum proprie- Coralli
proprietates
rate iuuat.

5. Ardenti ac exhaurienti, ob curandi difficultatem: longâ enim die opus est vt refarciatur exhaustum: interim febris, incendium, & conuulsio vrgent ac prosternunt.

XXVII.

Τοῖσι μὴ χεῖρ¹ λόγον² κερύζουσιν, &³ Contra
praestigia.
Μαρονηται.
δὲ πικρῶν: ἔδ' ἐφοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθη-
ρὰ γινόμενα⁴ παραλόγως. Τὰ ὅ πολλα τῶν *praestigia,*
ποιεῖν ἔστιν ἀβέβαια, καὶ πάντες διαμει- *tores tam,*
ρῶν ἔδ' ἐκρυζεῖν εἴωθεν. *τῶν superficiali,*
κερύζουσιν.

XXVII.

His quæ sine¹ certa ratione deprehensa² que causa³ leuant, acquiescendum non est: neque vereri admodum de iis, quæ abs re⁴ & sine causa praua apparent. Horum enim plura sunt instabilia, nec admodum in suo statu manere, nec diutius cunctari possunt.

Hoc Aphorismo excluduntur omnes vetularum & veneficarum praestigia & impostura, qua carminibus colloque appensis subito morbos leuant, sed qui postea recrudescant. Pericles dux ille prudentissimus Atheniensis, passus est in magna illa peste quedam carmina sibi e collo suspendi. Quod factum ita prudentibus displicuit, vt postea sine honore vixerit. autore Plutarcho.

1. Sine causis & signis criticis, morbo &

naturæ consentaneis, iisdemque iustis. Vt si in causo, sine vllis præambulonibus notis ad tempus futuræ crisis, substillum oboriatur sanguinis puri, guttis paucis manans: infida alleuatio erit, si quæ sequatur. nihil enim paucum est criticum. vel si per morbos acutos, qui summa symptomatum feruntur vi, sine vlla excreta materia, alleuari videantur ægri? infida illa spes est. Nam morbi acuti habent suam hyparxin in materia, qualitate & copia vitiosa, quam secerni & excerni oportet.

Hoc interdum euenit à titubante naturæ vi, qua de causa nulla suscipitur naturæ eum morbo ephodos. Vt etiam cum maximus ardor in Hexia migrat: sua mala non æquè sentiunt ægri. Ita pleuritis in phtisin, colicus dolor in paralytin: pertinaces vigilæ per febres acutas, in soporem calamitosè commigrant.

3. Vt apparet in Hermocrate, qui vndecimo die apprimè leuatus fuit: sed frustra: nulla enim exclusio critica præcellerat. Veritas huius Aphorismi ostendi potest exemplo eorum qui à rabido cane demorsu fuerunt: nam quò diutius hi mali expertes esse videntur, eò grauiùs ægrotabunt. Nam virus illud intus vires colligens, tandem substantiam partium solidam labefactabit. Quo verò celetius se produnt eius symptomata, eò facilius erit morbus.

4. Cuiusmodi sunt perturbationum criticarum symptomata, & notæ iam iam futuræ excretionis per deiectiones, haimorrhagias, sudores, & quæ sunt eiusmodi. vt validus rigor, vel febris ex candescens, subitaria spirandi difficultas. Cum enim signa pepasmi illuxerint perfecti, si quid grauius incubuerit ab re, non malè vereri oportet: triumphalem enim manum mox natura efferet. Cum enim iam

signa

Canis rabidi morsus

signa appareant quæ notant speciem mox futura crisis, nos consolantur signa quæ præcessere ad tempus crisis. Hæc ergo vulgo metum, Medicis spem adferunt.

XXVIIII.

Τῶν πυρεσόντων μὴ παντάπασιν ὀπιτολαίως, τὸ διαμένειν¹ καὶ μηδ' ἐν δίομαι² τὸ σῶμα, ἢ καὶ τυπτικῶς³ μάλ-
λον τὰ κατ' ἄλλοι, μοχθηρῶν, τὸ μὲν γὰρ⁴ μὴ-
καὶ νόσος σημαίνει, τὸ δ' ἀδένειαν.

*Viri non di-
gnosio
non ex-
sunt
morbus in
corpore
tempore*

*ὀπιτολαίως
Colligatio.*

XXVIIII.

Si febricitati nec omnino¹ leuiter, suo statu maneat corpus² nihilque concedat³ morbo, aut hoc etiam plus⁴ æquo gracilescat, calamitosum: hoc enim diuturnitatem⁵ morbi, hoc verò⁶ infirmitatem significat.

In morbis acutis diagnosis prolixi morbi ac effectarum virium unde sit petenda, Hoc enim Aphorismo considerat peculiarem ægri naturam, ut inde cognoscatur quam brevis sit futura morbi historia. Magna eius vis posita est in habitu corporis: hoc est in densitate vel raritate, & humorum congenitorum conditione, ad celerem vel tardam morbi solutionem. Superiore enim Aphorismo ostendit externo beneficio morbus longiorem vel breuiorem fieri: hic autem, ut dixi, peculiarem ægri naturam considerat.

1. Non dicit simpliciter febricitantium, sed non leuiter febricitantium, nam qui non leuiter febricitant, iustam habent extenuationis causam, vim caloris, genij defraudationem, ac per patulos: poros

exhaustum. Sed si mediocris dicit, febris fuerit, non grauissima, non leuissima.

2. Id est si nihil à statu suo immutetur pristino, in corporis mole. modò vberioris alimenti oblatis iam excusatio adferri non possit.

3. Acuto.

4. Dicit *ρᾶλλον τῆς ἄλλου*. Id est plus æquo: relatione facta ad vim febris, ita vt nulla excusatio adferri possit, ætatis puerilis vel senectutis, neque regionis, neque temporis anni, neque peculiaris ægri corporis nam, corporum raritas & humorum tenuitas ad macredinem via est, per *ἀδύλον δεκαπυλώ* vigiliarum, curarum inedia, maximæ febris, diuturni morbi, motus. Et si appareat facies illa cadauerosa.

5. Ob corporis densitatem & plurimam crudam materiam morbificam: quæ duo sequuntur pepasmi & excretionis difficultatem.

6. Quæ mala vt signum, & vt causa. vt signam, quia arguit vim caloris præter naturam cuncta dissipantis. vt causa verò, quia non solum in hoc casu sunt dissipati spiritus & humores, sed etiam sunt exhaustæ partes solidæ. Exhaustis autem partibus solidis, omnis ratio pepasmi desideratur. Hinc est quod in effecto fenio, per morbos non bene sit sperandum.

Intra primum quater nauim falo
XXIX.

*Επισημασθη-
τω σημασιο
δου.*

*Ἀρχομένων ἢ νέσων ἢ πλοκαῖν
κινέων, ἢ κίνης. ἢ ἀκμαῖων ἢ ἡπυχίω
ἔχειν βέλπρον ἐστίν.*

XXIX.

Ineuntibus morbis si quid mouendum videatur, moue: nam iis videntibus quiescere satius est.

Abso.

Absolutis his quæ ad diatam acutorum morborum pertinent, redit ad purgationes. Spectat enim hic Aphorismus ad explicationem aphorismi vigesimi secundi & vigesimi quarti libri primi.

1. Quo tempore mutatio symptomatum fit potissimum. Ineuntibus itaque morbis: Id est in initio vniuersalis temporis morbi, vel periodi aut paroxysmi singularis. Hoc est, in prima incursione, vel intra primum quater natium, cum adhuc cruda sunt omnia: videtur incrementum etiam complecti, nam ilico ακμῆς loquitur. Vbi materia segregata est à materia morbifica, ut quæ in ventriculo & melarrhaicis consistit. Hæc sine dubio in initio est educenda, quæ sæpè obtinet propria symptomata. Sed febrilis materia non est tentanda pharmaco, nisi cocta sit tota in morbis acutis, imitatione naturæ; vel in longioribus morbis aliquo modo sit cocta.

2. Ut si humor vitium faciat in prima corporis regione, aut si materia morbifica turgeat, quod ferè fit ineunte morbo, non autem cum iam prouectus fuerit: quia omnis orgasmus cadit in principium morbi.

3. Ut si quis initio paroxysmi vomituriat exhibebis oxymel, ut euomat, ineunte paroxysmo, per superiora: in declinatione aut intermissione, per inferiora abduc, Liberior ab hac sarcina reddita natura, quod reliquum est mitigabit facilius. In initiis enim morborum vires ab exhaustu plerumque non laborant. Nam hic Aphorismus non collineat ad tenepora morborum sed ad vires, auctore Galeno, libri ad Thrasibulum capite trigesimo octauo. Phlebotomiâ vel pharmaciâ materia educatur. & orgasmus reuellatur, quò morbi acerbitas minuatur.

4. Cum nimirum incendij & symptomatum plena sunt omnia, Eo enim tempore dicit hic

*Refutat Sen-
nardi.*

*Vbi initio
purgandū.*

*Gal. NB.
Quæ &
quâdo pur-
gare oportet.*

NB.

hic Galenus, animalis fatiscit facultas: quamuis alioqui vitalis & naturalis eo tempore maximè vigeant.

5. Ne à perasmo, cui incumbit, natura auocetur, nec ab inclinatione sua auertatur, materiaque nec cedat medicamento attrahenti, nec naturæ excludenti: tum, antequam corpus incendio maximè conflagret.

X X X.

Curinitia
putredum.

Πεὶ τὰς ἄρχαίς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀδυνέστερα. ὡς δὲ τὰς ἀκμαίς, ἰχυρότερα.

X X X.

Nam ἰ principio & fine ἰ morborum imbecillia sunt omnia: in vigore verò ἰ vehementissima.

Stiologia precedentis Aphorismi:

1. Quasi dicat ad vires validas, ineunte morbo (quamuis premantur à causis morbificis) accedit infirma symptomatum vis, sine ullo incendij maioris metu: quo fit ut si quid eo tempore mouendum sit, conuenienter moueri possit. Nam licet materia quidem in initio contumacior sit, tamen eam contumaciam in initio corrigere potest naturæ vis integra adhuc, nequid symptomatum vi languida. In initio ergo inuitat materia, suadet naturæ vis, non auocat Symptomatum grauitas, Nam ineuntibus morbis, nondum irritata est natura à perfecta putredine.

2. In declinatione, materiæ preparatio, & effæta symptomatum vis occasionem putgandi suppeditabit, si quid à morbo relictum sit. Tameñ enim eo tempore natura languida sit,

ἀρχαί,
ἀκμαί,
τὰ τέλη.
celerrimè
finis

In declina-
tione cur
ga vradum.

da sit, & morbi vehementia fracta, ob mate-
ria tamen preparationem purgare licebit.
Nam edita iam sunt pepasmi signa, & phleg-
masia est sublata.

3. In perfecta putredine & irritatâ naturâ

XXXI.

Τὸ εὐεργασίης ἔσσιτέοντι, μηδ' ἐν²
ὄπισθιδόναι τὸ σῶμα, ³ μοχθηρόν.

*Vt bene
gaudet
de cibo de-
mendium.*

XXXI.

Cui à morbo cibum optimè¹ capienti
non² confirmatur corpus³ malum.

*Ἐπιβλῆσαι
non bene
profiat.*

Conuenit hic Aphorismus cum octauo.

1. Si plena manu pastum ineat, cibi que
appetentia adsit.

2. Si corpus non proficiat mole & colore.

3. Vt signum labefactatæ naturalis œco-
nomiæ, & exhaustarum partium solidarum:
vt causa recidui morbi præsertim si quis li-
beralius se inuitet. Deme itaque ex copia ali-
menti, & pharmaciâ exige cacochymiam:
abnuic enim corpus tale alimentum. Dicebat
enim Hippocrates, Qui alios habent calidas,
hoc est, cacochymiâ fœdatis, carnes habent
frigidas, hoc est, non attrahentes sine nutri-
catu ex illo sanguine cacochymiâ fœdato.
Purga rhabarbaro, vel agarico & foliis senæ:
deinde vsum pilularum de hiera cum agarico,
adiecto paucio rhabarbaro ineat.

*Vsus huius
Aphorismi.*

XXXI.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχον-
τες, κατ' ἀρχὰς μὲν ἔσσιτέοντες, ἔπει-
δ' ἐν⁴ ὄπισθιδόντες, ἔπειτα τῷ τέλει πάλιν
ἔσσιτέ-

*Note per
Hippocra-
tem
de
cibus
de-
mendium.*

⁵ ἀσιτέουσιν. Οἱ δὲ ⁶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσι-
τέοντες ἰσχυρῶς, ⁷ ὑπερονδισιτέοντες. βέλ-
τιον ⁸ ἀπελλάσασιν.

XXXII.

Ferè sit vt qui malè ¹ affecti si ² incun-
te cibi vsu auidè cibos ³ capiunt, ac ni-
hil ⁴ edendo proficiunt, ad extremum ⁵
inappetentes fiunt. Contra, ⁶ qui incun-
te cibi vsu, nihil omnino appetunt. pau-
lo post ⁷ edendi appetentes, ⁸ meliore
sunt loco.

Id est qui nondum eualuere, sed conuale-
scunt iam à morbo, ita adhuc ambigua fru-
antur valetudine.

2. Illud principium non refertur ad tem-
pus vel principium morbi, sed ad principium
vsus ciborum. Hoc est, cùm iam primùm ne-
cessariò, vel iure aut loco cibum capere de-
bent. Necessaryò capit cibum cui vires sunt
infirmæ, vel robustæ quidem, sed cum infir-
mitatis metu. Iure capit, cùm signa coctionis
elucet: vt in pleuritide cum os ægri hume-
scit ab expectorato. Loco verò, cui clysmate
subducta fuerit alius.

Quid fit ci-
bium neces-
sariò iure.
& loco ca-
pito.

falsa famis
sensu.

3. Excitata non quidem ventriculi appe-
tentia à suctione: sed sensus suctionis excita-
tur à prauo & acido quodam humore, qui
fortè excidit à liene, vel vicinis partibus: hinc
falsa excitatur appetentia, sine vlla suctione,
propter corporis impuritatem.

4. Nam venter conficere non potest quan-
tum appetit. Ita etiam in præsentè morbo. si
quis apperat & comedat liberaliùs, auoc-
atur natura à pepasmo.

5. Quod tandem facultas resoluetur quæ
est.

est cibi appetens, adiunctæ cacochymix vitio: quia ventris impuritas, omnium confusio. Quasi dicat, Itaque purga aluiam regionem à tali prauo succo qui falsum appetentiam excitat. Da cassiæ vnciam, cum specierum hieræ simplicis scriptulo, vel duobus cum scriptulis.

V. S. Aphorismi.

6. Ab immutato ventriculi temperamento, habitu, & actione, scilicet sine vlla humoris deprauatione.

7. Restituto ventriculo,

8. Et restituantur: nam recreatur alius quæ asitium pepeterat. ergo præstat abesse appetitum quam adesse appetitum cum absentia suctionis. Nam fit interdum, vt humor putris circa os ventriculi oberrans, aut calor febrilis ciborum fastidium adferat, citra vllum vitæ discrimen. Et quia illa impuritas adest, in ventriculo, propterea suctionis fluxus non adest, quamuis alioqui naturalis adsit causa suctionis, nimirum exhaustum.

XXXIII.

Εν πάση νόσῳ τὸ ἐπὶ ῥῶσθι τὴν δίανοιαν, καὶ δὲ εἶχειν πρὸς τὰς προσφορὰς ἀγαθὸν: τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

Ab anima-
lio facultate
rebotte
meta pradi-
tionum.
* Mens.

XXXIII.

In quouis morbo * animo benè¹ valere, ac rebus conuenienter² datis gaudere³ bonum. a Contrarium verò⁴ malum.

Quasi dicat quamuis acutorum omnium morborum non indubitate sint prænotiones: tamen qui iuncti sunt cum actionum integritate, tandem vi natura domantur

1. Hoc est, sine vlla verborum absurditate, sineque indecora corporis compositione,
& mo-

& morum dissimilitudine, sineque presentis laboris indolentia: sique potest imaginando, ratiocinando, in memoriam reuocando suum officium facere. Hinc significatio fit cerebrum, meningas, diaphragma integra esse *διάνοια, γνώσις, νῦν* idem Hippocrati.

2. Hoc est, bene coquere, distribuere, & excernere. Gaudere. id est proficere usu. Aluinae & economiae integritatem haec denunciant, ventriculum, iecur, correcte agere.

3. Salutare. nam bonis fit & apparet aegritibus, eo quod contra materiam morbiticam, pugnet integre naturae virtus. Bonitate naturae si morbi superantur tandem: quod Cleonaetidae euenit.

3. Epid.

2. Delirium semper malum; ut in Cydis filio, & in vxore Hermoptolemi,

3. Nam ex iis, facultatum, quarum potentia corpus administratur, virtus aut infirmitas significatur. Male autem ad morbi vim accedit naturalium vitium imbecillitas.

Difficultas Curationis.

XXXIII.

*Dissensio
nemo mor-
bus pericu-
losior dis-
sentaneus.*

Εν τῆσι ¹ νόσοισιν ἧσσον ² κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν ὀικεῖν τῆς ³ φύσεως καὶ τῆς ⁴ ἡλικίας, καὶ τῆς ⁵ ἐξέλιξεως, καὶ τῆς ⁶ ὥρας, ἢ ⁷ νύκτος ἢ μάλλον, ἢ οἷσιν ἂν ⁸ μὴ ὀικεῖν κε-

Morbis in aetate periculosis.

XXXIIII.

*genere similibus
periculosis.*

In ¹ morbis minus ² periclitantur quorum ³ naturae & ⁴ aetati, & ⁵ habitui & ⁶ tempori ⁷ congener est magis morbus, quam quibus ⁸ nulla ex parte est consentaneus.

Disputatio

Disputatio exigat ut agat de difficultate curationis, eò quòd quidam morbi ratione natura, & similium sunt calamitosi vel salutares. Adeoque horum ratione euenit ut qui specie sint morbi salutares, quibusdam tamen sint funesti. Videtur autem prima fronte absurdissimus hic Aphorismus, & qui minime omnium demonstrari possit, nam quoties ad exitiosam vim morbi, accesserit natura consensio, periculosissimè se habere debet ager. Ut si tabidus natura (quales hi quibus alarum more scapula in dorso prominent: nam pectus hi angustum est) in tabem inciderit, maxima ex parte moriuntur ex Hippocrati sententia. ubi ait, Moribantur quorum natura vergebat ad phthisin. Item adulescens calidissimus si in calidissimam febrem inciderit, quomodo non potest periculosissimè laborare? cum malum malo cumuletur, & quod ad intemperiem ipsam calidam, accesserit morbosa intemperies calida. Hæc omnia soluo unica ratione. Eò quòd morbi pares magnitudinis causâ symptomatis & curandi opportunitate, facilius curantur in iis quibus sunt congeneres, quam in aliis. Abitur enim extra natura lineam grandem significans.

Absurditas
Aphorismi
refellitur.

t. Epid.

Solatio.

1. Magnitudine causæ, symptomatum vehementia, & curandi opportunitate paribus. Committe talem morbum cum duobus corporibus, quibus est diuersa contrariaque conditio.

2. De vita, aut de actione corporis. nam immanis causa morbifica non facit illum morbum, propterea que non tanta symptomate vrgent: & hæc causa est, quòd facile curantur.

3. Id est temperamento vniuersi corporis. Sed obiicies ex Aphrodisæo. Æthiopes moriuntur ex febribus ardentibus: quæ illis sunt congeneres. Respondeo. Hoc illis euenit quòd pauca quæ illis est natura aërea: hic extinguatur faciliè magnitudine symptomatum, non magnitudine causæ. Scoti verò sua in pa-

Questio
1. probl.
79.

tria magnitudine causæ magis opprimuntur
nam bilem hyeme procreant.

4. *Ætas enim vertit corporis temperiem
& in ea sunt humorum variæ conditiones,
qui modò sursum, modò deorsum viam affe-
ctât. Infanti lumbrici, iuueni tertiana, euenit.*

5. *Conformationi corporis vniuersi, &
singularum partium.*

6. *Nam eucriti fiunt morbi, qui com-
modis sibi temporibus eueniunt.*

7. *Essentiâ, materiâ, periodo, paroxysmis,
& symptomatis.*

8. *Causæ enim immensam denotat po-
tentiam; vt si senex ex causo laborarit mediâ*

Questio.

3. Præg. 42.

*hyeme. Difficultatem adfert Galenus, & ex
eo Auicenna. nam Galenus author est Peri-
pneumoniam pituitosam minus periculi ha-
bere quam biliosam. Pulmonum autê tempe-
ries est calida, minimeq. frigida. Quare pitui-
tosa pulmonis phlegmone parti nō erit analo-
ga; ergo & periculosior. Quidâ respondent té-
periem esse distinguendam, in naturalé & asciti-
tiâ: nugæ. Intellectus Aphorismus accuratè
pro se respōdebit. Dicit Hippocrates eos mor-
bos minus calamitosos esse, qui analogiâ res-
pondent temperiei, & talibus. Ex qua sententiâ
malè inferas, Hic morbus est analogus tem-
periei agri; ergo minus periclitatur. Nam vix
fieri potest vt aliquis morbus reperiat, qui
ratione alicuius rei non sit analogus, & ra-
tione alicuius rei sit analogus. Vt causus iu-
uenem implicans humidum frigidum & pi-
tuitosum, illi est analogus ratione ætatis. non
analogus à temperie. Est tamen minùs huic
periculosa, quàm seni calido & sicco, cui
analogus erit ratione temperiei, at nō illi erit
analogus. ratione ætatis. Attamen huic peri-
culosior euenit. Itaque non ad vnam solam
temperiem debemus collimare, sed cuncta in-
tueri*

tueri debent. Ita inflammatio biliosa pulmonis, analoga eius compagini & structuræ & habitui. Nam habitus esse potest mollis vel durus, rarus vel densus. Pulmones sunt molles, non duri; sunt rari, non densi; sunt laxi, si habitum inspexerimus, facile animaduertemus biliosam inflammationem minimè esse analogam substantiæ pulmonum: attamen temperiei pulmonum analogam est hæc inflammatio biliosa. Quare Auicenna ex Galeno benè dixit erysipelatodem phlegmonem pulmonis periculosiorem esse, pituitosa. Nam licet biliosa sit analogam ratione temperiei: attamen est maximè dissentanea ratione habitus & compagini. Idem dicendum de raucedine senum: nam vires illorum stupent.

XXXV.

Εν πάσῃσι τῆσι νέσοισι τὰ πρὸ τῶ ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἕξον² πᾶσι¹ ἔχειν³ βελτιόνην⁴ ἐστὶ. τὸ δὲ σφόδρα λεπτόν⁵ καὶ ἐκτετηκός, μοχθηρόν. Επισφαλές δὲ τὸ τοῖστων καὶ πρὸς⁶ τὰς καίτω καθάρσεις.

XXXV.

In omnibus morbis si¹ crassum² abdomen fuerit, melius³ est. Contra, quando valdè est tenue⁴ valdeque consumptum, calamitosum. Est enim, ita affectū esse, periculosum⁶ ad infernas purgationes.

Hec Aphorismo specialiter docet, quam vim habeat in omnibus morbis naturæ æconomia. Ut enim sunt affecta hypochondria, ita salutis spes affulget: aut à morbis periculum imminet, Vnde summam Aphorismi hac ratiocinatione complectamur, Quicquid est

eiusmodi, ut ex eo significatio fiat bene affectorum viscerum, & eius beneficio melior sit naturalis œconomia, id præclare tum facit tum apparet ad salutem. Sed hypochondria bene affecta, bene affecta esse significant viscera: & eorum beneficio naturalis œconomia est melior in coquendo, distribuendo, & excernendo: ergo.

Abdominis
partes &
nomina ed-
tam.

1. Περί ἄστρον iutelligit eam partem abdominis quæ pube & umbilico definitur; latinis hæc pars dicitur lumen & aqualiculus, & alio etiam nomine Græcis dicitur hypogastrium. Hoc loco Hippocrates per τὰ ἄστρον ἰομφαλὸν, & τὸ ἄστρον, duobus extremis notatis, omnes partes abdominis complexus est. Porro abdomen, epigastrium Græcis, definitur cartilagine Xyphoide, costis nothis & pube. Abdomen anteriore parte distribuitur nominibus duobus, nimirum stomachi, & hypogastrii. Stomachus definitur cartilagine Xyphoide, & umbilico, hypogastrium vel ἄστρον ab umbilico ad pubem. Abdomen verò è lateribus distinguitur: equidè partes à nothis costis ad umbilicum hypochondria appellantur: quæ deinde sunt partes, vsque ad os ischij dicuntur lagones vel ilia. Has itaque cunctas partes hic intelligit.

2. τὸ ἀράχος ἰχθυ; est abdomen bene habitum esse, hoc est, æquale esse, ut nulla tumoris interni suspicio adsit. Sed ut in omnibus partibus æqualiter sit affectum calore: utque nulla parte quam altera sit durius. Nam si durius fuerit, hæc durities erit recens vel vetus. & utraque cum borborygmo, vel sine. Durities recens (vel proprius distentio) cum borborygmo, flatum significat. Vetus cum borborygmo hæcticam intemperiem intestinorum notat & hydropem minatur. Recens sine borborygmo cum torminibus, phlegmonem viscerum, ex quo materia quædam exodat, quæ termina mouet. Vetus siue borbory-

horygmo, schyrrhum significat. Sit æqualiter affectum: Nam si superiore parte sit calidius, dices ibi focum febris esse. Sit *ἑυσπρῶν* & *λασπρῶν*, æquatum in mediocritate contractionis & distensionis positum. Abdomen itaque sit crassum, nam constituitur id ex cute, adipe, panniculo carnosio, cæto musculis: accedit peritonæum, omentum: His fouetur calidum natium, maxime in frigidis illis partibus umbilici ac aqualiculi. Vide historiam eius qui in Dealcis horto iacebat, & Hermocratis. Ex abdomine itaque bene vel male habito facile iudicari potest hepatis conditio, ob vicina moperis societatem & ob vasorum communicationem.

3. Nam inde significatio fit, focum febrilem abesse à partibus nutritioni dicatis. & causa est quòd œconomia naturalis, abdomine bene habito, meliore sit loco.

4. Si sit inæquale calore, tumore, molli-
tie, vel tenue, id indicat spoliari subditas partes, naturâ frigidas, suo tegumento ac stragulo: vnde coctio in his deterior redditur maxime ad umbilicum, & aqualiculum,

5. Quod ex eo partes nobiles incendio conflagrare significetur. *quasi dicat* alias partes exui per febres sua mole non ita malum: at semper hoc malum in abdomine: nam in promptu nutritus prædia sunt aluo, vnde pinguescat: aliis non æquè, nisi hinc petant. Indicium est hæmatoseos ac aluinæ coctionis fractæ.

6. Quia beneficio abdominis, huiusmodi sunt excretiones, ac intestinorum vi: quæ fomite suo spoliata, languent. Multi ob musculorum abdominis tenuitatem nulla ope discernere possunt. Totum itaque abdomen medicis tentandum est, vt noscat quænam eius partes vehementius caleant, aut tensæ sint, an

Abdominis præstantia in significando.

Medicis tangendum abdomen.

rinæ qualitate prædita. Adeò interdum extenuatam aqualiculi partem deprehendi, ut arteriarum quæ in lumbis sunt, manifestissime pulsus tetigerim.

XX XVI.

Οἱ ὑμεῖς ἔχοντες τὰ σώματα ὡς
 τῆσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι; ἐκλύον-
 ται ταχεῶς, καὶ οἱ πονεῖν ἴσθη χρονοί.

XXXVI.

Qui sunt sano corpore ¶ dum pharmacia purgantur, celeriter exoluuntur, atque hi qui pravo utuntur nutritu.

1. A perfecta absolutaque crisi cum his restituta est sanitas, quamvis illi tuberculis scateant. Vel etiam hi, qui integra valetudine fruuntur in temperamento, conformatione, & quattuor humorum congenitorum æqualitate. Nam sanitas est vel primigenia, vel restituta. Restituta, abacto iam morbo per excretionem vel per abscessum. Per excretionem, ut sudorem, hæmorrhagiam, deiectionem alui, urinæ profluvia. Per abscessum, ut icterum, tubercula toto fusa corpore, tumores tibiæ non impares morbo & naturæ. Qui sunt in restituta sanitate, sunt in neutra constitutione, & ad morbum inclinant.

2. Quod à morbo superstit naturæ infirmitas. & etiam quia pharmaci vis labefactat partes solidas, & sanguinem benè constitutum resoluit. ἐκλύειν, hoc est, in syncopen incidunt: pharmaci acrimoniâ, succi alibilis hypercatharsi, resolutione partium solidarum.

3. Quia cum vitibus imbecillis humorum incidit corruptela. Vbi cacochymia, ibi disten-

Sanitate
 restituta
 abstinendū
 à pharma-
 cia.

ἐκλύειν

*Cacochy-
mia corporis
ut sit
curanda.*

distentæ manent à sanguine venæ: quia san-
guinem illum malum respuunt carnes nec ad
se trahunt. A venis itaque à copia obstructis,
exudat putris vapor in stomachum, dum
huiusmodi materia vacuatione tentatur: vn-
de in Syncopen stomachicam cacochymici
incidunt. In huiusmodi itaque corporibus
utendum est epicrasi: hoc est, tali curatione
quæ paulatim suscipitur: id quod malum est
euacuando, & paulatim id quod salutare est
reponendo. Hoc benè fit, exhibendo syrupum
de cichoreo cum rhabarbaro quarto vel quin-
to quoque die, prout requirit ratio morbi
agri temperies, & vires: electario santalo-
rum cum rheo in tabellis, lacte asinino. Et si
phlebotomia opus fuerit, parcè id fiat: vt na-
tura parum ab onere leuetur. Soluuntur ergo
horum vires facilè à pharmacia ob caloris
natiui infirmitatem, aut ob vapores tetros,
qui humoris agitatione nobilissimas partes
infestant: Accedit humoris corrupti acrimo-
nia, qua partes ipsæ vellicantur, Sensus Apho-
rismi est, Æquè peccant qui medicamentum
purgans exhibent sano corpori, & perfecte ubi
exclusa est morbifica materia, atque is qui
cibum exhibet superstite materia morbifica,
& impuro adhuc corpore. in his autem qui
non reduce, sed sanitate primigenia fruuntur,
pharmaca vim inferunt partibus sanis, ac col-
liquant eas, & nutritios succos fatigant, quia
cum delectu quodam attrahunt, vnde animi
vires atteruntur disiectis spiritibus. Ultima
pars huius Aphorismi etiam ad Hydropicos
spectare videtur: victu tenuante & remediis
vulgari debet corpus reddi, & magnis interval-
lis purgare conuenit. κακὸν ἐν κείῳ μὴ κρη-
τέον. Ergo non secundum cacochymiam est
exhibendum remedium, vt in puellabus fædis
coloribus præditis, & ictero nigro, cibariis
melius

*Sensus
Aphorismi*

*Hydropici
ut purgan-
di.*

melius vinces mala, quæ affectioni remedio sunt.

XXXVI.

Οἱ δὲ τὰ σώματα ἔχοντες, φάρμακός ἐργάζεσθαι.

XXXVII.

Qui¹ secura sanitate fruuntur hos purgare² graue est.

Quasi dicat non solum his incumbit preceps omnium virium lapsus, verum atrocilus a diis iniunguntur calamitatus, qualis est syntaxeos perenne profluuium cum perenne febris, nam liquet carnem, indeque tunc delectu quodam trahit sibi simile.

1. Qui benè morato sunt corpore, à moderato omnium succorum habitu, vnde nutritio fœlix. Vnde habitus bonus, solidus & succi plenus.

2. Quia pharmacum quidem trahit, at natura retinet, quasi dicat si in primigenia hoc fit sanitate, quid ergo eueniet in restituta? vbi, quamuis integri fuerint succi, languent tamen vi morbi fractæ vites.

XXXVIII.

Τὸ σμικρὸν χεῖρον¹ πόμα ἢ σιτίον² ἢ δλον³, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεδέρων δὲ, μᾶλλον³ αἰρετέον.

XXXVIII.

Cibus & potus paulo¹ deterior, suavior² tamen, melioribus quidem Sed insuauioribus est³ anteponendus.

1. Quamuis naturæ non sit ita consentaneus, nec tam benè exhausto respondens,
nec

Saniphar-
macia iuu-
gilia.

7 fmo.

Accipio ali-
quid dan-
dum.

nec æquè cum morbo pugnans. Paulò deterior dicit, nam si damnum maximum adferunt, non exhibebimus.

2. Ut in causo aquæ frigidæ potus. substantiæ proprietate, non tam in specie, quam in individuo, insitaque similitudine à temperamento. Atque hæc considerantur in specie: quia anium montanarum caro, item omnium animalium bifidorum & ruminantium, homini in specie est consentanea. In individuo, quia quibusdam caro etiam veruecina non est grata, licet in specie sit consentanea. Pertinet etiam hoc ad delectum eorum rerum quas expetunt ægri: nam gratificandum esse ægris docet Hippocrates 6. Epidemiôn 4.8. Suavius dicitur primis qualitatibus, ut calidus vel frigidus potus: secundis, ut sapore.

3. Quod ventriculi complexu ex ea suavitate, maiorem reficiendi vim acquirat. Spes omnis bonæ coctionis, consistit in arcto complexu ipsius ventriculi. Pertinet hic aphorismus ad rationem diætæ quæ cõualescentibus præscribi solet. Scopus est, ut doceat omnem cibi mutationem, tum in ægris tum in conualescentibus metiendam esse non solum in quantitate & utendi modo, sed etiam in qualitate. Optimus itaque cibus est qui æquè cum morbo pugnat, atque naturæ studet, qualis est ptisana. Atque quo propius vel longius ab hoc opere abest cibus, eò est ab optimo propior vel remotior. Deterrimus enim est, qui nec naturæ studet, nec cum morbo pugnat. Deterior itaque hoc loco dicitur is cibus, qui minus cum morbo pugnat, quique minus naturæ studet.

Cibus optimus
quod
quod
deterior
min.

XXXIX.

Οἱ ἀριστοὶ τῶν νέων τὰ μὲν πικρὰ

I 5

δυσχερ-

² νουσήσιν ³ ἥσασιν. ὅσα δ' εἰν ⁴ αὐτέοισι
 χρόνια νοσήματα γίνηται, τὰ πλεονά
 ξωαποθνήσκει.

XXXIX

Seniores, affecta ætate, ¹ minùs iuue-
 nibus ² maximam partem ³ ægrotant.
 Sed quicumque diuturni ⁴ ipsis eueniunt
 morbi ferè ⁵ commoriuntur,

1. Nam si non conuenienter naturæ vixe-
 rint, magnis se malis inuoluunt. ita si vita iu-
 uenilis intemperans, tradiderit senectuti cor-
 pus effectum.

2. Rariùs, non & tam acutis morbis ten-
 tantur nam frigidum est senum corpus: pro-
 pterea tam calamitosa vehementia sympto-
 matum iis non superuenit. Ita parotides quæ
 in senes incidunt, non tam sæua habent sym-
 ptomata pathognomica vt in iuuenibus, ne-
 que tam graue senibus superuenit delirium.

3. A morbis causa, loco, essentiâ, & mo-
 tu partibus. Quia iuuenes integris viribus con-
 tra causas morbificas pugnant, nec nisi à va-
 lidis deiciuntur: senes optima diætâ fugant
 magna mala.

4. Triplex est causa diuturnioris morbi,
 pepasmi difficultas, ægri & medici culpa, &
 partis principis inflammatio, quam sequitur
 atrophia. Hoc autem Aphorismo vnicam pe-
 pasmi difficultatem consideramus. Nam qui
 morbi diuturni sunt ægri vel medici culpâ,
 tum partis principis inflammatione, tam
 commoriuntur iuuenibus, quam senibus. Hi
 morbi sunt vel σωτρωφοί, vel incretentes:
 dicuntur σωτρωφοί, hoc est cognati & conu-
 triti, quorum hyparxis consistit in naturali
 vitio, vel temperamenti, vel conformationis
 eius

Μετρωπια
 διενεργου
 αιτια.

6. Epid. 5. 6.

eius qui ægrotat: Sic epilepsia puerorum est morbus *συνδροφος*. Ita dysenteria senum, increfens morbus dicitur, qui vires acquirit eundo. increfcente auctaque mali causa. Ut etiam podagra, arthritis omnis, calculus.

Qui morbi
syntrophii,
& incre-
fcentes.

5. Vitia renum post quinquagesimum annum sanata esse non vidi, inquit Hippocrates. Dices: morbi syntrophii desinunt coctio- ne, solutione, & rarefactione. Respondeo, si sint increfcentes illi, ob pepasmi difficultatem, non soluuntur: sed ad exitium protra- huntur. Tales morbi sunt pletumque qui à frigore. nam curati debent hi *πετασμα*, *λυση*, vel *ἀραιωση*. Sed effœta vires, corporisque se- nilis densitas, materięque contumacia ob- stant his. Hos ergo erigē vino, ac cibo cupe- pto, & frictionibus. Sunt autem tria genera diuturnorum morborum: in primis sunt mor- bi cognati, ut seni tussis: alij sunt syntrophii, quasi dicas, connutriti, qui diu multumque nos exercent, ut epilepsia pueros, quæ vitio diætæ alitur: increfcentes, ut podagra, cal- culi.

Qui incu-
tabiles 5.

6. Epil. 5. 6.

Morborum
Diuturno-
rum diffi-
cultas.

X L.

¹ Βεγγχοι ² κόνυζαι τοῖσι σφόδρα ³ Senum ma-
λα.
⁴ φρεσβύτησιν ⁵ & πεπαίνον
Nunquam decrepiti ⁶ βρα-
χυ ⁷ cogit etq; corij lam.

X L.

Raucitates & ² grauedines senio ³
confectis ⁴ non mitificantur.

Prædicit iam qui morbi sint insanabiles & sanabi- les quinam sint & primum adfert exemplum diutur- ni morbi, quo firmat præcedentem Aphorismum.

1. Raucitas hoc loco non est vox illa clangosa à febre ardente, sed vitium laryngis & faucium à distillatione. & significat omne genus catarrhi.

2. κέρυζα generaliter omnem catarrhū significat. Propriè autem est affectio narium primigenia. vel superueniens.

3. 3. Ob frigus corporis.

4. Quasi dicat multò minùs alii morbi qui raucitates superant, vt asthma, & phthoè raucitatis soboles, & peripneumonia ab acerrima distillatione, nephritis, arthriti, dolor colicus, & splenicus, tussis. Raro hæc illis sanantur; nam vel rarefactione aut dissolutione superari in frigido corpore nequeunt hæc mala: restat vna coëctio, quæ ægrè hic etiam suum officium facit.

X L I.

Οἱ ¹ ἐκλυόμενοι ² πολλάκις ἢ ³ ἰχυρῶς ⁴ ἀνὰ φανερῆς προσάσιον, ἐξαπίνης ⁵ τελευτῶσι.

X L I.

¹ Qui ² frequenter & ³ vehementer & ⁴ abs re deficiunt, ⁵ repentiè moriuntur.

Tribus sequentibus Aphorismis agit de illis morbis qui toto genere sunt lethales, Hoc est, in quamcumque aetatem, in quamcumque regionem, quemcumque anni statum, quamcumque in naturam ac temperiem incidere. Talis ut sit ratiocinatio, Quicquid est eiusmodi ut actionem per quam est vita omnino tollat, (si accedat difficultas curandi ex affectionis causaque morbifica magnitudine, & symptomatum vi repentiè oberta) id est incurabile in quamcumque aetatem, sexum, fortunam, tempus anni, vel regionem inciderit.

1. Nam Syncopa cardiaca respirationem adimit sæpè. Quæ hic annotat Hippocrates, significationem adferunt cordis malè affecti, idque per idiopathiam. Nec leui, sed ex graui admo-

admodum affectione cor laborare; adeò vt illa noxa calorem spiritusque vitales dissipet, vt si Erysipelas cor occuparit: vnde dissipatur spiritus vitalis, extinguiturque calidum natium, vsusque respirationis tollitur. Dicitur quis, Hystericæ tamen viuunt sine respiratione: Resp. transpiratione recreatur exilis harum calor. Et hæc affectio manifestam habet causam. Lipothymia differt à Syncope: nam in lipothymia adest subitus spiritus animalis motus, & vehemens: fit subito motu spirituum ad partem affectam, attamen sensus integer manet.

Transpi,
ratio lo,
cò Respi,
ratio nis.

2. Ex magnis causis quæ cor affligunt. vnde dissipatio spirituum, vt in peste ab aura pestifera, vel oppressio. Et quidam imbellem habent vim vitalem.

3. Corruptela spirituum & solidarum partium. 1. qui non facillè reuocantur à Syncope.

4. Sine causa manifesta: nulla exhausti ratione: nec vlla incidente affectione quæ cor in Sympathiam ducat. Quamuis causæ manifestæ graues idem agant: sed non ita subito moriuntur.

5. Sublato omni respirationis vsu, per spiritus vitalis & caloris discipationem. Immutato cordis temperamento & habitu. Morbi alicuius contagiosi, venenati, aut pestilentis vi. Labefactata vis vitalis, cæteras in consensum rapit. Da aquam theriacalem, cum aqua cinnamoni & cum aqua boraginis.

Remedium.

XLI.

Δύσιν Ἀποπλεξίω ἰχθυώ² μὲν
ἀδύνατον. ἀδενέα³ ἢ ἔρησιον.

XLII.

Apoplexiam: fortem discutere non
potis

potis est : debilem : verò non facilè.

1. cùm resolutum est cerebrum, indeque meatus conuenient, vt exitus non pateat animali spiritui ad neruos; vnde thorax cùm dilatari non possit, interceptis spiritibus thoracibus, respiratio in stercorem abit: nec motus aut sensus afflatur cæteris partibus. Cùmque inducias non det symptomatis huius vis, remedia adhiberi non possunt.

2. Ob curandi difficultatem, quia causa coniuncta non facilè tolli potest. Nam priusquam remedia adhibueris, æger moritur, sublata omni respiratione. Nam aucto respirationis vsu, impuro calore natiuo à collectæ fuliginis copiâ, sequitur stertor: à stertore, respirationis sublatio, dein mors.

3. Hæc potissimum venæsectione curationem suscipit. Attamen ægrè sanatur ob symptomatum incidentiũ vim repentinè funestam, quæ adimit omnem spirandi facultatem. In hac aditu ad cerebrum prohibetur spiritus vitalis, interceptis carotidibus arteriis & venis iugularibus. Ita distinguit Auicenna magnam à parua apoplexia: nam in forti consistit vitium in illis meatibus qui sunt ex cerebro: cuiusmodi sunt nerui, ventriculi cerebri, & radix dorsalis medullæ. In debili verò vitium consistit in meatibus qui eunt ad cerebrum, vt venæ iugulares, carotides arteriæ, rete mirabile: quod fit à sanguine crasso, vel tali vapore. Curatur illa, si intra dies septem febricula illi analoga superuenerit, quæ discutit flatus, nec illi ita superuenit paralytis: nam frictionibus & quassationibus interdum euanescit ille flatus etiam. vel si hæmorrhoides profluxerint, quæ reuellunt crassum sanguinem. Apoplexia autem tollit respirationem sublato motu thoracis, ita vt vitium hoc consistat in

instru-

Apoplexia
cur lethali.

Quid sit
magna vel
parua Apo-
plexia.

instrumento mouente. Debilem verò apoplexiam non comitantur tam vehementia symptomata, & solebat in paralyfim abire plerumque. Quo modo Apoplexia verè nulla parua aut debilis fit, abundè demonstramus Libro De Morbis Capitis, vbi De Apoplexia. Quare vbi adest magnitudo causæ cum pari Symptomatum vehementia coniuncta, nec cadit remediis, nec dat inducias vt eà adhiberi possint: propterea lethale. A prouisione totius corporis, rade caput ea parte vbi sunt futurae, & impone illi emplastrum ex sinapi, castoreo & aceto forti. Brachiaque & crura ilico stringe vinculis, Iubeque fricari manus & pedes nitro, cum sale. Sub lingua ponatur Castoreum. Deinde saphaia vena vtriusque pedis aperiat. hinc manus vena tundatur, tandem nasi, vel iugulares. Postridie Clyster repetatur. Accipe Castorei & euphorbij cuiusque scriptulum: id totum Infletur radici linguae. id extrahet pituitæ maximam copiam per palatum horæ spacio.

Causa

XLIII.

Τῶν ἀπαυχομένων ἢ καταλυόμενων. ² καταδυσόμενων, μηδέπω ³ τετηνηκότεων, ἐκ ἀναφύρασι, οἷσι ἀν' ἀφροδῶν ⁴ πρὸς τὸ σῶμα.

καταλυόμενων.

XLIII.

Qui strangulantur aut ² resoluuntur, necdum tamen ³ animam efflarunt, non restituantur, quibus os ⁴ oblitum spumâ est.

Multiplices sunt morbi toto genere lethales. Primi,

Morbi le-
thales
quadrupli-
ces sunt.

Primo, per quos tollitur actio, per quam est vita: ut respiratio, nutritio. Secundo, quorum hypoxis in intemperie equali partis alicuius, vel totius consistit, ut est marasmus, & sphacelus. Quia nulla intemperie equali curationem recipit: eo quod tunc labefactetur omnis natura vi, quodque temperamentum ipsum perierit. Tercio, quorum materia est peccati expertis, ut elephantiasis, cancer. Palliatam quandam curationem hac recipiunt, curationem nequaquam. Quarto, quorum focus tam longè abest, ut eo peruenire nequeat integri viribus medicamentum, ut evenit in calculo qui est in vesica.

1. Hoc est quibus larynx opprimitur: id fit tumore, laqueo, à vertebra colli retorta, & in angina quæ fit ex inflammatis propriis musculis laryngis.

2. Interceptis cerebri nervis, & carotidibus arteriis. tunc enim sensu & motu destituuntur.

3. Nondum mortui sunt: nondum extincto vel suffocato calore vitali.

4. Vel quibus circum os spuma apparet. Nam in corde (ob motum accisum thoracis) intercepta fuliginis copia tantum feruoris pulmone infert, ut propriam illi humiditatem exprimat: vnde gignitur spuma illa. Quare longè aliam causam agnoscit hæc spuma, quam illa quæ eliditur in epilepsia. Ab hac ergo promptè extinguitur & strangulatur calor huius, nam intercipiuntur omnino fuligines, Quomodo spuma gignatur eleganter explicat Galenus in commentario huius Aphorismi? & etiam libro secundo Prognosticon. 47. & 7. Aphorismorum 50. A prouisione habita totius corporis, seca venas sub lingua: & si non iuuat, iugulares in collo externas. Et gulæ insuffletur puluis hirundinum. & foris admoue eniplastrum ex nido hirundinis eum accito. S. iad pus abeat, ut rumpatur, Accipe myr-

Spuma ge-
neratio.

Differunt
Spuma strangu-
lato
Epilepsia
m. Remedia.

rhæ drachmas duas; sinapi drachmarum: mousus diaboli, scabiosæ, cuiusque manipulum coque ex aqua ad librâ: colaturæ adde mellis optimi, & dianuci singulorum vncias duas: fiat gargarismus. Et ad ruptionem facit hoc emplastrum, Accipe farinæ tritici, hordei, feminis scœnugræci, cuiusque vncias duas: radicum liliorum vncias tres: ficus sex, liuistici, chamæmeli, meliloti, maluæ, cuiusque semimanipulum: fermenti actis drachmas duas: decoctis vt decet ex aqua, fiat cataplasma dolorem sedans, Accipe medullæ pomorum sub prunis coctorum vncias octo: butyri recentis vncias duas: pinguedinis gallinæ scunciam: lactis muliebris vncias tres: farinæ hordei vnciam: bulliant ad spissitudinem: in fine adde vitellos ouorum duos; & parum croci.

XLIIII.

Οἱ ¹παχέες σφόδρα ²κτὶ ³φύσιν, ⁴ταχθάναστοι γίνονται μάλλον ἢ τῶν ἰσχνῶν. Graciles. & obæf.

XLV.

¹ Qui naturâ valdè sunt ² crassi, ³ celerius ⁴ moriuntur quàm ⁵ graciles.

Ostendit Hippocrates quòd habitus & natura corporis magnas habeant opportunitates vel difficultates curandi. Nam naturâ crassi citius afficiuntur, triftius egrotant, & difficilius curantur gracilibus.

1. Hoc est, primigenia conformatione: non autem à diætâ, sed à frigore natiuo.

2. Crassorum duo sunt genera, quidam enim crassi sunt ocio, ab affluxus copia, & effluxus inopiâ. de quibus hîc non loquimur,

vt neque de athleticis. Propterea addit Valdè hoc eſt, qui ſunt obceſi, venis anguſtis; corpore craſſo, ſed paruo, oſſibus quoque paruis: Ceruices quidem videntur habere craſſas, ſed renues ſunt, nam oſſa obducta ſunt magna mole. Atque corpus hi habent inperſpirabile.

3. Quia ſpiritus calidumque natiuum non poteſt in tot annos vitam producere; & œconomia naturali non tam benè conſulitur, ob frigus, in craſſis, atque in gracilibus. Cum autem in morbos inciderunt, ægrè illis defunguntur, ob caloris natiui infirmitatem, corporis denſitatem, venarumque anguſtiam. Hinc etiam obnoxij ſunt corruptioni ſucorum.

4. Non quidem qui ſunt extenuato corpore ab exhausto & euacuatione; Sed qui naturâ ſunt lacertofi & neruoſi homines. Qui pectore ſunt amplo, ſcapulis amplis, quibus ampla ſunt oſſa & venæ. Qui capite ſunt magno, & cum inclinantur, ceruicem magnam oſtendunt. Etenim prodidit Hippocrates, Vt caput eſt & ceruix, ſic reliqua ſunt quæ ab his oriuntur tanquam à principio. oſſa enim à capite æſtimanda ſunt; ab oſſibus nerui & muſculi. Itaque graciles habent maiores opportunitates ad benè viuendum, & redeundi ad ſanitatem ex corporis conformatione, caloris natiui copia, & meatuum libertate, denique quòd corpus habeant ægrè ac perſpirabile. Euſarcum corpus optimum eſt: atque ſi inde abeas, tenue optimo ſalicius eſt. Quæſi dicat Hippocrates, per morbos itaque non tam benè ſperandum de tali corpore, ac de tenuiore. Nec æquè tutò validè purgari poterit, nec in ædia macerari, nec ſanguinis abduktione inani. Omnia itaque hic ſiant cum cautione & non violenter: cunctatio vincat præcipitium. Hic rectè in vſum ſectas illud Thu-

Cydidis

6. Epid. 1.

3.

6. Epid.

4. 25.

Vſus
Aphorismi
huius.

cydidis Αμυθία ἰδὲ Δράσος, λογισμὸς ὅκνον φέρει.
Insciria fidutiam, prudentia cunctationem
gignit.

XLV.

Τῶν ὀπλεπτικῶν τοῖσι νέεσιν
ἐπαλλαγὴ αἰ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς
ἡλικίης, καὶ τῶν ἰσχύων, καὶ τῶν βίωσιν
ποιέουσι.

XLV.

Finem epilepsia² iuuenibus adfe-
runt aetatis, loci, & victus mu-
tatio.

Exempli causa proponit morbum syntrophon. Ut
enim acutorum morborum non omnino certa sunt pra-
ditiones ob varietatem corporum, causarum atque si-
gnorum, nec pariter equalis est depellendi ratio: sic
quoque morbi syntropho non equaliter in omnibus ho-
minibus curationem accipiunt.

1. Hoc est, conuulsioni totius corporis ty-
picæ & periodicæ, cum mentis & sensuum ob-
literatione, Typicæ, quæ statis euenit tempori-
bus: Periodicæ, hoc est, quæ statis horis fi-
nitur.

a. Ætas curat epilepsiam eam solans quæ
euenit per idiopathiam. nam quæ per sympa-
thiam accidit ab ore ventriculi, vel ab aura
venenata quæ effertur à partibus in cere-
brum, ætate non curatur.

2. Id est, pueri & puberes cum adolefcunt,
sanantur. Cum scilicet in puerili Epilepsia vo-
cem edere asperiores incipiunt, atque ad Ve-
nerem excitari, non autem Veneri operam da-
re cœperint (quia venus hoc malum accersit)
exhaustâ pituitâ, confirmatisque neruis. Pu-
beres

leres verò cum vigesimum quintum annum
accefferunt, hac molestia defunguntur, relu-
stioribus redditis neruis: & hi tunc grauem
edunt vocem.

3. Qui ad sicciorem temperiem facit.

4. Quia vinum plethoricis causis replet
neruorum principium; ab eo abstineant &
etiam à venere, quòd neruos imbelles reddat:
siq̄e diuina sicca neruis & cerebro studeat.
Curat epilepsiam acori radix contusa & po-
tui insita. Fimvs ciconiæ bibitus. Et putris
cranei humani si detur cum succo ruta: vel
cum decocto præoniæ, visci querni, tormen-
tillæ, & cubearum. Sumitur etiam quotidie
scriptulus castorei cum decocto præssij, per
quatuordecim id agitur dies. Pulvis lumbrico-
rum terræ cum vino potus. Contunde radici-
ces pyrethri cum melle ita vt fiat electarium:
detur drachma, & superbibat decoctum stor-
chados. Hoc agat semel septem dierum spa-
cio: sed toto anno. Si ab utero sit epilepsia,
quæ puellabus frequens, sumat bis in mense
pilulas scetidias.

Remedia
quadam
scimia.

X·L·V·I.

Δύο^a τόνων¹ ἄμα γινόμενων μὴ
² κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος
ἄμαυροῖ³ ἢ ἔσθρον.

X·L·V·I.

Duobus^a doloribus nec eadem¹ par-
te obortis simul, ² vehementior mino-
rem obscurat.

a. Hoc est, affectionibus vel morbis.

1. Parte simulari & non organica. Refe-
renda etenim hæc sunt ad alienationem tem-
pera-

Υπερταξίς
πρὸς τὴν ἀξίαν
ἐκ τῆς ἰσχυρο-
σύνης.

peramenti, vel ad immutationem habitus.

2. Eodem tempore.

3. Quòd distracti spiritus in partem ve-
mentius dolentem, subsidij ergo, sensationem
impediunt rei, in alterius partis sensum dela-
tæ. Nam unicuique parti suus est attributus
sensus, vnde peculiaris sensio excitatur rei in
sensum delatæ. Sic arthritici colico dolore
superueniente liberantur: contraque, colici
incidente arthritide. Quasi dicat, quamvis
quædam non adsit de parte minus tunc do-
lente, attamen Medicus non minus de ea pro-
uisionem habere debet. Nam plus inde immi-
net non raro periculi, quam à grauitè do-
lente. Vt si alius vel auris doluerit valdè, &
tenuis in pectore vel pulmone dolor sangui-
nem in os infuderit. Hic Medicam manum
ilico postulat.

chroni
in
aarthi

C. Epid. 473.
V. sus.

phorela

XLVII.

Περὶ τῆς γενέσεως τῶν πυρετῶν οἱ πόνοι καὶ
οἱ πυρετοὶ συμβάσονται μᾶλλον, ἢ γινόμενα.

XLVII.

Dum pus conficitur dolores atque
febres incidunt magis, quam iam
confecto.

Stat. mor-
bi vi no. 64.
ehr.

1. Commutantur à calore nativo humo-
res tumorem efficientes; vt ait Galenus com-
mentario in historiam Hermocratis.

2. Nam continuum soluitur tumente ve-
hementer parte exilitque feruidus tunc vapor
qui cor in incendium rapit. Nam calor arte-
rials sanguinis, vehementer contendit in vi-
gore, cum materia morbifica.

3. Quod tum alienatio temperamenti, &
habitus

V. sicut.

habitus mutatio minor sit. Laxatâ iam parte, & calore presso. Quasi dicat, Ita etiam euenit in internis tumoribus & inflammationibus, quas noli existimare euanuisse, cum iam confecto pure incipiunt inducias dare doloribus. Nam subito interdum rumpuntur, empyemata & marasmus adferunt, vel etiam subitam mortem. Quare caue, ne his propines vibrans pharmacum, nec balneum præscribas, aut validum exercitium: nam subito moriuntur ab his, rupto apostemate, ut sæpe euenit in nephritide.

XLVIIII.

Lassitudi-
nis & Labo-
ris reme-
dium.

Εν πάσῃ κινήσει τῆς σώματος, ὀκτώ-
ταν ἄρχῃ πονέειν, τὸ διαναπαύειν
διθὺς ἀκόπον.

XLVIII.

In omni corporis motu, cum fatigari cœperit [immoderato motu] interquiescere, seipsum lassitudinis reddit expers.

Quasi dicat, exercitationis laboriosa remedium est quies. Ita præstat hominem saturum ieiunare, quam ieiunantem se satiare, ut liberali potu indulgit quis? Sobriè cœnet, nam hoc est ἀναπαύειν.

V. sicut.

1. Hoc est, articulorum, carnisum, atque viscerum actione. Scripsit enim in Epidemiis, quod labor & exercitatio est artubus & carnibus: id cibus & potus est visceribus.

2. Insueta & repentina mutatione ab vno exercitationis genere ad aliud, vel ab ocio ad negocium.

3. Hoc est, laboris illius remissio quæ fit motus & quietis vicissitudine, & figuræ mutatione lassitudinem contractam leuat.

4. Facilis

4. Facilis transductio à negotio ad ocium, à saturitate ad inedia. Contraria contrariis curantur.

ab assuetis nulla

XLIX.

Οἱ εἰθισμένοι τὲς ἰσχυρὰς ἰσχυρὰς φέρειν, καὶ ὡς αἰσθητές ἢ γέροντες, τὴν αἰσθητικὴν ἰσχυρὰν τε καὶ νέων, ῥᾶον φέρουσιν.

fit passim

XLIX.

Qui assuetis¹ indulgent² laboribus, quamuis infirmi fuerint aut senes, tamen³ insuetis validis atque iuuenibus⁴ facilius ferunt.

Ut exercitatio sit inuenta. Quod non temere.

Quasi dicat, ergo caue ne prater rationem, per morbos, grauescibo aut sorbitioe agros, qui minime assueverunt talibus: Etiam si robusti sint natura. Nec etiam cum conualescunt.

1. Carnium, articulorum & viscerum. Viscerum: ut qui bis aut ter die ex instituto cibum capiunt: & quorum ventriculus bis intumescere, bis humescere, bis coquere consuevit.

2. Ut si quis Cycyona comedere assueverit.

3. Quare exercitatio illa subitanea non temere suscipiatur in sanis, nec in agris. Ut qui subito à ieiunitate, ad saturitatem se transferunt.

4. Quòd ignauia vires exsoluat: proprii autem officij exercitatio, robur augere solear. Id intellige in aluo coquendo: & in habitu corporis, exercendo.

Consuetudo
non temerè
mutanda-

Τὰ ἐκ πολλῶ χρόνου¹ σωήθια, καὶ
ἢ χείρω, τῆ ἀσωήθων² ἢ ἄσων ἐπαχθεῖν
εἶωθε. Δεῖ οὖν ἢ ἐς τὰ³ σωήθια με-
ταβάλλειν.

SCHSIM.

Quinetiam quarum rerum inuetera-
nit¹ consuetudo, quamuis deteriores
sint illæ, minùs² tamen insuetis malè af-
ficiunt. Est ergo³ assuetorum vsus susci-
piendus.

*Cum iam à morbo redeunt ad sanitatem, sensim
ad consuetum motum redeant.*

1. Vt est diæta susq̄ue deque habita: hæc
enim nūquam sibi impar est. In rebus sumen-
dis, excernendis, & admouendis & agendis.

2. Est enim consuetudo vis quædam vsu
ascititia, qua eadem pati aut agere inoffensa
naturæ & conomia licet. Non temerè hæc vis
est mutanda: quòd natura assuetis gaudeat:
Elucet id in aluina conomia; qui enim du-
ris cibis assueverò, hos facillè superant. Causa
eius rei hæc est, Quia id quod coquit æquè
alteratur ac id quod coquitur: quare assueta
facillè coquuntur, nam naturam non afficiunt
sed faciunt vt ea suo statu conferuetur, fami-
liaritate substantiæ, & occurrentis qualitatìs.
Nam longa die inita his est familiaritas quæ-
dam & similitudo. Et similia facillè se alte-
rant, & mutant.

3. Quasi dicat Proinde retinenda est ea
consuetudo, Ita habent antiqua exemplaria
Romana, ἢ ἐς τὰ σωήθια. Nam mutari te-
merè non debet, iam enim hæreditario quasi
iure eam, suam fecit.

LI.

Τὸ χ¹τι πολὺ καὶ ἐξαπίνης ² κενεῖν, ἢ ³ πληρεῖν, ἢ ⁴ θερμάρειν, ἢ ⁵ ψύχειν, ἢ ἄλλως ⁶ ὀκλασῆν τὸ σῶμα κινεῖν, ⁷ σφα- * ἄλλως
λερόν. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῆ φύσεως
⁸ πολέμιον. Τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ⁹ ἀσφα-
λές, καὶ ἄλλως ὡς ἐξ' ἑτέρας ἐφ' ἑτε-
ρον μεταβαίνει.

LI.

Plurimum & repente ² vacuare, aut *Natura*
³ replere, aut ⁴ calfacere, vel ⁵ refrigerare, *agere fert*
re, vel quouis alio ⁶ modo corpus teme- *subitas mu-*
rè mouere, ⁷ periculosum. Omne enim *tationes*
nimium, naturæ bellum ⁸ indixit. Quod
autem fit sensim ac vicissim, ⁹ periculi
expers est, idque cùm aliàs, tum si quis
ab ⁹ vno ad aliud se conuertat.

1. Phlebotomiâ, pharmaciâ, chirurgiâ se-
cunda parte vnde plurimum effluat, vel genium
fraudando cibo & potu. Inde enim vires pro-
sternentur.

2. Vt si subito partes nutritioni dicata se-
se vertere cogantur ab ocio ad negocium: vt
si à tridua inedia, subito pastum plenâ ma-
nu ineat. Inde enim opprimitur natura.

3. Hoc enim effœminat partes æruosas:
& inflammat partes naturâ calidiores: spiri-
tus dissipat & extinguit vitam. Ita qui iter
hyeme per Alpes faciunt, naso, (nisi cum
priusquam ad focum venerint, niue ad rubo-
rem vsque fricent & pustulas excitent) exu-
untur.

untur. confert etiam alapam dedisse quo ira incendatur.

4. Refluos enim humores repellit, facitque palindromen, vnde anadrome fuit. restagnantes verò in inuictam duritiem constringit; ac partium genium natiuum extinguit.

5. Id est, si hoc non fiat paulatim & vicissim. Ita Syracusanus tyrannus, homines excæcabat, subito protractos è tenebris in solarem splendorem.

6. Ob repentinam immutationem habitus, temperamentis, & actionum corporis: quæ mutatio non solum ægris, sed etiam sanis calamitosa est. neque id solum in alteratione & vacuatione, verùm etiam in diæta.

7. Quod scilicet Naturæ hyparxis, in symmetria consistat. *Ætiologia.*

8. Nam hoc ita agendum est, vt vnâ studeas naturæ, vnâque vt his morbum oppugnes. Vt si quis oinopota fiat hydropota: & ex aduerso: pedetentim id fiat. Sed per media sensim eò veniendum erat.

Quæstio.

*Virgiori
occurrendū.*

9. Cui nimirum assuevit. Dicit quis, In Synocho plurimum & repente vacuamus, nam ad lipothymiam vsque abducimus sanguinem. Respondemus, hunc Aphorismum maximè cautionem, hanc adhibere, vbi in sola vacuatione vel alteratione consistit sanatio: at vbi simul iungitur afflictio partis principis, vt ea ab iniuria ilico vindicetur, hic Aphorismus locum non habet nam plus periculi imminet ab oppressa parte nobili, quam ab euacuatione aut alteratione subitanea: quare repentinâ euacuatione liberanda est pars illa, cuius officio vita carere nequit. Nam grauissimi illi morbi, non simplicem, sed geminam curandi notam edunt, scilicet euacuationem, & partis principis ab iniuria vindicationem.

dicationem. Propterea in pleuritide hoc ita agimus. Præclare olim ad hanc sententiam Alphæus Mytilenæus,

* Τὸ μῆθιν γὰρ ἄγαθ' ἄγαθ' ἔστιν ἔργον.

& eleganter Phocylides.

* Μέτριον μὲν φαγέειν, καὶ πίνειν, καὶ μυθολογέειν.

Πάντων μέτρον ἀρεστὸν ἐστὶν ἰατρικῆς δ' ἀλεξνή.

* hoc est, nihil nimis nimis mihi placet.

* Hoc est, moderatè cibum potumque sumas, & loquaris. Modus omniū optimus, excessus autem vitandus est.

LII.

Ἐάντα καὶ λόγον ποιοῦντι, καὶ μὴ γινόμενων τῶν καὶ λόγον, μὴ ματαλαίαν

ἔσ' ἔπειρον, μένοντ' ὅτι δόξαντ' ἔξ ἀρχῆς.

quicquid principio visum est, immobile perstat.

LII.

Si quis omnia convenienter ex ætate iudicio faciat, nec quicquam ea ratione efficiat, tamen ad aliud non se conuertat, modò id maneat, quod incuntibus remediis visum est.

ἄλλοπρὸς ἄλλου.

Religio: è immutanda remedia, non temerè in eorum usu perseverandum, nec temerè ilicòque ab eorum usu abeundum.

1. Vacuando, alterando occultà aperta- que vi, nutriendo, καὶ λόγον dicit, hoc est temerè signis postquam morbum eiusque causam exploraueris.

2. In sensum vocatis Indicationibus curatiuis cunctis, & per eas limatis remediis. Quamnam diæta præcesserit noto, vt causas habeam: & quamnam symptomata adsint dominantium humorum, vt eleganter docet Galenus 4. Aphor. 2.

3. Materiam ob morbificam conrumacem, vel ob corporis peculiare vitium, vel quòd τὸ θεῖον sese immiserit materiæ. Vnde Celsus, In morbis longis, quos tempus vt facit,

3. lib. 3.

cit, sic etiam tollit, non statim condemnandum, si quid non statim profuit: minùs verò remouendum, si quid paulum saltem iuuat, quia profectus tempore expletur. Si tamen aliquid non sat cito respondet, licet aliud consimile experiri.

4. Hoc est, quoad huiusmodi fuerit morbus, dum remanet eadem morbi species, par eius motus & mos. modò non adit maioris mali metus. Ita dum tentas num vera adit pleuritis, si diutius fatus adhibueris, pulmones omnino siccabis. Si itaque symptomata variarint, iudicium etiam alia remedia adferret in usum. Hoc à Musa factum in tussiente Augusto narrat Tranquillus.

L I I I.

Οκόσοι τὰς κοιλίας ὑγράς ¹ ἔχουσι νέοι μέν ὄντες, βέλπιον ἀπαλλάσκει ² τῆς τὰς ξηρὰς ἔχόντων. ἐς ὃ τὸ γῆρας, χείρον ³ ἀπαλλάσκει. ξηραίνον ⁴ γὰρ ὡς ὅτι τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηρεύσκει.

L I I I.

Quibus iuuenibus ¹ fluit aluus, meliøre sunt loco iis, ² quibus astricta est: at senes facti, peiore ³ sunt loco: nam senescentibus ferè semper ⁴ astringitur aluus.

Expositio huius Aphorismi petenda est ex Aphorismo vigesimo huius libri. Dicere videtur in hoc Aphorismo, Natura propria cuique insita efficere potest, ut qui omnia conuenienter faciat, tamen sibi non satisfaciat.

1. Si feratur his facilis aluus ob insitam

tem-

temperiem: nam alioqui lubrica victus ratio id nonnumquam præstat. Vt si quis olusculis ex lactuca, malua, ceta, atriplice vel si prunis coctis vtatur.

2. Nam excrementa non ita congerunt: alui enim tarditas, vasorum impuritatem adfert. Intellige de vtrisque paribus.

a. Nam sunt eodem loco quo iuvenes quibus astricta est aluus

3. Quod langueat prostratus appetitus, atque coctrix vis titubat. Sæpe fusa aluus in senibus euenit ob retentricis exoletam vim: nam manifestum est illos non validè coquere, quare excrettricis potentiâ his non fertur aluus effusè. Hoc volebat Celsus, vbi ait, Melior est fusa aluus in iuvene, sicca in sene.

LIIII.

Μεγέθς ὃ σώματῳ ἐκνεάσαι μὲν ἐλαθέριον καὶ ἐκ αἰδῆς ἐγηρασάσαι ὃ δὲ δύσχευσον, καὶ ἄχειρον τῷ ἐλασσόνων.

LIIII.

Longâ staturâ iuuentutem exigere liberale est nec indecorum: senescere, ferè inutile, ac deterius breuiore statura.

Corporis conditio & mutatio per ætates, adfert opportunitates & difficultates curandi.

2. Fractis iam vitibus, illi staturæ imparibus.

3. Vel incommodius. nam senectuti δύσφορον est. nec ita medicâ manu erigi potest, ob imbecillitatem corpus eucraton in sene, & in iuvene laudatur. Vespasianus Augustus de quodam proceræ staturæ hoc ludebat, * Μα-

καὶ βιλὰς κραδάων δολοχόσκιον ἔγχεος

H I P.

Et longum
incedens
quassans
ingentem
habentem

Σύνταξις libri tertij: Prærogative ad faciliō,

res con-
ceptionem

¹⁵⁸
HIPPOCRATIS

morborum: Vel Rectij: Totj COI

liber de aënis consti-

tutionibj. APHORISMORVM

LIBER III.

I. HEURNII.

paraphrasticâ versione, & breuibus ad
obscuriora loca Notis siue Com-
mentariolis illustratus.

I.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὠρέων ἔσονται
τίκτεσι προσήματα, καὶ ἐν τῆσιν ὠρησιν
αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ φύσιθ, ἢ
ἢ δάλψιθ, καὶ τ' ἄλλα κατ' λόγον ἕτως.

I.

Mutationes defectionesque tempo-
rum maxime pariunt morbos, & quæ
in Singula anni tempora incidunt, in-
signes mutationes frigoris aut æstus,
& cunctaque alia sic pro tua natura.

Hoc libro tertio continentur causarum efficientium &
affectionum naturalium momenta; seu opportuni-
tates, & inclinationes ad ea quæ cuique accidunt susci-
pienda. Nam ut est insita & aduentitia cuiusque na-
tura, ita hoc vel illo modo afficitur. Hoc est, causarum
efficientium & suscipientium naturam continet. A spi-
ritu enim & diata omnia morborum genera fiunt:
nam

uam qualis aer, tales spiritus: quales spiritus, tales hu-
mores: quales humores, tales partes solida totumque
corpus.

*Antiqua-
rum GRA-
ecorum anni
divisio.*

I. Antiqui annum in septem tempora
distinxerunt, hac serie. Ver, ab æquinoctio
verno ad ortum vergiliarum: & erat diuisio-
nis expertus. Æstas in tria tempora diuideba-
tur quorum primum erat ab ortu vergilia-
rum ad solstitium æstiuum: naturæ veris. se-
cundum, à solstitio ad caniculæ ortum. ter-
tium, Opora dictum, ab ortu caniculæ, ad or-
tum Arcturi. Autumnusque diuisiois erat
expertus, ab ortu Arcturi ad occasum vergilia-
rum finiebatur: *σποριτὸν* vocabant: Hyemi
duæ erant partes, vna ab occasu vergiliarum
ad solstitium hybernum: secunda, à solstitio
hyberno ad æquinoctium vernum: *φυταλία*
hanc vocabant, ad insitionem apta, cum fa-
uoni) afflant purpureasque violas euocant.
Nam quamuis sit *ὄστια* hyemalis aura, tamen
non surget viola: sed certis vicibus. Muta-
tiones itaque temporum: hoc est, septem an-
ni temporum sibi succedentium non ex natu-
ræ lege, vt si Autumnus in hyemem. hyems
in autumnum degenerarit: vel si hyems in
æstatem versa fuerit, in his enim neque *ὄστια*
neque *ὄστια* fient; nam à naturali suo statu
declinant. *ὄστια* dicuntur anni tempora quat-
tuor, & anni tempestates. Horas fabulatur
Homerus cæli portis præesse, curamque ha-
bere vt modò serenum, modò nubilum sit.
Vnde & Latini etiam Anni tempora, horas
vocarant. Horatius de Ioue, Variisq; mun-
dum temperat horis. *ὄστια τῶ ἀρχαῖον* inquit
Scholiastes Hesiodi, quod est custodire. Plato
in Cratylo, Horæ, inquit Attica & prisca vo-
ce dicendæ, *ὄστια τῶ ἀρχαῖον*, quod terminent
hyemem & æstatem & flatus, & qui sunt ex
certa fructus. Macrobius verò Horas dictas
putat

ὄστια.

Vfus Apho-
lismi.

putat quod sol dicatur Horus. Quasi dicat Hippocrates, Nota igitur ad quæ mala inferenda sit anni constitutio prompta ac suspicionem concipere apud ægros de tali malo, ac remedia rectè comparata ad ea habeas profliganda.

2. Quòd in aëre sit maxima vis, eo enim perpetuo vescimur, qualis ita que aër, tales spiritus & humores sunt corporis. Aër enim continentia, contenta, & impetum facientia mutat. Geoponici propterea suadebant ut villa non paludoso loco ponatur. talis enim aër non sinit dominum ad fructus arborum venire. Et scimus ex antiqua historia, quo modo Acron Agregetinus & eius mutatione Hippocrates totas prouincias vindicauit à morbifera calamitate, solo aëre castigato.

3. Simples, vel pestilentes, tertianas, quartanas, & corruptionem occultam infert aër.

2. Quasi dicat non solum sibi malè succedentia tempora hæc agunt, verum etiam vnus anni temporis mutatio hoc facit, Quasi dicat, quamuis benè morata fuerint cætera, qualis fuit Cranonis æstiuæ tempestas, qua rapidis continenter aquis pluebat cum dominatu Austri. Vnde cuti subnasebantur ichores & pustulæ, mox carbunculi.

4. Vt in cranone apud Hippocratem carbunculi æstiuæ.

5. Vt mutationes ventorum, nubium, nebulæ, imbricosi aëris; ut nimirum fuerit efficientis rei natura, & excipientis, Et cum eodem die à calore in frigus itur, vel ex aduerso idem de cæteris dictum puta.

II.

Τῶν φυσίαν αὐ μὲν ἄρδς Νέρεθ
αὐ

Aëris
vis.

2. Epid.

αἰ ὁ πρὸς χειμῶνα δὴ ἢ κακῶς περὶ-
κασι.

I I.

¹ Naturarum alia quidem ad ² æsta-
tem, alia ad hyemem benè ³ vel malè
sunt constitutæ.

Varia corpora in varios morbos prompta sunt, ut
varia eorum fuerit natura, hoc est κράσις, αὐτὸ ἴσχυρῶν κέντρον,
περιπέττιο.

1. Ut fuerit nata, vel usu inducta tempe-
ries corporis. Hic Aphorismus non solum ad
temperamentum attinet, sed etiam ad habi-
tum. ut in Thaso.

2. Si natura intemperata fuerit. nam illa
modico contrariorum usu gaudet. læditur à
similibus. Ita biliosa corpora vegetantur
hyeme.

3. Malè ad morborum generationem &
eorum paroxysmos. Sic enim comparatum
est, ut temperatæ naturæ adversum aeris con-
stitutionem ferant facilius, quam intempera-
tæ similem. Nam consimilis intemperiei ac-
cessione degenerat facilè in morbum: nam
concepta intemperies maior fit. Usus ergo
cum talis aeris constitutio alieno euenit
tempore, hæ naturæ facillimè iniuriam sen-
tiunt hanc: caue igitur illis, purgando, alte-
rando, euacuando, & diatâ.

I I I.

Τῶν νέων ¹ ἄλλαι πρὸς αἰτίας εὖ ² ἢ
κακῶς ³ περὶ κασι, καὶ ⁴ ἡλικίαι πρὸς πρὸς
⁵ ὄρας, καὶ ⁶ χῶρας, καὶ ⁷ διαίτας.

I I I.

Quin etiam morborū i alij & a æta-
tes

tes aliæ facilè² aut ægrè sunt b comparata ad alia³ tempora, & ⁴ regiones, & ⁵ diætæ.

Intelligitur hic Aphorismus de omnibus generibus Epidemiorum morborum, quorum alij acuti, alij diuturni: deque aliis dicti incrementales, alij syntrophici. Complexus autem est Hippocrates hoc Aphorismo, quicquid libro primo & tertio Epidemion habetur. Quasi dicat, morbi Epidemij, temporum mutatione sub dispersorum specte in hominum vitam inuadunt: sed varia conditione, ut fuerit cuiusque hominis natura, ætas, soli & cali conditio, tum autem diætæ. Nam pro varia cuiusque natura, ætate, tempore, regione, & diætæ, morbi generantur, paroxysmos suos habent atque crises. Nam intemperata natura promptiores sunt ad consimilem intemperiem suscipiendam, quam temperata ad contrariam. Quare Medicus tutelares medicinas adferat, cum periculum alicui imminet.

Vide.

1. Certis anni temporibus facilè nascuntur, exacerbantur aut propelluntur morbi. Sunt morbi dyscrasie, propterea à similibus augentur, aduersis mitescunt. Quare horum maleficiis vt gignuntur: ita horum beneficiis soluantur.

2. In generatione & solutione, euentu, paroxysmis, in magnitudine, more, motu.

3. Estimulantur similibus morbi temporibus, vt tertianæ æstate: at hyeme sopiuntur.

4. Vt Thasij non ita capaces erant flatuum Austrinorum vt Granonij. Et biliosi melius agunt in frigidis regionibus.

5. Thasij vino generoso utebantur, eoque putredinem arcebant. Ita pituitosi calidis fouentur.

a. Vt senes æstate recreantur: hyeme torpent.

b. Id est morbi facilius gignuntur quibusdam temporibus anni, & aliis facilius soluantur.

tur. Ita & aetates, temporibus, locis, victu,
variè afficiuntur.

I I I I.

Morbi autumnales.

Εν τῆσιν ὥρησιν ὅταν τ' αὐτῆς ἡμέρας
ὅτε μὲν θάλασσα, ὅτε δὲ ψύχον γί-
γνηται, ἰδιόπρωτὰ τὰ κακώματα πρῶτα
δέχεται χεῖρα.

I I I I.

In singulis anni partibus cum eodem
die modò caloris, modò frigoris do-
minata cælum tenetur, Autumnales
morbos expectare oportet.

*Hoc Nasoni etiam compertum fuit, ubi canit:
Cum modò frigoribus premimur, modò solvimur aëte.
Tempore non certo, corpora languor habet.*

*Docet hic Aphorismus prasagia futurorum morbo-
rum ducta ab aëre.*

1. Cum id diu euenit eodem die, vel serie
dierum longa. Explicatur enim hic altera pars
Aphorismi primi huius libri. cum scilicet ali-
qua pars anni à suo statu naturali discessit, ut
sit sensus, In quacumque anni parte cœli inæ-
qualitas inciderit, morbi proueniunt inæ-
quales.

2. Hoc est, ἐν ὧν ἑσθ' αἰ ἀπᾶντος, hoc est
inæquales materiâ, symptomatis, paroxys-
mis, periodis, crisis. Vnde incerti & diffi-
cilius iudicij euadunt, & mali moris. Nam si
acciderit tertiana, illa erit inæqualis: sic quo-
que cottidiana & quartana. Eò quod hæc
temporis inæqualitas valdè perturbat illam
motus & quietis vicissitudinem, quæ inest
humoribus. Quare longe difficilius curantur
quam si à diætæ vitio oborti fuissent: nam
quid diuini habent. Quasi dicat, itaque reme-
diis.

Austri vis. diis maioribus, hi oppugnandi & sæpe alexi-
pharmacis eorum prauitas castiganda eris.

V.

¹ Νότοι ² βαρύκοι, ³ ἀρχαῖαι, ⁴ κερ-
υθαεκοί, ⁵ γωθροί, διαλυτικοί. ὁκόταν
ἔτθ Διωασδή, ⁶ τοιαῦτα ἐν τῆσιν ἀρρώ-
σίησι πάχυσιν. Ἦν ἔ ⁷ βόρειον ἦ, ⁸ βῆχες,
⁹ φάρυγγες, ¹⁰ κοιλίαι, ¹¹ δυσχεῖαι φει-
κώδες, ¹² ὀδυῖαι πλῆρέων, σιθέων.
ὁκόταν ἔτθ ¹³ Διωασδή, ¹⁴ τοιαῦτα
ἐν τῆσιν ἀρρώσίησι θεσοδέχεσθαι χεῖ.

V.

¹ Austri ² auditum hebetant illi que
graues sunt, ³ caliginosi & tenebrosi,
necnon & ⁴ capitis grauitatem, ⁵ segni-
ciem seu lentitudinem, & corporis laxi-
tatem adferunt. Quotiescumque itaque
Auster diu multumque dominatum te-
nuerit, ⁶ huiusmodi ferè [Symptoma-
tibus] per morbos afficiuntur homines.
Sic autem Aquilo ⁷ terras perflat, ⁸ tusses
mouet, eueniunt faucium ⁹ morbi, alui
¹⁰ duræ, ¹¹ vrinæ difficultates cum hor-
rore coniunctæ, dolores ¹² laterum at-
que pectoris. ¹³ Quotiescumque ergo is
diu multumque dominatum tenuerit,
talia ¹⁴ ferè in morbis expectare oportet.

*Aquilonia
vis.*

*Sensus
Aphorismi.* morbi, & quid vi causarum externarum in agris eue-
nit,

nit, ne crises te fallant. Probat à ventis (qui maxime aërem mutant) ad morbos maxime facere aëris mutationes. Ventus enim nihil est quam motus aër.

1. Et Euronotus, libonotus. qui non flatibus manifestis dominantur & aërem ad madorem immutant. Galenus distinguit duplicem constitutionem Austrinam, vnam cum flatibus, alteram sine flatibus. Prior illa, non semper humectat, neque semper est mollis: & ideo etiam desiccandi vim habet. Huiusmodi Auster appellatur leuconotus, ab albis nubibus, quia cum violento frigore & siccitate aërem inuadit. Eum describit Mato primo Æneidos. Posterior est mollis, caliginosus, & humidus: de quo hic agitur. Afficiuntur autem corpora non solum à ventorum qualitatibus primis, sed etiam ab alienæ materiæ mixtione. Nam vt est natura loci vnde emanat anathymiasis illa quæ ventorum est materia, sic quoque est aëris affectio dum viget ille ventus. Hinc est quod *Duplex Au-*
strina con-
stitutio.
Acron Agregetinus colesaneman dictus fuit, cum ventos coercuisset bubulis coriis interceptis montium, vnde illi flabant, angustis. Ac ita Siciliam maxima à peste vindicauit.

2. Repletionem cerebri, nerui auditorij infirmitate, aëris insiti & aduentitij impuritate: madefactoque neruorum principio. Infirmi redduntur nerui, à laxitate nimia.

3. Tenebras obducit oculis, spiritus animalis, cerebri & nerui optici infirmitate, tum aëris externi perturbatione. ἀχλωῖ vocant aërem turbatum. ἀχλωῖδης oculius, qui sua exutus est luce ac splendore, vt in cadauerosis.

4. Vaporibus & humoribus opplendo cerebrum. quare Plethoricis causis auget cerebrum.

5. Madefacto neruorum principio, & resolutione laxatis membranis & neruis, quorum

vis, in siccitatis mediocritate consistit.

6. Non tam morbi ratione, quàm flatuum Austrinorum potentiâ.

7. Cum flatibus, & sine flatibus.

8. Siccas, spirabilium partium intemperie & asperitate, & humoris è cerebro expressi distillatione.

9. Asperitates, paristhemia, anginae externa. notatâ parte, motum significat.

10. Alui suppressio à coctionis & distributionis bonitate, & humore exhausto intesti-
norum, & ab intestini recti contratio motu, ob strictionem musculi sphincteris.

11. Malè affectâ vesicâ à frigore.

12. Quia frigidum pectori est inimicum.

13. Sine vlla vicissitudine si dominatum tenuerint.

14. Non tam ratione critica aut symptomatica, quàm incidentis causæ procatarticae vi & potentiâ. Elegantissime enarrat hunc Aphorismum doctissimus Holerius.

VI.

Εκ αἵτου
sudorum
Prognosis.

Οκότεαν δέξῃ γέννη ἤει ὁμοίον,
ιδρωτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλὰς ἀερο-
δέξῃ χη.

VI.

Quotiescumque fit æstas ¹ veri simili-
lis, sudores ² multos in febris expecta-
re oportet.

Ex quibus humorum excrementis significatio fit, & inclinationis critica illius humoris. q. d. non solum anni tempora materiam partunt morboseam, sed etiam inclinant illos succos ad varias crises, periodos & paroxysmos; faciuntque ut crises sint sinistrae aut dexterae iudicij. Sunt enim sudoribus alij critici, alij symptomatici, ut morbi, & excrementis humoris copia.

1. Si

1. Si æstas calida & humida euadat : nam ver est temperie quadam humidú & calidum.

2. Quia fundit materiam, porosque aperit. Critici illi sudores reddunt febres faciles, sine acumine, sine linguæ ariditate. Quare id etiam tunc per febres agant medici, quò sudor manet capiosè, decoctis sudoriferis, ac foris lateribus calidis admotis, pannoque ab aceto madenti inuolutis.

VII.

Εν τοῖσι¹ ἀρχμοῖσι πυρετοὶ² ὀξείες γίνονται. Καὶ ἢ μὲν ὅτι πλέον ἢ τὸ ἔσθ³ τοῦτον ἔδον, οἷον τὴν κατάσασιν ἐποίησαν, ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ τὰ⁴ νεσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

VII.

Per¹ squalores febres² acutæ incidunt. Et si maxima pars anni talis³ fuerit, qualem cœpit inire historiam, magnam quoque partem huiusmodi morbos⁴ expectare oportet.

vsus medicus hic. Sicca temperata morbis.

1. Cùm cœlum incendio conflagrat, nec vlla est madoris & siccitatis vicissitudo. *Gal. 2 Epid. Comm. 1. 84.*
 2. Epid. sect. 1. aph. 2. vnde hunc librum sumpsit. ἀρχμὸς moderatam pluuiam significat.

2. Essentiales & symptomaticæ, quòd talis constitutio bilis acerrimæ sit procreatrix.

3. Vt si borealem, austrinam, inæqualem faciat constitutionem.

4. Specie, & indiuiduo. nam frigida sicca- que

Bilis effera
Epitima
tepens.

NB.

I. HERNII

que constitutio spirabiles lædit partes. Inæqualis constitutio difficilis iudicij profert morbos. Hinc multum interest inter tertianam & tertianam: nam bilis modò effera fit, modò pituitescit, ita inter parotidem & parotidem: quamuis enim hæc sint specie eadem, ideâ tamen differunt.

Criticum
absentia,
w.

radicum
et est modus
non inde
antignaverit
habet modus
ratis.

leg. VIII.

Εν τοῖσι καθεσώσιν¹ καιροῖσιν² ἢ
ᾧ ἔργῳ τὰ³ ᾧ ἔργῳ ἀποδιδῶσιν,⁴ δι-
σθεῖς ἢ δὲ κενεῖς αἰ⁵ νῦσσι γίνον. Εν
τοῖσιν ἀκατάστασιν,⁶ ἀκατάστατοι
ἢ δύσκειτοι.

VIII.

Constantibus anni partibus, si tempestates conuenienter succedant, bene morati facilis ac secundi iudicij incidunt morbi. At incertis malè moratis maleque constitutis temporibus, aduersè difficilisque iudicij incidunt morbi.

Q. d. Morbi efficientium causarum naturam sequuntur, & causa serè efficientes sunt tales, ut anni temperies.

1. Hoc est, statis ac definitis, ac naturalem statum retinentibus: vere temperato: æstate calida & sicca, nimirum cum Etesijs & pluiarum vicissitudine. Autumno inæquali, flante cauro: hyeme frigida & humida sine excessu. Iam hæc Hippocrates 2. Epid. 1. 5. vide ibi Foëtij commentarium.

2. Nimirum singularium anni partium propria.

3. Loco & tempore. Hoc est, ut mutuo

se

se vicissim excipiant sine repentina immutatione & importunitate. hoc est, ut singulis anni partibus, tempestates, singularum propria, loco fiant & modicè. in qualitatibus, ventis, pluuiis, serenitatibus. Si hæc non antevertant, nec morentur: nec continenter nec repente fiant, sed vicissim.

Holerius,
hic dicit
de ventorum
annuis fla-
tibus tem-
pora distin-
guis.

4. Malignitatis & inæqualitatis expertes, hoc est, cum initio cruda sint omnia, in augmento apparet coctio; instat perfecta coctio tales sunt bene morati. Secundi iudicij sunt qui & crisi cuiusque propria, simplici, & recidivæ expertè, sineque vlllo recidivæ metu iudicantur. Sic causus *Asadus* patitur se vinci, linguam non habet præaridam.

5. Natura benè constituta: nec vicissitudine motus & quietis, quæ in humoribus inest, mutata. Deinde etiam magnitudine, more, & motu. Nam malignitas abest, & metastasis, ac phlegmone. Est enim morbifica materia benigna, & natura robusta.

6. Cum maximis laboribus, maligna vi, metastasi, & cum metu superstitis materia. Nam varia materia in vitio est; unde inæquales nascuntur morbi, & pessimi iudicij.

Εν φθινοπώρῳ ὀξύταται ἡ νόσος,
ἢ θανάτωδῆσα τὸ ὅπινον. Ἡ δὲ ὑγι-
νήτατος, ἢ ἥμισυ θανάτωδες.

IX.

Autumno morbi accidunt acutissimi, & funestissimi ferè. Ver contra saluberrimum est, minimeque funestum.

Oppertio
per A. 169
no.

1. Ab ortu Arcturi, ad occasum vergiliarum. Sed Medici metiuntur hæc tempora à qualitatibus: dum enim inæqualis euadit in Augusto vel Septembri aer, illis incipit Autumnus.

2. Nam graui Symptomatum vi affligunt.

3. Æstas præcedens fregit vires, bilem procreauit contumacem ac torridam, accessit dietæ vitium ab opora, ac propria Autumnus vi natura stupet ex inæquali quo concutitur eo tempore humorum motu. Vnde hoc tempore maximè eueniunt morbi internarum partium: quod frigore inæquali ad interna se vertant succi.

4. In morbis etiam eiusdem generis Autumnus est acumen longè maius. Nam Autumnales morbi omnes sunt calamitosi, aut diuturni. Verum autem paroxyfmo (hoc est, quia cacochymiam viscerum fundit) est calamitosum: non autem generatione, quia non gignit succos prauos. tunc enim Sol nouo tepore blandimentam corpori adfert: gignitque corpus plena manu sanguinem pituitamque nutriticiam bonam.

Aphrodisei
scm.
2. Probl. 70.

X.

Τὸ ¹ φθινόπωρον τοῖς ² φθινοῖσι ³
κακόν.

X.

Sed & ¹ tabidis ² Autumnus exitio ³ esse solet.

1. Dicitur φθινόπωρον à φθίνω, hoc est finire, & τῆ ὀπίσθῃ hoc est vltima parte æstatis; quod hæc Autumnum excipiat.

2. Hoc est tabi & catarrhis obnoxiiis, aut ex tabe laborantibus, vel atrophis confectis. Affliguntur qui pulmones habent languidos: nam distillationibus est infamis.

3. Est

Autumni
morbi.

3. Est tabidis calamitosus Autumnus generatione, & paroxysmo. Generatione, ob materiae acrimoniam & ob omnium partium exhaustum. Sua enim inæqualitate sanguinem inquinat. Cùm folia decidunt, & germinant, moriuntur tabidi. Quare cuncta illa quæ incertimum catarrhum obtundunt in usum ducuntur: modestè purgentur rhabarbaro, agarico, ac sirupo rosato laxatio: dein pulvis Hali in usum ducatur, qui pulvis inscribitur ad tabem, vtantur ptisana colata cum conferua rosata dormituri & emulsionibus frigidorum seminum. & aqua distillata ex cancriis fluuiatilibus. Abstineant à salsis & acribus, lac caprillum in usum veniat.

Vsus
Remediorum
H.

X I.

Περὶ τῶν αἰρέων, ἢ τῶν χειμῶν ἀνικητῶν, τὸ μὲν ἀνικητὸς ἔχει βέρει γένη, τὸ δὲ ἔαρ ἐπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τῶν βέρει πυρετὸς ὀξείας καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντείας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῆσι γυναῖξι, καὶ ἀνδράσι τοῖσι ὑγροῖσι τὰς φύσας.

Singulari
defectionū
morbi.

X I.

Iam verò quod ad temporum importunitates & defectiones attinet [huiusmodi ferè sunt] siquidem hyems sicca & aquilonia fuerit, Ver autem pluuiosum & austrinum, necesse est æstate fieri febres acutas, & ophthalmias, & dysenterias, maximeque mulieribus.

10 mulieribus, & viris natura¹¹ humi-
dioribus.

1. Cum nimirum *æstia* non fiunt *æstias*.
Explicat primam partem primi Aphorismi.

2. Pars anni quæ definitur ab occasu Vergi-
liarum, ad æquinoctium vernale natura friget
& humet, intermixtis quibusdam siccitatibus.

3. Flatuum expers, aut particeps aquilo-
nis, & propterea cerebro, nervis, & thoraci
molesta.

4. Pars Anni ab æquinoctio verno ad or-
tum Vergiliarum: Sed cur tali vere non eue-
niunt morbi? quia præcessit sicca hiems ille-
que squalor temperatur. nam Hippocrates
non dixit ipsa solum spectanda esse præsentia
tempora, sed ex quibus in quæ fiat mutatio.

5. Si diu multumque imbribus ac flatibus
austrinis madescat illa mollitiæ ac humi-
ditate visui hebetudinem, auditui & capiti
grauitatem, corporique vniuerso lenitudi-
nem adfert: eoque magis quod hyeme tota
exhaustum sit corpus: & corpus densatur ab
illis madoribus, colligitque excrementa, si
diu perseverarit.

6. Calidissima præsertim si fuerit, & Ete-
storum expers. nam etesii alioqui multos
morbos curant.

7. Essentiales, & symptomaticas à pu-
tredine, maximeque continentes: quod ille
mador quem fecit Ver, hoc æstu putrescat ac
ephodon exhibeat. Et quia dysenteriam ple-
rumque comitem habent, propinabimus de-
coctum radicum pentaphylli, tormentillæ,
agtimonix, cum sirupo de ribes, & de acre-
dine citreorum: cum pauco oleo vitrioli.

8. Humoribus exclusionem, qui vere collectus
fuerat, à cerebro in oculos: quod Aquilonia
constitutio infirmos reddidit oculos.

9. Exulceratis humore putri intestinis, qui à capite totoque corpore influit. Quasi dicat, caue ne strigentibus remediis ergo corpori includas eam sed euacuationi stude: Idem cogita de cæteris affectibus à tali causa prognatis. Da cortices myrobalanorum cum rhabarbaro in pauca copia: ad drachmam.

10. Quod humore abundant quodque sint vasibus angustis, putredini que obnoxiiis, & corpore minimè perspirabili, vnde dysenterica materia pronascitur. Pueris tunc etiam dysenteria molesta est. verendum, inquit Galenus, ne, si euaserint in quartanam abeant, quam mox excipiet hydrops.

11. Qui sunt nigris oculis & capillis, læui cute ac alba, aspera voce, oxyphoni, & oxythymi. Quod temperatæ naturæ similem intemperiem difficilius ferant, quàm temperatæ contrariam. Vt anni totius constitutio sit salubris, oportet vt eius partes cum temperiæ quadam suam naturam tueantur. Itaque sub ortum Arcturi, hoc est ineunte Autumno madescat aer. Deinde serenitas veniat, vocant *de nae somer* Deinde occidui flant venti cauti, vsque ad vergiliarum occasum, quod est ad initium hyemis. Sub Vergiliarum occasu aer mutatur, atque Aquilones flare debent cum madore. Sub initium Februarii Zephiri locum habeant frigidum, qui mox vere in Austrum abeant mollem, recipereque in Zephyrum se vertunt australes venti vsque ad ortum Vergiliarum. His itaque totus Martius & Aprilis recreari debent, Ab ortu Vergiliarum tepescere ac siccare debet sensim aer, vsque ad caniculum, tunc æstiuare cælum debet. Sed ortum caniculæ, aquilones anteuertunt dies octo, dicti prodromi Ab ortu caniculæ etesii fant 40. diebus, sed pluuiis hæc etiam tempora recreantur quibusdam.

Salubris
Anni con-
stitutionis
descriptio

173
173
173

dam. Medio Septembris redeunt Austri, ad
ortum arcturi vsque.

XII.

Ἦν δ' νόπιθ ὁ χειμὼν¹ καὶ ἐπομ-
βροθ καὶ² εὐδιθ γένηθ, τὸ δ' ἔαρ³ ἀυ-
χιμρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν⁴ γυναικες ἦσιν
οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφά-
σιθ⁵ ἐκτίβώσκουσιν· αἱ δ' ἀν⁶ τέκω-
σιν, ἀπράτεια καὶ νοσώδεα τὰ παιδία
τίκτεσιν, ὡς ἢ ἑσθυτικά⁸ ὑπέλλυ-
στας, ἢ λεπία καὶ νοσώδεα ζῆν ἔοντα. Τὰ
σιθ⁹ ἄλλοισι¹⁰ δυσεντερίαι, καὶ οφθαλ-
μιαί¹¹ ξηραὶ γίνουθ. τοῖσι δ' πρὸς βυτέ-
ροισι κατάρροσι σωτόμως¹² ἀπολλύντες.

XLI.

Sin autem austriina, ¹ pluvia, &
tepida fuerit hyems, Ver autem ³ sic-
cum & aquilonium, ⁴ mulieres ingraui-
datæ, quæ Vere pariturae sunt, quavis
de causa externâ ⁵ abortivæ: quod si
quæ ⁶ pepererint, hæ infirmos ⁷ & va-
letudinarios edunt fœtus adeò, vt paulò
post ⁸ moriantur, vel debiles & valetudi-
narij viuant. Aliis ⁹ autem quibusdam
hominum naturis ¹⁰ dysenteria, ¹¹ oph-
thalmiæ siccae nascuntur: & senibus ca-
tarrhi breui ¹² funesti.

Sume id, æstatem ac Antumnnum præcedentem ex
lege natura cursum suum perfecisse.

1. Pituitæ putris parens & causa effe-
 trix. Quemadmodum frigido & aquilonio
 calistatu generatur acida & vitrea illa pitui-
 ta: & temperatâ hieme circumfluit naturalis
 pituita, ita austrinis in temporibus gignitur
 pituita putrida, Huic igitur remediandû dia-
 tâ & pharmaciâ.

Pituita
 austr.

2. Vox hæc *ἡσυχία* à plerisque hic omitti-
 tur. Sed Galenus eam non expungit. Imò om-
 nino est necessaria ad huius loci explicatio-
 nem. Aristoteles *ἡσυχία* pro tempore humido ac-
 cipit, seu cæli clementia: nec verti debet se-
 renitas, quamvis propriè significet dulce illud
 tempus, ita constitutum, ut iuuet esse sub
 dio, si vocis ætimon timemus. Aristoteles,
 ubi agit de pruina & rore, tribus utitur voci-
 bus, *χέμων*, *χέμωνος*, *τόπος ἡσυχίας καὶ ἡσυχίας* *καὶ ἡσυχίας*
τοῦ τοῦ & *αἰθρία*: hoc est, hyems, hyemalis lo-
 cus, cæli clementia & clementi locus cælo:
 & serenitas. Et asserit Aristoteles pruina &
 rorem fieri *ἐν τῇ αἰθρίᾳ*, hoc est, in serenitate.
 Ergo *ἡσυχία* nō est serenitas, alioqui etiâ pruina
 fieret in *ἡσυχία*, quod negat Aristoteles, qualis
 est Austris spirantibus aer. Plinius *ἡσυχίας* tem-
 periem vertit ex Theophrasto. Quin ipse
 Theophrastus libro primo de causis planta-
 rum *τόπος ἡσυχίας* opponit *ψυχράς*. Qui de
 his prolixius agere velit, legat Aristotelis
 duodecimum caput libri primi Meteorologi-
 cōn. Si itaque fuerit aer ventis placidus &
 temperatus lenis & mollis, ita ut iuuet esse
 sub Dio.

2. Meteor.

17. lib. 24.
 Theoph. 4.
 & 5. De
 causis
 Plant.

3. Oclusis vi frigoris poris, vnde nihil è
 corporibus nostris exhalat, sed pituita illa pu-
 tris, quæ hyeme nata fuit inttò fertur.

4. Quæ inoffenso cursu, conformationis
 & motus historiam, ad illud vsque tempus
 absoluit.

5. Nam à pituita illa intus abacta fœda-
 tur

tur nutritus fœtus, isque iam grandior factus fraudatur suo genio: & uterina laxantur vincula à pituitæ copia madentia, hinc est quod tunc abortioni fiat obnoxius. Subitaria etiam illa frigoris incurſio validè affligit fœtum. Si itaque mulier abortioni obnoxia fuerit naturâ, ex quavis causa crudum abiicit facillè fœtum. Causæ externæ, ut trepidatio, saltus, euacuatio aliqua. Foueat partes infernas. vnguenta roborantia adferantur, victus ratio castiget pituitam.

6. Si perfectum partum ediderit.

7. Quod ante defraudati fuerint & spiritu puro, & alimento suavi. qualis enim aer, talis spiritus.

8. Humorū & partium vitio. Ita etiam quorum matres fœtæ fructibus crudis se replent. Nam in utero non ita benè effundit suos sudores ut deberet.

9. Pro humorū copia, qui humido cælo procreatur ut afficiuntur varia corpora, ita morbi varii. Quasi dicat, cū hæc descripta constitutio omnibus calamitosa sit, tamè ista calamitas, pro cuiusque varia natura, variè distinguitur.

10. A pituita putri eueniunt mulieribus & utris natura humidioribus. Ita etiam per autumnalia frigora euenit. si æstas Austrina præcessit. & hyeme quoque aquilonia, quia exitum non habet salsa pituita. Vere etiam australi, quia pituita viscosa colligitur in intestinis: & ætate etiam si clyster naturalis deficiat nec pituitam arceat, tunc hæc putrescit & in fine ætatis, si quis dein suppressa, impetu affluat.

11. Biliosis, sed ætate confectis. nam aquilo prohibet exhalationem.

12. Per apoplexiam & paroplexiam, tabem, & asthmanam frigus ad interna succos retrudit, vel catarrhi pectus senile obruunt.

XIII.

Ἡν δὲ τὸ θερόν¹ αὐχμηρόν κὺ βό-
ρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἐπιμ-
ερον² κὺ νότιον, ³ κεφαλαλγίαι ἐς τὸν
⁴ χειμῶνα γίνονται, κὺ ⁵ βήχες, κὺ ⁶ βραδύ-
χοι, κὺ ⁷ κόρυζαι, ἐπίοισι δὲ κὺ ⁸ φθίσεις.

XIII.

Sin autem¹ sicca & aquilonia æstas
fuerit, autumnus contra pluviosus² at-
que australis, ³ cephalalgiae fortes in
⁴ hyemem incidunt, & tussis, & ⁶ rau-
cedines, & ⁷ grauedines, atque nonnul-
lis⁸ tabes.

*Hu verò ipsis temporibus morbi non euenient, nam
contraria intemperie hæc se mutuò temperant.*

1. Sicca quidem & calida sua natura est
æstas, verùm temperatè; nam ille squalor in
opora dilui debet, cùm noti excipiunt Etesias.

2. Sed ventis placidus, calidus & humi-
dus. Si durarit illa tempestas vsque ad hyc-
mem. Natura sua autumnus alget & aret in-
temperanter, initium eius pluviosum est, me-
dium serenum, finis pluviosus. talis est natu-
ralis eius constitutio.

3. Madore tenso cerebro in natura hu-
midioribus; & retentum ibi excrementum
putrescitt.

4. Si hyems suam temperiem habuerit
naturalem.

5. Exprimitur enim ex cerebro mador à
frigore hyberno.

6. In larynge. Tribus modis fluit humor,
M orgasmo,

orgasmo, doloris vi, vel cum pars continens exonerat se in contentam.

7. In naribus.

8. Ex pituitæ putris in pulmones delapsu unde exulcerantur. Quod facile fit his, quibus scapulae alarum modo prominēt. Si ergo contumaces inciderint tusses, fontinellæ fiant in humeris, & in ceruice, vel etiam in cruribus. Sed semper ea lege, vt panniculus carnosus vna pervadatur à cauterio: alioquin scissa erit.

Vfus.

XIIII.

Autumnus.

Ἡν καὶ βόρειον ἢ καὶ ἀνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσι εἶσι τὰς φύσεις καὶ τῆσι γυναιξὶ ἔξυμφορον. Τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμῖαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ χρονοὶ ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολῖαι.

ξηρῶσαι.
sed malè,
quia hie
tion fit
uentio suc-
crescentis
cacochy-
mia.

XIIII.

Sin autem fuerit aquilonius & pluiarum expers Autumnus, his quidem qui naturâ sunt humidiores, & mulieribus opportunus. Cæteris ophthalmiæ accidunt siccae, & febres acutæ, & diuturnæ, nonnullis etiam melancholiæ.

1. Cum nimirum æstas præcessit sicca & frigida.

Frigiditas
μακρὰ τὸ
ἔσ.

2. Qui sunt nigro rectoque capillo, nigris oculis, cute alba & glabra. voce aspera, venis angustis.

3. Pituitosis, & mollibus. Sunt enim varia mulieres; quædam enim, vt viragines,

per

per solum biduum fundunt menses: aliae sunt mediae, haec per quatrimum: at mollibus ad septimum diem feruntur.

4. Quia castigatur harum nimius mator.

5. Biliosis & melancholicis.

6. A bile sui feri experte; quod aetas sic-
cissima exhaust, cuique iam denegatur exitus
strictis membranis oculorum per hyemem, in
quam incidunt. Temperat enim genuinus
ichor bilem, ne nimium aestuet ac squaleat.
In tali ophthalmia bilis euacuetur, ac oculi
rigentur aqua rosata aut lacte muliebri qui-
bus adde tutiae preparatae aliquantulum.

*Ophthalmia
siccæ.*

V. sup.

7. Symptomatum vehementia; & quia
feri sui expers reddita bilis ferocit in venis, ac
ibi cunctando putrescit.

8. Difficultate curandi, quod humor cras-
sior redditus sit pene pepasmi expers, meatus
obstructi, natura infirma. Hic à venæ sectio-
ne apozematibus aperientibus, refrigeranti-
bus, ac purgantibus, sensim dometur ac ex-
cludatur humor contumax.

9. Deliria non sine tristitia & metu: om-
nia enim tuta timent. Aut etiam insania fe-
bris particeps. Nonnullis etiam hoc euenit,
qui cum calido & sicco temperamento fuere,
iam affecta aetate, frigidiores & sicciores red-
duntur, ac foetum horum redditur corpus in
prouentum atræ bilis: & hæc tempestas cam-
aevit ac vberiore reddi. Methodum mi-
scendarum tempestatum hic docet Galenus.

Melancholici.

XV.

τῶν δ' κατασίων τῶ ἐμαυτῶ τὸ
μὲν ὅλον οἱ ἀυχμοὶ τῶ ἐπιμειῶν εἰ-
σιν ὑγιεινότεροι, καὶ ἥσασαν δατατώδεις.

*Siccum &
plurimum
sempiternum.*

M 2

Inter

Siccum &
pluuium
temperat.

Inter anni¹ status omninò² siccitates
3 imbribus assiduis sunt⁴ salubriores,
minusque⁵ funestæ.

*Intemperies sicca salubritatè accommodatior est,
quàm humida immoderatio. Si ergo siccitas illa fuerit
cum moderato calore & frigore, sciat Medicus na-
scentes tunc morbos succrenisse, non aëris, sed diati
vicio.*

1. Descriptiones, historias, & constitu-
tiones.

2. Absq̄ue incendio, cum philomelarum
copia apparet.

3. Pluuiali statu. putredinis prouentu.

4. Perspiratione, & excrementorum ino-
pia. Ergo facile hi morbi curabuntur.

5. Pepsimi & excretionis facilitate; nam
alta putredo in vicio non est. & corpus liberè
perspirat.

inconsti-
tione siccitatis
humida.

Νοσήματα δ̄, ἐν μ̄ τῆσιν¹ ἐπομβεί-
ουσιν ὡς τὰ πολλὰ, γίνεθ² πυρετοὶ δὲ
³ μακροὶ, καὶ κοιλίης⁴ ῥύσιες, καὶ⁵ σπιν-
δόνες, καὶ⁶ ἐπίληπτοι, ⁷ καὶ ἀπόπληκτοι καὶ
⁸ κωάλας, ἐν δ̄⁹ τοῖσιν αὐχμῶσι, ¹⁰
φθινόδεες, ¹¹ ὀδοδαλμῖαι, ¹² ἀρθρίτιδες,
¹³ σπαραγγῖαι, καὶ ¹⁴ δυσεντεῖαι.

Precedentiū
Aphorismi
ἐξηγησις.

Namque¹ assiduis imbribus qui mor-
bi incidunt, huiusmodi ferè sunt, ² fe-
bres ³ diurnæ, alui ⁴ profluvia, & ⁵
putredines, & ⁶ epilepsia, & apople-

xia, & ⁸ anginae: Per ⁹ squalores vero
¹⁰ tabes, ¹¹ ophthalmiae, articulorum
¹² dolores, urinae ¹³ stillicidia, & ¹⁴ dy-
 senteriae.

1. Assiduis ab imbribus, succi corporis
 redduntur macidiore & frigidiores.

2. A putredine per obstructionem nata.

3. Pepasni & excretionis difficultate:
 quia pluuio caeli statu meatus redduntur an-
 gustiores, & natura debilitatur, ac prouentus
 excrementorum est maximus.

4. Lienteria, diarrhoea, dysenteria atque
 tenesmi: copiose enim ichores tunc proueni-
 unt, vel aluinae venulae ab infarctu laborant,
 putredineq. succos contaminant. Vnde fluxus ^{Vfus}
 vniuersales qui toto genere manant venoso. A
 prouisione totius, tandem cum prauitas ex-
 crementorum se remiserit, dentur talia qua
 intestina roborent, vt panis hircocapsus coqua-
 tur in aceto, & siccetur, id ter repete, tandem
 puluerifetur, ac eo iuscula incrassentur.

5. Ulcera putrida malique moris, pustu-
 la, & alij tumores qui partium, in quas ma-
 teria illorum decumbit, substantiam labefa-
 ctant: praesertim vero pudendi & ani: & spha- ^{Obserua-}
 celismi cancri vim redolent, agre ad cicatri- ^{bile.}
 cem veniunt: purgatis admoue vnguentum
 extutia, cui addes argentum viuum pulueri-
 fatum. Puluerifatur facillime, si remisceas id
 cum liquato plumbo, quin & auro. nam id
 argentum calcinat cuncta metalla.

6. Conuulsiones vniuersi corporis perio-
 dicae, cum sensus & mentis oblatione a ma-
 dore. Detur decoctum guaiaci.

7. Id est motus & sensus vniuersi corporis
 priuationes.

8. Pituitosa in faucibus phlegmonae. ab
 euacuatione lingant cineres cum dianuco.



Calcinati

ſij.

9. Quasi dicat licet siccitas sit salubrior imbutibus, suæ tamen intemperici congenere morbos inuehit.

10. Sicca, ab inopia nutritus: squaloreque sicco emaciato corpore vnde atrophiz.

11. Sicca, ab adusto sero sanguinis, consumptoque humore aqueo, qui testaturari nequit ab æstu bilis quæ in membranam affluit, si hanc ad φθινώδην referas.

Vfus.

12. Ex articulorum attritu, exhausta penè materia quæ ad facilem motum facit, attractoque acri sero. Optimum mihi remedium hoc, accipe vinas raras, has coque in butyro infuso, hoc illinat se.

13. Per urinæ acrimoniam. Da lac amygdalinum papaueratum.

14. Bilis acrimoniam, quæ intestina exulcerat: Aliter curanda hæc, quam quæ prouenit ex præcedente aere humido, ibi enim putrescit materia, tenebrum facit, deinde excludit muccosa, putida, & varia. Bile exclusâ coquatur lac ad mediæ partis exhaustum, ac id poterit.

XVII.

Αἰ ᾗ¹ καθ' ἡμέρην κατασάσιες, αἰ
 μ² βόρριοι τὰ ᾗ³ σώματα² σωισῶσι, καὶ
 ᾗ³ ἄτονα, καὶ ᾗ⁴ ὀκλήντα, καὶ ᾗ⁵ εὐχρεα, καὶ
 ᾗ⁶ ὀνηκώτερα ποίεσαι, καὶ τὰς⁷ κοιλίας
 ξηραίνουσι, καὶ τὰ⁸ ὄμματα δακρυοῦσι, καὶ
 ᾗ⁹ πει⁹ τὸ δώρηκα⁹ ἀλγημα λῶ τι ᾗ⁹
 ὑπάρχη μᾶλλον πονέουσιν. Αἰ ᾗ¹⁰ νότιοι
 διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑχαίνουσι, καὶ βα-

ρυνκα-

ρηνκοίας, ἢ καρνηβαείας ποίευσιν, ἢ¹²
 ἰλίγγες, ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι ἢ τοῖσι
 σώμασι δυσκίνησι, ἢ τὰς κοιλίας
 ὑχάινουσι.

XVII.

Iam verò quod ad tempestates¹ cotti-
 dianas attinet, Aquiloniæ quidem² So-
 lida reddunt corpora, tum³ etiam firma,
 & ad⁴ motum expedita, & benè⁵ colo-
 rata, ⁶ auditum acuunt, sed tamen ⁷
 alios desiccant, quin &⁸ oculos mor-
 dent, & si quis ante⁹ dolor in thorace
 extiterit, eum acerbiorē reddunt. At
 verò ¹⁰ Austrinæ corpora planè resol-
 vunt, & humidiora reddunt, tum etiam
 auditus graues, & capitis grauitates, &
¹¹ vertigines inducunt tenebricosas, tum
 ipsis oculis totiçue corpori in mouendo
 difficultatem adferunt, aluumque hu-
 midam reddunt.

*Diarie
 constitutio
 nes aeris
 quid agant.
 Aquilonia,
 ria,*

Austrinæ.

1. Quæ repentè incidunt in tempora alio-
 qui bene morata, nec perennant, sed paucis
 diebus suum peragunt curriculum, vel vno die
 interdum. Tempestates nimiram quæ cottidie
 oboriuntur,

2. Serum humorum exhauriendo.
3. Modica strictione ac siccitate partium;
4. Ex moderata siccitate firmatis instru-
 mentis, ac robore animalis facultatis.
5. Benigni sanguinis vitalis ac naturalis
 beneficio: hinc enim hos ille venustus qui
 cernitur in colore, caractere, & mole. Vnde
 certa documenta certæ sanitatis principum

*Sanguis Vi,
 tatis ac Na,
 vitalis.*

partium, & triplicis œconomiae facultatum.

6. Et reliquos etiam sensus integriores præstat. & libertatem quandam facit meatui auditorio externi medij, id est, aeris puritas, membranæque illam in auribus facit aëreis pulsibus accommodatiorem.

7. Hoc est, supprimunt. excrementi prævitæ, ob felicitatem coctionis & distributionis, strictaque vi corporis dominante, constructo etiam vi frigoris sphinctere.

Fortasse hæc quia sic a natura impediunt motum oculi laxe.

8. Nam aëri frigido tenelluli oculi expositi.

9. Vt pleuritis, asthma, raucitas sicca, tæssis, tabes.

10. Quæ subito inuadunt, infirma faciunt corpora ac quasi effœmiant ea, nimiam molliæ, principio ætnerum madore emollito, meatus obstruunt, aerem impatum reddunt, mentis aciem obnubilant.

Vaporum ac fuliginum motu naturalis est gyratione.

12. A fuliginum copia, cui remixti spiritus animales (qui alioqui sua ex natura recto motu feruntur) in gyram rotantur: nam vaporum ac fuliginum motus is naturalis est. Imagines autem rerum spiritus animales offerunt menti: quare cum hi gyrantur, etiam imagines vna voluntur.

XVIIII.

Κατὰ τὴν ἄρᾳς, τὸ μὲν ἡσθητὴ καὶ αἴκρη τὸ θερμῶς, οἱ παῖδες, καὶ οἱ τετέων ἐχόμενοι τῆσιν ἡλικίησιν ἀριστάτε διαύκσι καὶ ὑγαινέσι μάλιτα. Τὸ δὲ θερμῶς καὶ τὸ φθινοπῶρος μέχρι ἡ πινός, οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν φθινοπῶρος καὶ τὸ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῆσιν ἡλικίησιν.

Iam

XVII.

Iam verò per ¹ tempora anni, ² Vere quidem & ³ ineunte æstate, ⁴ pueri, & his ætate ⁵ proximi optimo sanè sunt loco valentque optimè. ⁶ Æstate verò & ⁷ Autumno aliquantisper ⁸ senes: quod reliquum est Autumni & hyemis, qui sunt ⁹ ætate medij.

Ætates alia aliò. temporibus gaudent.

Intemperata natura modico gaudent contrariorum usu: temperata verò, temperati. nam à similibus foventur res quæque, mutantur verò à contrariis.

1. Hoc est per anni septem partes benè moratus beneque constitutus: in quibus tempestates singularum proprio fiunt loco. hoc est, cum *æpæia* fiunt *æpæiac.*

2. Quod temperie excellit inter cetera tempora, estque cunctæ nimietatis expers.

3. Hoc est, à calendis Maij, ad Idus eiusdem Mensis.

4. Anno à septimo ad decimum quartum ineunte æstate, integra sanitate fruuntur, nam sunt humidiores.

5. Adolefcentes: nam hi Vere valent maximè. Quod temperata huiusmodi ætatis natura, simili quoque temperie suo statu continetur. Est enim moderatissima hæc ætas, nimirum à 14. ad 25. Reliquis autem verneque pessimum: sed medium dicit Galenus,

6. Vigente æstate.

7. Diebus aliquot ante occasum Vergiliarum: id est parte altera Autumni.

8. Quia intemperatæ naturæ modico contrariorum usu gaudent: nam sunt frigidiores, & ab excrementis humescunt.

9. Ut constantis ætatis homines, & iuvenes, ut ab Anno 25. ad 40.

XIX.

Præfatio
nam venit
iam ad pe-
culiaret
morbos cui-
que tempori
Anni.

Νοσήματα δ' ¹ πάντα μ' ² εν πάσησ
τησιν ὥρησι γίνεται· μάλλον δ' ἐνια κατ'
ἐνιασ αὐτέωρ ἢ ³ γίνεται ἢ παροξυέσθ.

XIX.

Enimvero morborum genus ¹ omne
² omnibus anni temporibus existit: Sed
tamen eorum alij certis anni temporibus
facilius ³ existunt & ingrauescunt.

1. Quasi dicat morborum causæ omnes
non pendent, à temporum constitutione, cum-
enim res non naturales secundæ sunt in
morbos: plurimi tamen nascuntur vitio tem-
porum, quàm dietæ & naturæ.

2 Efflorescunt iidem morbi specie, magni-
tudine, more, & motu. Propterea autem na-
scuntur, quod naturæ sint congeneres, vel
quòd dietæ vitio natura labefactetur, & om-
nis humorum ratio immutetur.

3. Hoc est, fiunt & irritantur. Ita me-
lancholici morbi Autumno gignuntur: Vere
irritantur, sic tabidis calamitosus est Autum-
nus procreatione morbi & eiusdem paroxy-
smo. Ita causus oritur æstate cum calum
flammat caloribus: attamen illa etiam hyeme
producitur ab aromatum viniq̄ generosi
intemperato vsu.

XX.

Τῶ μὲν δ' ἡρῶ τὰ ² μανικά ἢ τὰ
³ μελαγχολικά, ἢ τὰ ⁴ ἐπιλέπτικα, ἢ
⁵ αἱματῶ ρύσις, ἢ ⁶ κινῶσθαι, ἢ κό-
ρυζαι, ἢ βράγχοι, ἢ βῆχες, ⁷ ἢ ⁸ λέ-
πται,

φραι, καὶ ⁹ λειχίνες, καὶ ¹⁰ ἄλφοι, καὶ ¹¹ ἐξανθήσεις ἐλκώδεις πλείους, καὶ ¹² φύματα, καὶ ¹³ ἀρθριτικά.

X X.

Etenim ¹ Vere ² insanix, ³ melancholix, & epilepsix ⁴ summa sunt omnia, ⁵ sanguinis profluvia, ⁶ anginx, grauedines, raucitates, & tusses, ⁷ & ⁸ lepræ, ⁹ impetigines, ¹⁰ alphi, plurimæque ¹¹ pustulæ vlcerosæ purulentæque ¹² & tubercula, ¹³ & articulorum dolores.

Morbi tem-
porij suam
naturam
seruatiua
Veris.

Enumerat hoc Aphorismo triplicia symptomata male affecti cerebri per idiopathiam & per sympathiam. Quaedam enim sunt symptomata male affecti temperamenti cerebri: temperamento enim male affecto accidit principis facultatis deprauatio, ut sunt mania, & melancholia. Alia sunt symptomata male affecti cerebri in corpore vel ventriculis cerebri, ut in epilepsia. Alia denique sunt symptomata excretionis male affecti cerebri, ut sunt hæmorrhagia, raucedines.

1. Vere nouo: maximè cum fabæ florent. ver euchyma corpora seruat: impura arguit. ut exercitium, ita corpus purgat ver.

2. Hoc est, furores febriū expertes; non autem superuenientes phrenitidi. ut virginibus euenit à menstruorum suppressione, siquidem in mammis coaceruetur sanguis menstrualis. viris etiam qui sunt vultuosa facie; rubris & flauis; quibus sanguis ad superiora elatus in melancholiam transit, à quo humore melancholico fit mania. quod verno tempore sanguinis dominatu corpus teneatur, & qui in eo existit melancholicus humor moueatur. Mania accipitur aput Hippocratè duobus modis, vno modo pro ea insanix quæ phrenitidi superuenit,

Mania.

peruenit, & est iuncta febris: de qua Hippocrates in coacis, Phrenitici, phanatici, tremuli. De qua Mania hic non loquimur: Sed de ea quæ febris est expers.

3. Hoc est, delitia cum timore & mœtore coniuncta, febris expertia. Eueniunt hominibus constantis ætatis, qui olim calido & sicco temperamento fuerunt. Est etiam apud Hippocratem alia Melancholia quæ est febris particeps. Quæ autem febris est expers, est triplex; vna, cerebri, altera totius corporis humore melancholico imbuti, à repletionem & plethora totius corporis: deinde hypochondriaca.

4. Puerilis, à pituita: senibus, à melacholia.

5. Explicata iam deprauatione actionum principum & spontaneorum, hoc est motus, explicat denique symptomaticas excretiones cerebri malè affecti, idque siue per idiopathiam, siue per sympathiam. Hæmorrhagia accipitur hoc loco pro omni sanguinis excretionem, ex quacumque parte ea fiat. Est autem duplex, critica nimirum qua natura lenatur: & symptomatica, quæ fit naturæ incommodo, & malis ægri rebus. Est itaque hæmorrhagia cerebri malè affecti vel aliorum viscerum symptomatica, vel critica plethora. Quæ symptomatica est, bifariam euenit: vna, è motu morbi, qualis erat hæmorrhagia Philisici: altera, ex vitio alicuius visceris. Nam quibus facies viridi colore est suffusa, ex hepate laborant: & signum est iam iam adfuturi hydropis: frequens in his cruoris per nares effusio. Vidi tales cum à vini liberaliori usu æstuant, in hæmorrhagia non sæpius traherentur, tandem ictericos euasisse, mox iam hydropeim id malum abisse calamitosum.

6. Ex humoris decubitu excitata phlegmone in faucibus & larynge.

7. Iam

Melancholia triplex.

Hæmorrhagia Hippocratica.

Observabile.

Elipsis.

7. Iam aggreditur explicationem earum affectionum quæ sequuntur vitium humorum à centro ad superficiem translatorum. Vitæ est humoris qui foras euocatur conditio, & partis in quam decumbit diuersitas, ita etiam malum distinguitur quod procreatur.

8. Hoc est, scabies crassa, quæ cutem altius in orbem disquammat: à pituita fit falsa tum simplici, tum atra bile perfusa. Arabum Lepra est Græcorum elephantiasis, aliud quoque Græcorum est Lepta, aliud elephantiasis. Nam lepræ nomen est, genus, sub quo continetur etiam elephantiasis. Cuidam nobili viro huic implicito, multa remedia frustra adhibui, secui venam, præparauit, purgavi, tandem elleboro albo vsus; Topica præclara ad-mouit, theriaca pugnavi, omnia frustra. Tan-dem vsu cucumerum euasit. His conditis etiam utebatur toto anno.

9. Quæ mala mortua recentioribus Chirurgis dicuntur, ex suffusione feri cuiusdam crassi, biliosi, aut pituitæ falsæ, pepasmi expertis. Nam lichen est vt herpes venenatus. quia hæc diffusio adfert parti deprauationem facultatis alteratricis adeò, vt qui bonus sanguis in partem influit, is statim in eum humorem conuertatur, quo pars est vitiosa. Non est autem lichen idem quod mentagra: vide Celsum & Aeginetam.

10. Vitiligenes, hoc est defœdatio, & macula rotunda, guttarum more sparsa: quæ fit à pituita falsa, vel humore melancholico. Duplex enim & Alphas, albus, & niger. quorum niger est longè albo deterior. Alphas autè omnis, macula est planè indelebilis. & si quis scateat alphis, signum est, imminentis elephantiasis. Differt autem alphas à Leuce, quod leuce altius descendat: alphas superficietenus conspiciatur.

11. Vt herpes exedentes. Duobus enim modis

Lepra.

Historia.

Malum
morsum.

Alphi.

Exanthemata quid Hippocratis

modis accipitur apud Hippocratem exanthemata, nam generaliter acceptum significat tertium illud tumorum genus quod Latini pustulam vocant. hoc est, tumor præter naturam per se à materia natus: & à sanguine segregata est illa materia, quæ partes in quam decumbit substantiam labefaciat. At κατ' ἐξοχὴν significat pestilentem & venenatam illam pustulam, cuius materia acerrima cutem rodit.

12. Hoc est, tumor præter naturam, quem vulgò furunculum vel anthracem nominamus.

13. Non quidem à siccitate, sed propriè dictæ arthritidis 6. Aphorismorum 55. incumbentibus in articulos humoribus verno tempore liquatis. Iuvenes artritici in senio liberantur, quia pituitescit acrior tunc succus.

XXI.

Τὸ δὲ θερεῖται ἐνιά τε¹ τετέων, καὶ² πυρετοὶ² ξυνεχέες, καὶ καῦσοι καὶ³ τριταῖοι⁴ πλείστοι, καὶ⁵ τεταρταῖοι, καὶ⁶ ἑμετοὶ, καὶ⁷ διάρροιαί, καὶ⁸ ὀφθαλμῖαι, καὶ⁹ ὠτῶν πόνοι, καὶ¹⁰ σομάτων ἐλκώσεις, καὶ¹¹ σιτηθόνες αἰδοῖων, καὶ¹² ἰσθμῶν

XXI.

At verò æstate horum nonnulli accidunt, & febres continuæ, & causi, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitiones, & diarrhœæ, & ophthalmiæ, & aurium dolores; & oris exulcerationes, & genitalium putredines, & pustulæ quædam miliaria.

2. Diffc.

1. Differunt morbi verni & morbi æstiuus: *Morbi Verni & æstiuus quid differant.*
 Verni quidem, quod eo tempore ingrauescant.
 æstiuus verò, quod æstate gignantur, & ingrauescant: Horum, inquit, nonnulli accidunt: quod æstatis initium, veris adhuc naturam retineat, Quasi dicat, ex morbis æstiuus alij sunt communes, alij sunt proprii.

2. Veræ, & nothæ. Ac nothæ quidem ex pituitæ falsæ permixtione: Veræ autem ex putrida bile quæ stabulatur in maioribus venis & arteriis. Notha quidem si præcessit hyems austrina, quæ pituitæ falsæ est procreatrix, & subsequutum fuerit ver æquilonium & siccum, quod illam pituitam diutius retinuerit. *Febris continua.*

3. Hoc est, continuz essentialis, cum inexplibili siti, linguæ scabritie, cum iactatione corporis & ardore coniunctæ. Quæ sunt cum exhaustæ venæ & arteriæ, acres ichores in se rapiunt. Nam æstas acerrimæ bilis est procreatrix, A prouisione habitatorum corporis, commendatur ab Auerrhoide mirum in modum aqua anguriæ, vel melonum pota. Nos iulapiis addimus maximum cum successu oleum vitrioli ad acorem. *R emblicæ.*

4. Nothæ quidem iuente æstate: sub caniculo verò, per alicuius visceris peculiarem affectionem, gignentis, aut mittentis, aut suscipientis bilem. Affectionem visceris inquam, non quidem phlegmonem, sed indubitabilem quandam & inexplicabilem proprietatem: inde certæ periodi.

5. Æstiuæ: quæ ingrauescunt æstate: nam in æstate, ob defectum materiæ, generari non possunt: nisi forte sub finem.

6. Biliosæ. Quod bilis natura ad superiora viam affectet, cum ab hepate aut venis in ventrem effunditur: maximè si orificio ventriculi sit infirmo, fundo autem valido.

7. Quibus

7. Quibus bilis deorsum fertur: ut in p^rochocholis κάπω.

Medela.

8. Sicca: ab acerrimo sero bilioso, oculos mordicante, mitescit fottu aqua oui & rosata, ac lactis muliebris.

Aurium do-
lores.

9. Critici, & symptomatici, vel ab organo biliosi humoris superiores partes petentes, vel ab exclusione cerebri. Intelligit vel aurium inflammationes, vel parotidas.

10. Internæ, tum externæ, tum criticæ, tum symptomaticæ. Per continuitatem interioris tunicæ ventriculi, quæ toti ori communis est, cum bilis eam tentat, aut per decubitum à capite in os. Remedio est aqua nucum asperfarum aceto.

11. Præsertim cælo ante pluuioso, austriño, & ventis placido.

12. Sudamina propriè. toto corpore sparsim erumpentes pustulæ, à furdorifica materie acrimonia. Cum enim hæc materia exire nequit, in molem quandã attollit cutem. Balneis placatur hoc malum ex aqua in qua coxit malua, lapatium acutum, & sacculus cui inditur terra argillosa cui misceo alumen, sulphur, vitriolum, & interdum quid præcipitati.

Remedium.

X X I I.

Αὐτὸν πᾶ-
σι morbi.

Τὸ ὅ¹ φθινοπῶρον καὶ τῆς² διεικῶν τὰ
πολλὰ, καὶ πυρετοὶ³ τεταρτάοι καὶ πᾶ-
νήτες, καὶ⁴ σπλήνες, καὶ⁵ ὕδρωπις, καὶ⁶ φθί-
σις, καὶ⁷ σπυγγαίαι, καὶ⁸ λειεντεταίαι, καὶ⁹
¹⁰ δυσιντεταίαι, καὶ¹¹ ἰχιάδες, καὶ¹² κωνάγ-
χαι, καὶ¹³ ἄσθματα, καὶ¹⁴ εἰλεοὶ, καὶ¹⁵ ὀπλε-
ψίαι, καὶ τὰ¹⁶ μαιικὰ καὶ τὰ μιλαλχολικά.

Αὐτιμ-

XXII.

1. Autumno verò cum² multi æstiuū morbi in hominum vitam inuadunt, tum etiam febres³ quartanæ, & ⁴ erraticæ, & ⁵ lienum tumores, & ⁶ hydropes, & ⁷ tabes, & ⁸ stranguriæ, & ⁹ lientericiæ, & ¹⁰ dysentericiæ, & morbi ¹¹coxarij, & ¹² synanche, & ¹³ asthmata, & ¹⁴ voluuli, & ¹⁵ epilepsiæ, ¹⁶ mania, & melancholiæ.

Omnes hi morbi autumnales sunt ab humore intro conuerso, ac veluti in ergastulo concluso; ut hinc ferè incurabiles euadant.

Autumnæ morbi ferè.

1. Qui est inæqualis, repentina caloris, frigoris, humoris, & siccitatis mutatione: ideoque omnis cacochymia parens, & vitij per æstatem concepti conseruator; nam effluxum succorum æstate genitorum cohibet. Sequitur enim æstatem calidam & siccam, corporaque excipit eo modo affecta, & accedente diætæ vitio per oportam.

2. Autumni inæqualitas non apta est mitigationi contumacis materiae æstiuæ.

3. Sæpe à bile torrida quæ degenerat in atram. Curati ferè debet ut tertiana exquisita. Borago, buglassa, viola, nymphæa sunt hic vtilia: & ex pomis cōfecta, & cichoracea.

4. Siue incertæ, hoc est, incerto typo quæ feruntur, cum aut diuersis focus materia putrescit, moueatur, & coaceruetur: aut eiusdem portio mouetur vna, altera manet immota: altera computruit, altera nunc primùm putrescit. Incertis horis inuadunt; modò calent, iterumque post tres horas horrescunt. bonitati naturæ relinquendæ, nam occasio carthici captari nequit.

Erratica febris ynda.

*Splend. tu-
mer du-
plex.*

5. A copia melancholici humoris, quam excludere nequit: vel hepar se exonerat in lienem validè: vel à nimio potu. Cum lien obfidetur in superiore parte, dicitur anarrhops. cum inferiore parte, catarrhops. In historia Herophontis Galenus in commentatio dicit Euasit abscessu antirrhops.

6. Cum quis per febres se liberaliter inuitat, nec aquam vomitione excludat, vel post febrem.

7. Quia Autumnus tabidis est periculosus: à ferina destillatione.

Remediam.

8. Ab acerrima vrina: vi. refflua bile à peripheria ad centrum. Senibus à pituita salsa. Datur decoctum malua, & emulsio seminum frigidorum & papaueris albi.

*alvini su-
xni.*

9. Alvi prava deiectiones, à priuatione concoctionis primæ, per intemperiem frigidam ventriculi, aut superficialem exulcerationem ab acri humore, qui abradendo & exasperando molestus sic.

10. Ab acerrima vi retortidæ bilis. Illa rhabbaro purgetur.

11. Decumbente succo in coxam. phanigmi solatio sunt.

12. Ab acri bile laryngem occupante.

13. Obstructis pulmonum bronchiis.

Volucri.

14. Excrementorum per os exclusio, ob intestina intercepta. clysmis agendum.

15. Præsertim melancholicæ, quæ melancholia superueniunt.

16. Primariæ; & quæ phrenitidi superuenit: cum biliosus succus qui æstuat in cerebro, tandem in atrum succum abit. In Vere accidunt mania & melancholia primigenia, quæ sunt febris expertes. In Autumno, & primigenia, & secundaria.

XXIII.

Τὸ ὅ¹ χυμῶν Θ, ² πλεΐπιδες, ³ πει-
 πνευμονίαι, ⁴ λήθαργοι, κόρυζαι, βρογ-
 χοι, βήχες, ⁵ πόνοι στήθεων, καὶ ⁶ πλάγρων,
⁷ ὄσφύ Θ, ⁸ κεφαλαλγίαι ⁹ ἰλιγγοι,
 ὑποπλεξίαι.

Hymū
merbi.

XXIII.

At verò ¹ hyeme ² pleuritides, ³ peri-
 pneumoniæ, ⁴ lethargi, grauedines, &
 raucitates, tusses, & dolores ⁵ pectoris, ⁶
 laterum, ac ^a lumborum, ^b capitis do-
 lores, tenebricosæ vertigines, & ⁸ apo-
 plexiæ.

1. Si hyems frigida & aquilonia fuerit, hu-
 midaque.

2. Phlegmone oborta in membrana quæ
 costis intexitur, musculorumque intercosta-
 lium: per lateris infirmitatem, cui calamitosa
 est hyems. Quia major hic est ratio mali in
partis opportunitate, quam in causæ efficien-
tis potètia. Pleuritis autem in aliam anni par-
 tem incidit nō ratione partis, sed ratione ma-
 teriæ. Hyeme verò languent nerueæ illæ par-
 tes vi frigoris; & frigus ex capite in illas ex-
 primit serosum humorem.

3. Tum primigeniæ, tum secundariæ. Ac
 primigeniæ quidem ex prolapsu catarrhi à ce-
 rebro in pulmones, secundariæ, ex translatio-
 ne pleuritidis.

4. Id est, cerebri à pituita putrida incen-
 dium, cum delirio & febre, coniunctum.

5. Fiunt ex decubitu subtilissimi catarrhi
 in sternū; vel ab asthma & peripneumonia.

alia
 oportet in tal
 partis labo-
 rantis.

alia
 oportet in tal
 materia.

peripneumonia
 secundaria
 ex translatio-
 ne pleuritidis.

6. Hoc est, musculorum sexaginta respira-
tioni aut exsufflationi dicatorum; aut motui
scapularum & brachij inseruientium affe-
ctione. Hic meminit Hippocrates pleuritidis
& doloris lateris; quare errant illi, qui exi-
stimant eum loqui de pleucitide vera, libro
secundo. De victus ratione, in initio libri.

a. Tenso cerebro à flatuum & pituitæ
copia.

b. Ex catarrhi prolapsu.

7. Excitata materia, quæ in cerebro vi-
tium fecit, ac in flatum versa.

8. Exitu prohibitis spiritibus animalibus à
cerebro, ob repletionem. *It*

*Platon: 773
non exp 6/10m,
dionem: sed ga
Cavitate Cerebri s'abitò adimpleant. Nam spiritus Vitalis
non in Ventriculis Cerebri, sed in Substantia s'axea.*

XXIII.

Actatum
singularum
morbi.

Εν ᾧ τῆσιν ἡλικίῃσι τοιαύτῃ συμβάσει
τοῖσι μὲν ἰσχυροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίσι-
σιν ἄσθαι, ἕμετοι ἔβηχες, ἄρτυ-
πνίαι, φόβοι, ὀμφαλῶν φλεγμοναί, ὄπτην
ὑγρότητες.

XXIII.

Iam verò qui in ætates cadunt morbi
huiusmodi ferè sunt, nam¹ puerulis &
nuper in lucem editis² aphthæ, vomiti-
ones, ³ tusses, ⁴ vigiliæ, ⁵ pauores, um-
bilici ⁶ inflammationes, ⁷ aurium sordes
humidæ.

Descripsit hæcenus morbos tempestatibus familia-
res: iam, ætatum. nam ut temperamentum corporis
fuerit, & in eo dominatus humorum, ita facile eius-
dem intemperiei morbi suscipiuntur. Nam morbi æta-
tibus ferè sunt congeneres.

I. Hoc est, à natali die, ad septimum vs-
que

que mensem: vel etiam ad quartum mensem: nam & quarto mense dentitare quidam deprehensi sunt. Triplex est infantia: prima, à natali ad perfectam dentitionem. hinc secunda, ad septimum annum. tertia, quoad asperiores vocem edit.

*Infantia
triplex.*

2. Oris tum interni tum externi vlcuscula, ob cutis mollitiem, lactis acrimoniam, carnisque humiditatem; vel acris catarrhus labitur in os. Qui ex lue venerea laborant, habent quoque os & labra aphtis obfita, unde hæ aphtæ ad alios serpunt. Nam aphtæ quædam sunt contagiosæ, vel etiam, venenatæ: fiunt istæ ex acii humore, omnè per palatum respuente, quæ à lue venerea, diffusiore osculo ab ore infecto, ad alios quoque serpunt. Sunt quidem inter ipsos pueros aphtæ contagiosæ, quando alter alterum osculo excipit, sed non sunt venenatæ. Adultis interdum eueniunt ab acerrimo sero à capite elabente in palatum & fauces: profert hæ aulitina placida constitutio: sunt malignæ. Abstergentur aqua nucum, quæ cum asperso aceto elicitur.

Aphthæ

Epid. 3. 12.



3. Tum lactis tum feri vitio vel quòd nundum lactis vsui assuevit; quia in utero, per umbilicum, sanguine materno vixit. Hinc fit quòd ventriculus nundum assuetus huic officio, sinat lac putrescere. Vomitionis autem puerilis duplex est ratio: quædam enim est naturalis, quædam symptomatica: utraque spontanea. Nam pueruli benè nati, qui sunt solidi & ventriculo benè constituti, lactis copiam concretam vomitione reddunt: ut qui cibi sunt avidissimi, ventriculus verò nundum possit necessitati insitæ satisfacere. Alia vomitio est symptomatica. quia iis demum naturis lac est consentaneum, in quibus nulla desideratur ratio neque temperamenti in ventriculo.

*Vomitus
puerilis duplex.*

lo, neque puritatis. Pueris itaque quibusdā ex decubitu feri, vel parte aliqua lactis residente in ventriculo huiusmodi accidit vomitio.

4. Ex frigida aura illi insucta, & à catarrho.

Anisi vis
in pueris.

5. Torminum vi, & tussi. Ad tormina eorum dare solebam scriptulū anisi crasse pulverisati cum primo pultis cochleari. Hoc purgat infantes, non aliter ac si senior thabarbarum sumpsisset.

6. Ex tetris vaporibus, à lacte corrupto sursum delatis.

7. Eo nuper refecto tertio vel quarto ætatis die: unde dolet, & sanguinem trahit.

8. Quòd omnia adhuc hument ac ossa etiam muccosa sint. si itaque humescat valde cerebrum, effundit copiam undique.

X X V.

De dentitionibus.

Πρὸς ἃ τὸ ὀδοντοφυεῖν προστάζει·
σπ, ἔλων ὀδαξισμοί, πυρετοί, σπασ-
μοί, δαξισμοί, διάρροιαί, ἢ μάλιστ' ὅταν ἀνάγω-
σι τὰς κινώσοντας, ἢ τοῖσι πυχυτάτοι-
σι τῶν παιδῶν, ἢ τοῖσι σκληρὰς τὰς
κοιλίας ἔχουσι.

X X V.

Iam verò cū dentire cœperint, gin-
givarū molesti pruritus, febres, con-
uulsiones, diarrhœæ, maximeque cū
edant caninos dentes, & qui inter pue-
ros crassissimi sunt, aluoque astricta.

1. Vt septimestres infantes, nonnunquam etiam quadimestres.

2. Hoc est, stimulantēs, & vellicantēs: pro-
trahunt

riunt rei vellicantis acrimonia: nimirum dentibus progressu suo gingivas vellicantibus illinantur gingivæ melle cum butyro, ac cerebro leporino commixto.

3. Dolore & ex vigiliis. Unde febres acutæ hæ, ut demonstrat Galenus huius libri tertij, vicessimoseptimo.

4. Quod puerorum nervi sint infirmi: indeque pituita & flatu distenti conuellantur. Epilepsia, inquit Aurelianus, est morbus puerilis, in ea præsertim pueritia, quam dentes generantur.

5. Senti pituitosi aut biliosi copiâ è toto corpore vel vicinis partibus in ventriculum vel intestina influente: sympathiâ ventriculi ex gingivarum dolore.

6. Quo tempore acerbiores sunt pruritus gingivarum, combinatiores enim sunt tunc gingivæ, ac dentes hi acuminati sunt: hoc fit mense duodecimo, & sequentibus, & communitate membranarum cæteræ partes etiam affliguntur: nam interior oris membrana est ventriculo communis, & dens cæteris ossibus duplo est liccior.

7. Acrius enim erumpunt his.

8. Quia hoc plethoricis causis replet caput: unde spasmus.

XXVI.

¹ Πρεσβυτέροισι ἢ γενομένοιςι ² πα-
είσθια, σφονδύλε τε κτ' τὸ ἰνίον ³ εἰσω
ώσθεις, ⁴ ἄσθματα, ⁵ λιθιάσεις, ⁶ ἔλμινθες
σπογγύλαι, ⁷ ἀσκαρίδες, ⁸ ἀκροχορδόνες,
⁹ σατυριασμοί, ¹⁰ σεσηγείαι, ¹¹ χοιρέ-
δες, κ' τ' ἄλλα ¹² φύματα, μάλιστα ἢ τὰ
προειρημένα.

De mediis,
inter eos
qui dentire
desierunt,
et qui pro-
briscant.

At verò cum ¹ ætate processerunt, ² tonsillæ, necnon vertebræ quæ est ad ³ occiput intrò laxationes, ⁴ asthmata, ⁵ vesicæ calculi, ⁶ lumbrici rotundi, ⁷ ascarides, ⁸ verrucæ pensiles, ⁹ satyriasmus, ¹⁰ stranguriæ ¹¹ strumæ, & alia ¹² tubercula; præcipuè verò prædicta.

Symptomata hæc eueniunt puerulis ablectatis nuper, vitio diætæ, vel immutatione habitus, temperamenti, & actionum ventriculi, & aliarum partium nutritioni dicatarum: quæ neque sic humescere, neque sic insumescere, neque sic concoquere consueuerunt.

1. Absolutâ dentitione: cum ad duodecimum progrediuntur annum, à quarto vel quinto computando.

2. Glandularum quæ sunt ad linguæ radicem inflammationes. Notata vna parte oris malè affecta, cæterarum quoque oris partium affectiones intelligit. Effluit in glandulas hæc humor à cerebro.

*Angina d
luxata ver-
tebra.*

3. Ab angina, quæ vertebrarum ligamenta & nervos vnâ afficit: vel quòd ipsa hæc ligamenta phlegmone occupantur: vnde luxatur vertebra. Et huiusmodi luxatio periculossima est, quòd opprimatur radix medullæ dorsalis, qua oppressa, denegatur partibus infra collocatis spiritus animalis. Dens ita luxatur.

4. Id est, suspiriosi anhelitus, vel spirandi difficultates, ex vitio pulmonum, obstructis eorum bronchiis à crassa & lenta materia: quia pueri nullum diætæ modum obseruant.

5. Ex pituitæ copia: quæ provenit ex intemperantia actæ vitæ, vesicæ infirmitate, & caloris vi.

Lumbrici.

6. Qui ex cruditate chylosa gignuntur in intestinis

intestinis ubi calore fouetur. Sic in morbis acutis efferri hos in fecibus & viuos, bonum est, quia oriuntur à re subterfugiente distributionem, mortui feruntur ex putredine.

7. Vermiculi qui in sphinctere consistunt, sunt symptomata voracitatis.

8. Angustæ basis tubercula callosa: à lentis succis nata.

9. Tubercula ponè aures oborta. *Syriafes Satyriasis.*

legebat Hieremias Triuerius: quem affectum Paulus numerat inter affectus pueriles. Satyriasmus vel satyriasis, primò significat elephantiasin, idque ex euentu: quòd elephantiaci more satyrorum in vncem ferantur. secundò, pudendi perpetuam erectionem. tertio, quòd referant elephantiaci satyros, quòd habeant retortas auriculas, & labra prætumida more satyrorum. Hic, Satyriasmus est species quædam parotidis.

Hippocrates duorum 6. Epid. 3. tumorum qui ponè aures efflorescunt, meminit γογγρόνων, & φηρίων: quorum illi rotundi ac duti ad guttur hærent. Si vero oblongi sub auribus: sic dicti à Φήγε Thessaliæ vrbe, in qua grassabantur, goggronam nostrates vocant *een koyer.*

10. Ab acri humore.

11. A pituita putri imbutis glandulis præcipue colli.

12. Quiuis tumores præter naturam qui foris consistunt à vitio interno corporis.

XXVII.

Τοῖσι δ' ἐπ' ἀρσβυτέραισι, καὶ πρὸς Ἀδολέσcentium & puerorum morbi.
 τὴν ἡβην πρὸς ἀγασί, τετέων τε τὰ
 πολλὰ καὶ πυρετοὶ χρόνοι μάλλον, καὶ ἐκ
 ῥινῶν αἱματὸς ῥύσεις.

¹ Adultioribus autem & puberibus, commemoratorum ² multa accidunt, & ³ febres etiam diuturniores, tum etiam ⁴ sanguinis ⁴ profluvia è naribus.

7. Duodecimo, decimotertio, & decimo quarto anno: cum ad pubertatem accedunt. Id est, adolescentibus, qui iam vocem asperiores edere, veneremque agnoscere ceperunt. usque ad decimumseptimum annum, & paulò etiam ulterius. Et hic agit etiam de septennibus & decennibus: nam hoc Aphorismo pueritiam & adolescentiam simul est complexus.

2. Vt phymata, lithiasis, paristhmia, vermes, & quæ sunt eiusmodi.

3. Ex voracitate, unde cruditas pituitosa: accedit & quædam acrimonia, quæ putredinis fit causa. Nam pituita quæ in prima ætate erat dulcis, his fit salsa, & difficultate pepasmi negotium facit.

4. Naturalia (quia sanguine abundant, densescente iã habitu corporis) critica in causis & symptomatica, eaque à motu morbi, dum nimirum in excretionem aliqua ratio desideretur: ut in Phylisco; vel vitio alicuius visceris, ut qui vitio lienis laborant, sanguinem fundunt, quibus nasus rubro viridiq̃ colore misto perfunditur. Prosequitur vnico hoc Aphorismo pueritiam & adolescentiam. Quarum prior est à septennio, ad decimumquartum annum: adolescentia verò, quum vox iam asperior redditur. Quam à iuuentute distinguit vox, ex aspera reddita grauis.

Harmov-
rahgia.
6. l. pid. 3.
3.

unt per

XXVIII.

Τὰ ὅτι πλεῖστα τοῖσι¹ παιδίοισι¹ πύθια
 κείνε², τὰ μὲν ἐν² τεσσαράκοντα ἡμέρα-
 σι, τὰ ὅτι ἐν ἐπὶ³ μισί, τὰ ὅτι ἐν ἐπὶ³
⁴ ἔτεσι, τὰ ὅτι πρὸς τὴν ἡβῶν πρὸς ἀγ-
 σιν. Οἷα δὲ ἂν διαμείνη τοῖσι παιδίοισι
 καὶ μὴ ἀπλυθῆ⁵ πρὸς τὸ ἡβασκῆν, ἢ τῶσι θή-
 λασι πρὸς τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας,
⁶ χρονίζειν εἴωθεν.

*hebdonca,
 295
 δικύνας
 μηνιαίας
 ἀνητίας.*

XXVIII.

*Post 120 dies diuturnitas morbi
 sibi finis et annis finis
 ses. dicitur.*

At verò² puerilium² affectionum
 [diuturnarum] finiuntur aliæ quidem
² quadraginta diebus, aliæ septem³ men-
 sibus, aliæ⁴ septem annis, nonnullæ
 cum ad⁵ pubertatem ventum est. Sed
quicumque pueriles morbi perdurant,
nec desinunt cum ex phœbis excesserunt,
aut forminæ cum menstruales esse
ceperint, ⁶ inuerescere consueverunt.

a. Intelligit recens natos, dentientes, cæ-
 terosque accedentes ad pubertatem. Cum ni-
 mirum hi morbi eueniunt non diætæ, sed
 ætatis vicio. nam quæ à mala diætâ affectio-
 nes eueniunt, bonâ diætâ solvuntur, nec à par-
 tis alicuius sint vicio.

1. Πύθος propriè in gignendo consistit: hic
 sumitur pro morbo qui in essentia consistit.

2. Quadragesimo morbi die, qui finis est
 acutorum ἐν μεταπέσει, & criticorum se-
 ptenariorum: vt febres diuturnæ; maximè si
 morbi materia non sit pepasmi expers, nec vl-
 la pars

ἀνδρῶν.

la pars fuerit in vitio. vt pauores, tussis, vmbilici phlegmone.

3. Hoc est, septimo Mense morbi, vt iniquales quartanæ pueriles ab ingluuie, diarrhœa à dentitionis dolore.

4. Vt epilepsia.

5. Vt virginum fœdi colores, & epilepsia: hæc interdum ad pubertatem vsque protrahuntur: tunc ecclampi caloris natui fugantur, nimirum ad annum decimumquartum.

6. Ad extremum vitæ diem protrahuntur, algore & madore nimio.

X X I X.

Ἰατρικὸν
morbi.

Τοῖσι ὃ¹ γενήσκεισιν, αἱματ²
πύσις, φθίσις, ⁴ πυρετοὶ ὀξέες, ⁵ ἐπι-
ληψίαι, καὶ τ' ἄλλα ⁶ νοσήματα, μάλιστα
ὃ τὰ σφοδρῆμένα.

X X I X.

At verò ¹ iuuenibus expectorata ² sanguinea, ³ tabes, febres ⁴ acutæ, ⁵ epilepsia, aliiq̄ue ⁶ morbi maximè verò iam commemorati.

1. Hoc est, ex quo vocem grauem edere ceperunt; ad id tempus, quo naturalis hæmorrhagia sistitur: quod ferè sit vicesimoquinto ætatis anno. Putat Galenus omissam esse adolescentiam, sed Aphorismo 27. pueritiam & adolescentiam simul est complexus.

2. Ardore sanguinis biliosi qui è venis pectoris aut pulmonum exudat: vel eisdem ruptis, apertis, vel exesis erumpit: ab ictu, saltu, vociferatione, vel sub sole & humi quòd cubarint; vel acri dixta, inde ferina distillatio.

3. Quasi dicat eam ob causam tabes fiunt
nimirum

nimirum à decimo octavo ad trigésimum quintum annum. Paronomasiâ ludit cum ait
αἵματος πύσις ἐθίσις.

4. Et tertianæ exquisitæ, bilis acerrimæ copiâ. & febres ardentes.

5. Cerebro contagione ventriculi afflicto in picrocholis, vel diatæ vitio. Sed qui fit, ut cuius ætatis beneficio epilepsia curatur, eius vitio epilepsia accidat? Quòd puerilis illa epilepsia fiat à præhumido cerebro per idiopathiam affecto: hic verò consideratur epilepsia quæ fit cerebro per sympathiam affecto.

6. Biliosi, ut phrenitis, angina, dysenteria, cholera.

XXX.

Τοῖσι ὅ ἐσθ' ἑπὶ τῷ ἡλικίῳ ταύτῳ
 2 ἀσθματα, 3 πνευμονίτιδες, 4 περιπνευμονίαι,
 5 λήθαργοι, 6 φρενίτιδες, 7 καῦσι,
 8 διάρροιαί, 9 χρόνιαι, 9 χολέραι, 10 δυσεν-
 11 τείαι, 11 λιεντερίαι, 12 αἰμορροΐδες.

XXX.

Iam verò qui hos ætate 1 superant 2
 3 asthma, 4 pleuritides, 5 peripneumonia,
 6 lethargi, phrenitides, febres 7 arden-
 8 tes, diuturna alui 9 profluvia, 9 chole-
 10 ræ, 10 dysenteria, 11 lienteria, 12 hai-
 13 morrhoides.

1. Hoc est, hominibus constantis ætatis: ab anno trigésimo quinto ad quinquagesimum, & crudi senes, hoc est à quinquagesimo ad sexagesimum quartum: si iuveniliter adhuc vivant, corpore iam densiore reddito, attritoque calido nativo, humoribus non æquè tenibus.

In declinante ætate
 & in cruda senectute.

Medela.

2. Materix vitio intrò coactæ, partis infirmitate, & difficultate expectorandi, vitæ intemperantia congeritur in capite pituita, quæ labitur in imbelles iam pulmones. Moseum cum croco ex vino hos recreat.

3. Ob easdem causas.

4. Tum primigeniæ, à putrescente in pulmone pituitoso sanguine: tum secundariæ.

5. Hoc est, inexplebilis dormiendi cupiditas, cum delitio & obliuione coniuncta. Et apoplexiam à quadragesimo secundo, ad sexagesimum ætatis annum euenire docet libro sexto Aph. Fit autem lethargus à pituita putrescente in cerebri substantia: vnde praua febricula.

6. Per idiopathiam cerebri.

7. Continuæ, cum siti inexplebili, linguæ scabritie, corporis iactatione & ardore, cum lumborum, cervicis, & ventriculi dolore.

8. Ex humoris è toto corpore, aut vicinis partibus in ventrem affluxu, vel vitio pepsos aut distributionis, vnde crudi succi permilli cum bilè.

9. Fit vomitu & deiectione. Est itaque biliosi humoris sursum & deorsum calamitosa excretio. Confestim os ventriculi roboretur, vt succo malipunici: alioqui, refrigeratis extremis, conuulsi moriuntur. At in Diarrhæa licet quadriduum abstinere à remediis.

10. Sunt illæ quadruplices, exulceratæ, hepaticæ, abradentes, & sanguinæ. Nam omnis excretio sanguinea cum torminibus & egerendi difficultate, dicitur dysenteria.

11. Id est, præproperæ cibi deiectiones, ab intemperie ventriculi, vel intestinorum tenuium, vel ab humore qui abradendo & exasperando est molestus: vel ab algida pituita.

12. Hoc est, venarum quæ sunt in sphinctere musculo, aut musculis intestini recti leuatoribus

Холера

Dysenteria
quadruplex.

natoribus affectiones, vel ab erosione, vel a tumore, vel a pertione. Duo autem sunt hæmorrhoidum genera; quoddam superuenit cacochymix, aliud plethoræ. Ramulus venæ factæ, quæ originem habet à vena caua, decurrit ad musculos leuatores intestini recti. hac via plethora euacuatur, fitque hac dysenteria hæmatodes: vt his qui mutili sunt. Hæ venæ magnam cognationem habent cum venis vteri & pudendi in mulieribus: hinc est quod interdum hæmorrhoides officium mensium sumant. Aliæ, cacochymix sunt purgatrices: quia truncus venæ portæ diuiditur in duos ramos, quorû vnus inseritur in lienem, alter in mesenterium, & inde producitur ad musculus sphincteris. Si itaque fuerit ea melancholici humoris copia in hepate, vt non possit à liene attrahi, decurrat illa materia in alterum illum ramum, & excernitur in anum. Quod si exulceretur musculus sphincter, fiunt rhagades. Maximè vero effluunt hæmorrhoides quibus olim assuetæ fuerât, cùm his tunc solemnibus intercepta fuerit euacuatio. Melancholia hos etiam vexat.

Hæmorrhoides.

XXXI.

Τοῖσι δ' ἁρεσβύτησι² δύσπνοιαι,³
κατάρρη βηχῶδες,⁴ σπραγγεῖαι,⁵ δυσ-
σείαι,⁶ ἄρθρων πᾶνοι,⁷ νεφείτιδες,⁸ ἰλι-
γοί, σπληνίτιδες,⁹ καχεξίαι,¹⁰ ξύσμοι
τῆς σώματος ὅλης,¹¹ ἀγρυπνίαι, κοιλίης
καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑπόπιτες,¹² ἀμ-
βλυπίαι,¹³ γλαυκῶσις,¹⁴ βαρυκοίται.

Seni-

Senectus
morbi.

1 Senibus autem 2 difficultates spirandi, 3 catarrhi tussiculosi, 4 vrinarum stillicidia, 5 difficultates mingendi, 6 articulorum dolores, 7 nephritides, 8 tenebricosæ vertigines, apoplexiæ, 9 cachexia, totius corporis 10 stimulantés pruritus, 11 vigiliæ; alui, 12 oculorum, & narium excrementa, 13 visus hebetudines, 14 glaucedines, auditus 15 graues.

1. Triplicibus a quinquagesimo quinto ætatis anno, ad vltimum vitæ diem. nam viridis seuectus durat ad sexagesimum annum: media vsque ad septuagesimum; deinde decrepita.

2. Ab illabente in pulmones pituita.

3. Vbertate, irruentis madoris, à frigore totius & capitis & pectoris; corpus perspirabile hic est.

4. Ab acriore reddita vrina à pituita falsa vnde vesica scabie apthodi laborat: cum enim fuligines & ichores patuli corporis pori non exhauriant, recurrit ad vesicam. vel crassissima, quæ putrescit cunctando in corpore vel à calculo. In his vbi tenuis materia, euaporari debet per habitum corporis: si sit crassa, reuellenda.

5. Ab infirma vesica.

6. Arthritide tentantur, ob succorum copiam, & articulorum debilitatem.

7. A renum calculis, & exulceratione.

8. Dum in gyrum voluitur spiritus animalis à remixtis vaporibus.

9. Malus corporis habitus. alteratrici functionis deprauatione, & alimenti impuritate: cum edendo nihil proficiunt.

10. A pituita

10. A pituita putri, cui denegatur exitus in habitu denso senili.

11. Suavis anathymiascos inopiâ, & cerebri siccitate. nam senes sunt quidem somnulosi, sed non dormiunt.

12. Recrementorum copiâ: nam nec scilicet coquunt, nec dissipantur excrementa iâtis scilicet in denso illo habitu corporis.

13. Spiritus animalis inopiâ & impuritate.

14. Inopia & quasi arefactione humoris crystallici.

15. Facultatis & instrumenti vitio.

*Summa libri quarti: Canones observandi,
Medico in omni varietate actionum suarum.*

HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER IIII.

I. HEVRNII.

*paraphrasticâ versione, & breuibus ad
obscuriora loca Notis siue Com-
mentariolis illustratus.*

1.

Τὰς κυρίας¹ φαρμακείων² ἐργᾶ,
περίμωρα³ καὶ ἀρχιέπια⁴ μίμων, ἥσων
ἢ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα
ἀλαβέει⁵ χηί.

O

Præ-

I.

Prægnantes ¹ quidem purgandæ si ² humor sit efferus, & ³ quadrimestris purgatio, dū ⁴ septimestris fuerit, quamvis ⁵ hæc minùs: nam in minore & grandiore foetu cautiùs relligiosiusque agendum.

Hoc libro agit de pharmacia in quouis morbo, deque omni excretionè, quacumque ratione illa eueuerit, natura, vel morbi aut pharmacorum vi. Nam hic præcepta adfert, quibus, quando, quo modo, quò, & quâ ducendus humor, ex conditione temporum, locorum, meatuum, & cuiusque peculiari natura, & ex distinctione ipsarum affectionù. Sed quia ingrauidatarum periculi plena est purgatio, ab ea auspicatur hunc librum.

1. *Quædam* Id est, pharmaco sunt purgandæ.

2. Si indomitus humor varias partes feriat, vnde varia symptomata: excludatur: ob metum metastaseos ac incendij febrilis. Nam talis humor facili remedio educi potest: ruit enim.

3. Nam foetus trimestris donec quadrimestris fuerit, & quadrimestris omnium facillimè aduersis resistit, ratione vteri & umbilici. vrget enim orgasmus, quamuis ingrauidatio dissuadeat pharmaciam.

4. Quadrimestres vocat foetus in specie non in spacio, omnes eos qui iam moueri cœperunt vtero matris. Nam si 35. die absoluta fuerit typhosis; 70. die mouebitur foetus qui septimo mense in lucem edetur. Nominè itaque foetus quadrimestris intelligit id tempus quo foetus moueri incepit, Atque hoc modo non repugnat huic Aphorismo Hippocrates in Epidemiorum scripto, vbi grauidam trimestri foetu purgat. Quasi hic dicat Hippocrates,

erates, Non antea purgabis grauidam quam fetus moueri cœperit. Describit enim hic tecmarin purgandi, quæ consistit in distinctione, causarum, signorum & corporum. Nam tunc demum est necessaria purgatio, cum humor est efferus: & cum peculiatis communisque ægri natura consuetudo & vires, peculiaris quoque affectio talem purgationem admittunt: nam nulla maior necessitas incidere potest purgationis, quam cum humor sit efferus. Quasi dicat, Si non sit humor efferus, grauida nequaquam est purganda. Laborat quidem grauida ex pica & talibus affectibus: verum ad harum curationem non est adhibenda purgatio: sed sola videtur proba ratio. Ita vt vis morbi hoc loco sit constituta in orgasmo, qui ad purgandum inuitat: sed quædam vt diximus, interdum auocant, vt si abortionis periculum imminet. Nequaquam autem salutis alterius causa procuranda est abortio. Quod verò quidam putant, rhabarbarum nostrum hic non prohiberi ab Hippocrate, sed elleborum: dico elleborismum vix magis noxium fuisse olim, quam hodie sit noster rheubarbarismus. Si verò non turgent, non sunt purgandæ. Quia cum moueri incepit, vincula robusta sunt.

5. Nam grauitate sua fetus facile præcipitatur à valida agitatione.

6. Nam infirmiora sunt, in grandiore conceptu, vteri, vmbilici, ac secundinarum vincula, quod enim pedunculis pomorum maturorum vel recens natorum euenit ab aliqua agitatione, vt nimirum facile excutiantur, idem conceptui tenello & etiam iam maturescenti euenit. Quasi dicat tutius purgantur quæ propius à quarto mense absunt, quam quæ propius ad septimum mensem accedunt.

Purgatio-
nis legiti-
ma regula.

Εν τῆσι¹ φαρμακείαισι, τοιαῦτα²
ἀγέειν ἐν τῷ σώματι, ὁποῖα ἢ³ αὐτό-
ματα ἴοντα⁴ χηίσιμα· τὰ δὲ ἐναντίας⁵
ἴοντα, παύειν.

I I.

In artificiosa¹ purgationis molitione,
talìa semper è corpore sunt² excluden-
da, qualia si vltro manarent bono + ef-
fent: nam quæ secus prodeunt, prohi-
bere⁵ oportet.

*Quasi dicat, hæc prima lex in artificiosa purgatio-
nis molitione sancitur. Natura imitetur, nam est tri-
plex purgatio, critica, symptomatica, & artificiosa.*

1. Nam eam instituimus vbi ca cochymia
circumfluit corpus, ne inde exardescat febris
si in putredinem trahatur; vel, si crassi succi
infarctum minentur vasorum, ne nutritio
frangatur, ac nobiles partes ea fœditate im-
pediantur.

2. Quæ nimirum apta iam educationi eua-
sit materia, & viæ pateant per quas ea exclu-
datur; quoque natura eam faciliè extrudat, sit
alacris, hoc est, vt sit corpus ὀργον. Talia er-
go è corpore excludantur, nimirum specie,
copia, tempore, & excernendi modo. vt su-
dotes, sanguinis elisiones &c.

3. Id est sine medici opera: vt si non so-
lùm quæ alterata, sed si alienata emanarint.

4. Hoc est, symptomatum remissionem
adferrent, & alleuarent.

5. Quòd illa symptomatica sunt: & fal-
sis naturæ rebus non excludantur. Quare,
inquit, παύειν, nimirum reuulsione, & deri-
uatione.

III.

Ἡ μὲν οἷα¹ δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται,² συμφέρει τὸ καὶ διόρως φέρεισι. τὰ δὲ ἐναντία,³ δυσχερῶς.

III.

Etenim si¹ qualia purgari debent, purgantur,² bono fit, & alleuantur: contra-ria³ verò, molestè.

Quia hoc libro acturus est de euentu omnis exclusionis, critica, symptomatica, vel qua fit artificiosa molitione, pulcherrimum hoc Axioma hoc loco repetit necessario.

1. Hoc est, si materia morbifica excludatur: nullaque si ratio excretionis desideretur in qualitate, copia, tempore, & excernendi modo.

2. Sublata morbi causa utraque interna: unde redintegratur œconomia naturalis. Quare dum purgatio fit, interdum quidem vexat torminibus: sed mox dum peracta est, redintegratur virtus ægri.

3. Nam opes prædiciaque vitæ excluduntur vel quæ excludi debebant, non ita ut debebant excluduntur: sed natura pressa vi morbi conatur quidem id, sed perficere nequit: inde fugit hoc certamen, ac triumphata à vi contraria manus dat vincenti morbo. Quare id iam deuictæ naturæ argumentum est.

III.

Φαρμακείαν¹ θέρεσθαι μὲν μάλλον τὰς αἴνω: χειμῶν² δὲ, τὰς κάτω.

III.

Æstate² superiores potiùs (alui partes)

tes) hyeme 3 inferiores medicandæ.

At hic de vniuersali euacuatione, qualis ea est que fit per elleborum. Nam est particularis, hoc est ventriculi etiam à pituita euacuatio per vomitum, qui hyeme etiam instituitur, de hac non agit hoc loco.

1. In qua *ἀρχαία ἀρχαίως* fiunt. Cùm vniuersalis incunda est purgatio, videndum qui humores quibus anni temporibus incrementa ducant: & quo moueantur naturæ vel aeris vi. Quæ foras feruntur intrò reuocare non decet: nec natura est reuocanda ab vno excretionis genere ad aliud: vt sudor manat toto corpore, ergo vena secari non debet. videndum etiam num facilè vomat, nec sit cephalæ obnoxius.

2. Hoc est, vomitio æstate potius cienda quam hyeme: quia quo natura & humor viam affectant, eò crisiū & vacuationum inclinationes fiunt. modò loca ex lege naturæ sint consentanea, nec ex euentu dissentanea. Alui partes superiores æstate circumfluunt maximè bile: vt vena caua qua sursum repit quæque supra diaphragma positæ sunt partes. Adicit sermoni huic *μᾶλλον*, quate non absolutè hæc pronunciat: nam pituita interdum æstate etiam in vitio est.

3. Ratione humoris pituitosi ad inferiora viam affectantis. Hoc enim Aphorismo ex humoris euacuandi conditione ducitur accommodata euacuandi ratio. Mesue, hunc locum explicat, docetque longè præstantiores per inferiora esse purgationes: eò quòd ventriculus concoctioni, non autem purgationi sit dicatus: quod humor omnis natura grauis deorsum feratur: quodque plures sint viæ ad inferiora quàm ad superiora. Venter autem est duplex, superior id est, thorax: inferior, id est, aluus. Et hic inferior rursus est duplex

plex, superior, hoc est, os ventriculi, vsque ad palatum: & inferior, hoc est, fundus ventriculi, ad imum vsque intestinum. nam hinc quidam dicuntur *πρόχολοι ἀνω*: alij *κάτω*. In nostra regione pituitescunt succi, nec assuevere vomitui vt Graeci, qui cottidie vomebant ferè.

v.

ὑπό¹ κνώκῃ² πρὸς κνώκῃς,³ ἐργάσιες αἰ φαρμακίαι.

v.

¹ Ex oriente cane & ² ante canis exortum, perdifficiles ³ sunt purgationes.

In his sequentibus aliquos Aphorismos agit de artificiosa purgatione

Continet cautionem provisionemque purgationis qua aestate fieri debet.

1. Id est ab eo tempore quo Sol Leonis sidus subit, ad ortum Arcturi vsque hoc est, vsque ad Nonas Septembris: id est ad diem 12. Plinius scribit caniculam oriri die 23 post solstitium aestiuum: quod solstitium est 13. Die Iunij. Igitur temporibus Plinij canicula orientatur 7. Iulij iam oritur cum 15 gradu Leonis. Quæ diuersitas inde prouenit, quod, licet quarto quoque Anno vnum lucremur diem: ex centesima tamen parte illa diei quæ singulis annis superest, lucremur centesimo quoque Anno vnum diem.

12. lib. 28.

2. Cum Sol Cancrum ingreditur *Πρόσω* canicula. Animaduertimus apud nos Belgas sæpè maximo aestus euenire Mense Maio & Iunio:

3. Quod exhaustum sit corpus; ideoque aestuans, facilè incendio febrili occupetur, tum etiam contrario medicamento & ambientis raptu. Vnde metus cholerae sicca. Si tamen necessitas urget, potest etiam hac parte aestuans

is purgatio præscribi: modò ea natura exhaustum non augeat. Omne tamen catharticum est calidum. Ambientis vis retrahit purgandum humorem. Ita Galenus, in commentario, dicit, Balneæ calidæ obstant purgationibus. Sed Hippocrates lauat eos quibus exhibuit elleborum, quò celerius purget. Respondemus. Aliud esse corpus ad purgationem præparare, aliud inhibere hypercatharsin. Iuuant, purgationes, quia corpus reddunt, *ἀεὶ* & quia sistunt hypercatharsin.

V I.

De vomitu
vniuersali.

Τὸς ¹ ἰσχυροῦς καὶ ² δυνάμει ἀνω φαρμάκων, κατασκευασμένους ³ χειμῶνα.

V I.

¹ Graciles ex facili ² vomentes per superiora sunt euacuandi, ³ cauendo hycmem.

VBI

Tribus sequentibus Aphorismis, explicat Hippocrates quid sit id quod supradixerat, Per loca consentia. nam & aër & natura cuiusque spectanda in molitione purgatoria. hoc modo rectè perpendimus & inuenimus quenam sint loca decentia.

A peculiaritè natura.

Graciles
vntè.

I. Qui, cum inclinantur, ceruicem ostendunt magnam, pectore sunt amplo, scapulis amplis. homines biliosi, in quibus nulla desideratur ratio conformationis neque in thorace neque in aliis partibus. Hac enim voce temperaturam significat, quemadmodum sequenti conformationem: nam conformatione vel habitu biliosi dicuntur, quibus fundo ventriculi inseritur folliculi fellis ductus: temperamento verò, qui multum procreant bilem ob hepatis ardorè. Omnes enim natura graciles plerumque calidi sunt, colliguntque humores biliosos, vt qui temperaturæ sint conge-

congeneres. Sunt enim & alii quidam ex 6. Epid. 4.
 euentu graciles, de quibus in Epidemiis lo- 25.
 quitur, non quidem temperaturâ, neque ab
 exhaustu, Sed à vasorum impuritate. Rursus
 graciles dicuntur alibi qui morbo vel fame
 sunt extenuati. Graciles igitur, hoc est, non
 morbo, sed temperamento & habitu, qui sunt
 ventre calido, turgentibusque venis *δερμοκρί-
 λους ἢ ὀπιφλέγους.*

2. Hoc est qui vomunt tutò, & sine villo
 periculo aut metu hæmorrhagiæ, cephalal-
 giæ, aut rupturæ venæ in pectore, vnde tabes.
 Quibus enim magna est ceruix latum quoque
 habent thoracem.

3. Quasi dicat Plus tribuendum inclina- *Notandum.*
 tioni humoris hybernici quam conformationi
 & temperamêto. Sunt enim crassi ac *καταρρη-
 πῆ* humores hyberni.

VII.

*Τὸς δ' ἰσθημέας ἢ μέσους εὐσάρ-
 κους ἢ κάτω, ὑποσειλομένους δὲς.*

XLI.

Contra, qui ægrè vomunt, & pau-
 lò habitiores, mediocriſque habitudi-
 nis, per inferiora sunt purgandi, ca-
 uendo æstatem.

1. Quibus tutò vniuersalis vomitio præ-
 scribi non potest: vt qui sunt angusto capite,
 ceruice, ac thorace. & qui obnoxij sunt do-
 loribus capitis, oculorum, vel eruptioni san-
 guinis, & tabi.

2. Hoc est, modicè carnosi: nota eu-
 chumiæ.

3. Quòd in crassioribus humoribus, &
 densiore corpore, humorum impulsus ad in-
 feriora declinet.

Notandum. 4. Quia ferè indicatio quæ ab humore expurgando sumitur, vincit eam, quæ ex peculiari cuiusque natura, in habitu & temperamento ducitur. Quasi dicat, plus valet id, quod dixi. Quo natura ducit, quam id quod adiecerit, Per loca conferentia. Adiposi homines etiam non cogantur in vomitum: lentia succis enim circumfluunt, ac pondus abdominis his renititur conatibus.

Adiposi vt purgandi.

VII I.

Tabidi vt purgandi.

Τὰς 3^η φθινώδεις, ὑποσελλομένους
τὰς 2^η ἀνω [φαρμακείας.]

VIII I.

Sed tabidorum ratio est habenda, ne purgationem iis per superiora vnquam moliendam putes.

1. Hoc est, eorum qui ex tabe laborant, vel naturâ qui eò vergunt: vt quibus alarum instar prominent in dorso scapulæ, hi enim angusto sunt pectore, collo oblongo & tenui, catarrhis obnoxij ferinis. Purgentur rbabarbari infuso adde mannam, vel syrupum rosatum solutiuum.

2. Quasi dicat, ferè indicatio quæ à peculiari affectione sumitur, vincit eam quæ ab humoris conditione ducitur: Nam quemadmodum mulieri hystericae, si asthmatica fuerit, nequaquam oxymel præscribendum, quod hystericae acetum sit aduersum, etiam si asthma sit opportunissimum. Quemadmodum etiam ei qui lienteria est obnoxius, nequaquam oxymel præscribemus in asthma: nam grauius laboraret ex lienteria (quæ oxymelite exasperatur) quam ex asthma. Sic quoque in tabidis, quamdiu vincit sympto-

Indicatio à peculiari affectione
Notandum.

matum

matum magnitudo & periculi metus, quamuis bile abundet, & ad eius euacuationem etiam æstas inuitet, nunquam vniuersalem euacuationem præscribes per vomitum; nam malum inde inualesceret. Nam augetur inde pulmonum vlcus, vel vas istuc lacerabitur.

I X.

Τὸς δ' ¹ μελαγχολικὰς ² ἀδρότερος τὰς ³ κἀπὼ, πρὸ αὐτῶ λογισμῶν ⁴ ἐναντία προσθήεντες.

I X.

Etenim ¹ melancholicos liberalius ² Melancholici ut putandi
pleniùsque per ³ inferiora purgabis. eadem ratione ⁴ contraria adhibebis.

1. Qui huiusmodi sunt naturâ diætâ, vel morbo, & quæ olim biliosa fuere corpora, iam affectâ ætate, perspiratû carentia melancholefcunt. Vt quadragenarij iam redditi.

2. Quia hi viribus valent maximam partem, sine infirmitatis metu: eò quòd corpus sit solidum & succi plenum. Ita etiam hypochondriacos curabis. Vt scilicet, humor contumax naturæ expellenti & medicamento trahenti cedat.

3. Quòd eò crassus omnis humor viam affectet: qui quodammodo est melancholicus. Adhibita ea cautione quæ adhiberi debet ad excitandam naturæ vim, liberanda obstructa, & ad purgandam materiam. Maximè si nulla indicatio maioris mali nos auocet ab hac molitione: vt si sit nephriticus, vel ischiæ implicitus. Alioqui nullus locus purgationi magis est idoneus intestinis: etenim nihil, si Mesue fides, concoquunt.

4. Quæ pari excessu pignant cum naturæ
contra-

220 L. HEVERNII
contratio excessu. Focus melancholici humo-
ris sæpè exhaustitur clysmis.

X.

Targente
materia
purgandum.
Occasio
purgandi.

Φαρμακείαν ἐν¹ τοῖσι λίαν ὀξέσιν, ἢ
² ὄργῃ, ³ ἀσθήμερον, χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖ-
σι τοιούτοις ⁴ κακόν.

X.

Purgandum est quidem in¹ peracutis
morbis, si humor sit² efferus, ³ eodem
ipso die, cunctari etenim in huiusmodi
affectibus ⁴ calamitosum.

1. Qui quarto die, vel ad summum septi-
mo cum magnitudine & vehementia suam
absoluunt historiam. ut in phrenitide, in ar-
dentissima etiam febre, & in cholera morbo.

2. Si nullo consistat loco, nec vlla vna
symptomatum species humoris & partis pro-
pria appareat. His regionibus rarò turget ma-
teria, quamvis biliosa, æstate flammante æstu,
id interdum experiantur. vide 1. Aph. 22.

3. Vel ineunte morbo, vel simulatque hu-
mor ferri cœpit: non expectato peroxyfmi
fine, primo vel secundo die purgetur: sæpius
primo id fiat. Rhabarbaro id agit doctissimus
Holerius. Nos id agimus etiam commodè
electario de succo rosarum in phrenitide.

4. Nam calor magis accenditur, vires
effæte tandem languent, & partibus nobili-
bus ab orgasmo periculum imminet. Si de-
cumbit in ignobilem partem, ut in glandu-
las, vel si in artus effundatur, à pharmacia
erit abstinendum.

Ονό-

X I.

Οκόσοισι ¹ σπρόσοι κὺ αὖτ' ὀμφαλὸν
² πόνοι, κὺ ³ ὀσφύθ' ἀλγῆμα μὴ λυόμε-
 νον μήτε ὑπὸ φαρμακείης, ⁴ μήτ' ἄλλως,
 εἰς ⁵ ὑδρωπε ξηρὸν ἰδρῦεθ'.

Nec ubi-
 que Purga-
 tioni lo-
 cum.

Hydropes sic
 i. tympani-
 tes.

X I.

Quibuscumque tormina ¹ & circum
 umbilicum ² cruciatus, ³ lumborumque
 dolor adest, qui non discutitur nec pur-
 gatione, ⁴ nec aliter, in ⁵ hydropem sic-
 cum firmatur.

Quasi dicat, non omnium morborum curatio in
 purgatione consistit. Quemadmodum non omnium fe-
 brum Hyparxis in humorum synatrismo consistit.

1. Præsertim è flatu in tenuibus intestinis,
 tanquam in ergastulo quodam concluso: cui
 denegatur exitus propter materiæ crassitudi-
 nem, viarum angustiam, & intestini depra-
 uatum motum. Intestinum enim aut non mo-
 uetur, aut sursum mouetur. Causa torminum
 est acerrimus humor, vel flatus, vel ichor ab
 inflammata vel exulcerata parte. sympto-
 mata aperient morbum: si bilis in vitio est,
 amarefcet os, vomet: Si flatus, roga num fe-
 derit diu in frigido, vel ventorum incurfibus
 num se exposuerit Strophos sæpe symptoma
 est inflammati hepatis.

6. Epidem.

2. Affectis malè intestinis tenuibus, quæ
 eò loci continentur: quia intestina crassa ob-
 uoluantur tenuioribus.

3. Lumborum, mesenterii, & tenuium
 intestinorum, vel frigidæ pituitæ illapsa in
 lumbos, & vincula neruea sunt quibus colon
 & renes lumbis alligantur.

4. Ut fotu, lotu, frictione, emplastris, cataplasmate. nam succrescit noua materia à cōcepta indelebili intemperie: quare quamuis materia exhauriatur, sobolescet mox recens. Propterea symptoma discutitur, sed causa manet. nam synatrisimus non excluditur, patris mittentis, trahentis, & suscipientis.

5. Ab intemperie frigida primigeniâ, vel relictâ ab haustu aquæ frigidissimæ in mesenterio & hepate, & intestinis: vnde tympanites. Non agit hoc Aphorismo ex professo de hydrope, sed hoc vitur tanquam familiari exemplo. vt doceat quantum opis & praesidii adferat purgatio: vel quid praestare possit purgatio. Nimirum non omnem morbum purgatione curari posse: sed tantummodo humorem qui in vitio est expurgari. Adeoque purgatione symptomatum ablationem fieri posse: focum tamen mali, hoc est, hecticam illam intemperiem, vel qualitatem quandam inexplicabilem manere. Vox *ιδρύει* pro non soluendo malo accipitur ab Hippocrate: vt etiam à Theocrito Idyllio 17. versu 125. profirmare,

ιδρύειν, πάντεσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγὴς.

XII.

Quod loco
loco non fit,
conuenien-
ter, non fit.

Οκόσοιπ κοιλίας¹ λειονπειώδες, χε-
μῶν² φαρμακείων² ἀνω, κακόν.

XII.

Quibuscumque sunt¹ lientericæ alui,
hos calamitosum est hyeme per² supe-
riora purgare.

Indicatio-
nes vs su-
menda.

Hic Aphorismus videtur prapponendus superiori.
Comparat hoc Aphorismo Indicationes inter se, vultque
Indicationem sumendam esse ab eo quod magis urget.
Videlicet maiorem habendam esse rationem causa effici-
cientis,

cientis, quam essentia affectionis, & auersionis utilita-
tem vincit ab humoris contumacia, qua non licet vomiti-
um sollicitare, quò hoc totum euacuamus corpus. Pu-
gnare autem videtur hic Aphorismus cum Aphorif-
mo decimoquinto libri sexti. Verum alia ratio est
Diarrhœa, alia Lienteria. Diarrhœa enim fit ex ela-
psu humoris segregati à concretionem sanguinis cum illa-
bitur, vel à partibus superioribus, vel à toto corpore, at
lienteria non fit sine vicio ventriculi ab intemperie fri-
gida: vel ab humoribus in ventriculo collectis, vel in
ventriculum confluentibus, iisque acidis, vel serosis. Si
itaque hac lienteria astate accidas, vomitione curari
poterit: si hyeme, deiectione.

Quid differat
causa
lienteria à
causa diarr-
rhœa.

lienteria qd.

1. Qua scilicet, cibos præpropere omnes,
concoctionis expertes deicit.

2. Hoc est, vomitio vniuersalis est his
calamitosa: quod pituitosus humor per inferi-
ora viam affectet: cuius vicio hyberna lien-
teria potissimum accidit. Et bilis hyberna est
quodammodo catarrhops, nam humorem
tunc anarrhopum fieri difficile est.

Humorbilio,
si in hyeme
non facile fit
anarrhopus,
sed catarrhops.

XIII.

Πρὸς τὰς ἑλλεβόρους τοῖσι μὴ ρηϊ-
δίως ἄνω καθαίρομένοισι, πρὸ τῶ
σι πρὸ γράνῃ τὰ σώματα πλεονί³
πρὸ ἢ, καὶ ἄναπαύσει.

πρὸ ἢ καὶ

XIII.

Iam verò cum necessarius inciderit
ellebori vsus, iis qui ægrè per² superiora
purgantur, ante ipsum pharmacum hu-
mectare³ oportet corpora pleniore nu-
tricatu & requie.

Purgatiōis
parandum
corpus.

Hoc Aphorismo loquitur de artificiosa medicatione
molienda, quatenus (nimirum perspecto humore qui
in

in vitio est, habitaque ratione cuiusque affectionis) ad eam corpus sit praparendum. Hoc est, quo modo id efficiendum sit & p̄p̄: excitando videlicet naturæ vim, liberando obstructa, & praparendo materiam. Quasi dicat. Non satis est scire corpus esse purgandum, sed debet reddi meabile.

Quibus
morbus pro-
fit elleborū.

1. Ellebori albi: vt ad contumaces, ischiadis, nephritidis, melancholiæ, fracturæ calcis, podagræ, & arthritidis morbos. Non enim præscribit Hippocrates elleborum ad febrem vel acutos morbos. Ita vititur elleboro in fractura calcis, modo febris magna absit. Adhibita scilicet cautione quæ adhiberi debet, ex perspicua vitiosi humoris, peculiaris cuiusq. naturæ affectionis locorūque lege naturæ consentaneorū, nec ex euentu dissentaneorū. Nam per elleborū intelligit omne medicamentū purgans; quod elleborū purgandi facultate ceteris omnibus antecellat. Quia priusquam in tenuium intestinorum anfractus peruenerit, humorē qui toto corpore in vitio est, in ventriculum attraxit. Græci per elleborū, intelligunt album: Arabes, nigrum.

2. Id est, qui nec facile nec tutò vniuersali vomitione, quam citelleborus albus, purgantur. Quod si ceci sint catarrhopi, meatus angusti. Nunquam senes & pueri elleboro sunt purgandi: nerui enim infirmi, sunt conuulsioni obnoxii.

3. Succo alibili, vino aut melicrato, & cibo. Integris vitibus, florente ætate, Vere, & Autumo, si que natura & humor eò viam affectat, nec reclamet metus maioris morbi vt cephalææ, vel tabis aut haimorrhagiæ, & si adsit meatuum libertas: tutò ellebori vsus inibitur. vtatur vitulina pingui, agnina, oui, iusculis pinguibus. Deinde incidatur materia.

4. Tum animi tum corporis. Vt cibo vitæ recreentur & quiete, vnde excitatur natura

turæ vis, humoris conrumacia frangitur. & humectum corpus non facile ut hypercatharsin, vel, ab a crimonia ellebori, in spasnum abtipitur. Utatur ergo balneis quattuor aut quinque dies ante usum ellebori, somno, & ocio. Balneo enim humor funditur.

XIIII.

Ἐπιλύειν πίνειν ἐλέβορον πρὸς μὴ ταῖς κινήσεις τῆς σωματίων μάλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τὰς ὑπνους καὶ μὴ κινήσεις ἔχουσιν. Διλοῖ δὲ καὶ ἡ στυτική, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταρασσει.

Ab epoto pharmaco quid agendum.

XIIII.

Epoto elleboro¹ motu ciendum corpus potius, quàm² somno & motus vacuitate compescendum: nam corpora motu cieri, vel ipsa indicat³ nauigatio.

Quasi dicat, Quodsi maiorem vim purgandi ab elleboro requiras, corpus moue: Sin autem inhibere uolueris, somnum conciliate, neque moneto. Ita voti sui respondebit, & humori vacuando analogum eris. Interdum enim eius motus est inhibendus hypercatharses metu. Ut si finem non feceris purgandi cum sicut adest. In hypercatharsi date hordeum, poma, ad recreandum ventrem, vinum, clysteres ex lacte; sanato ventrem calfacies, vide Mesurum. Date theriacam.

1. Hoc est, motu potius incitandum corpus, ut materia fluxilis reddatur, & sursum feratur.

2. Quod somno & quiete omnes sistantur euacuationes præter sudores, maximeque vomitio. Intelligit de iis excretionibus, quæ accidunt vitio humoris retentricem facultatem labefactantis, & expultricem impellentis. Sic

lienteria & dysenteria somno & quiete sistuntur, nisi partes nobiles in vitio sint. Nam in dysenteria hepatica minimè præscribi debet somnus, eumque, si sit necessarius, præstat interdium adhibere, quàm noctu. Dicit autem Hippocrates *κὴ μὴ κινήσας*, non dicit quietem, sed non motum. nam qui sedet vel etiam stat, non quiescit, quamuis is non moueatur.

3. Quæ nauseam & vomitionem parit. materia motu incitatur, & fit refluxus humoris è venis in ventriculum: quiete verò omnia intrò recurrunt. Ilico moueat ambulando corpus à sumpto elleboro, vel balneum ingrediatur. Duabus horis à sumptione operatur. Tunc initio incalescit ventriculus, sputat, vomit pituitam, dein eam cum bile permixtum, mox metam bilem.

Pharmacū
ut seque-
scatur.

XV.
Ἐπὶ βέλῃ ¹ κάλλον ἀγνὸν τ' ἐλέβο-
ρον, ² κίνει τὸ σῶμα ἐπὶ ᾧ ³ πύσαι,
ὑπνον πείει, κὴ μὴ ⁴ κίνει.

XV.

Quotiescumque maiorem ¹ ciendi vacuandique vim à veratro requiris, corpus ² moue: si ³ inhibendum sit & sistendum, somnum inito, ⁴ neque moueto.

1. Hoc est, ut contumaciores & copiosiores educat humores.

2. Nisi peculiaris affectio, corporis motum prohibeat: ut ischias, & fractura calcis. Moue inquit; quia corpora motu purgantur, nam ab eo naturæ vis excitatur, humor incitatur, incitatusque trahenti medicamento facillimè cedit.

3. Metu

3. Metu hypercatharseos, & conuulsionis.
 4. Hoc est sede vel sta, vel etiam decumbe. Somnus sistit euacuationes omnes si sudores excipias. In principio, cum quis non admodum forte phar macum hausit, sed mediocre, dormiat: cum purgare cœperit vigilet, nisi metus hypercatharseos adsit. Cum verò leniens remedium sumtum est, non indormiat, quia natura coqueret medicamentum, nisi langueat admodum ventriculus; tunc superdormire tutò potest.

XVI.

Ελλέβορος ¹ ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς *Sanis periculosa medicatio.*
 σάρκας ² ὑγίαιας ἔχουσι, ³ ππασμὸν δ' ἐμ- *2. lib. 36. 6. 36.*
 ποίει.

XVI.

Elleborus ¹ calamitosus est iis qui sunt ² integra valetudine, nam ³ conuulsionem adfert.

1. Vidi quos in perniciem traxit solùm simplexque apozema purgatorium ex sumatia cum senæ foliis temerè exhibitum. Nam corpus totum in colliquantem fluxum traxit. *Enentus.*

2. Id est, Qui benè habito commoderatoque sunt corpore: quòd ferè huiusmodi humoribus atque visceribus benè constitutis gaudeant. Nam quale partium ab humoribus alimentũ est, talis etiam color, talis etiam habitus totius corporis in caractere & mole.

3. Exhaustis partibus solidis & membranis: cum nihil habeat in quod exerat vires suas, corpus liquat. Et stomachum mordet, vnde motus cõuulsiuus potiùs quàm conuulsio. fœda est calamitas, dicit Hippocrates in fragmento. De purgatoriis remedils, à phar-
 P 2 mace

maco purgatorio hominem interiisse. Nam idem medicamentum seruat & occidit homines.

Veniens
morbo ut
occurreretur.

XVII.

Απυρέτω ἔοντι ¹ ἄποσιτιν, καὶ ² καρδιωγμὸς, καὶ ³ σκατόδινο, καὶ ⁴ τόμα ἐκπικρῶμενον, ἀνω φαρμακείης ⁵ δεῖται σιμαίνεσθαι.

XVII.

Si cui febris experti eueniat cibi ¹ fastidium, & stomachi ² morsus, & ³ tenebri-cosa vertigo, & oris ⁴ amaritudo, huic ⁵ purgatione per superiora est opus.

Perstringit symptomata quae eueniunt vi: biliofi humoris propria substantia corruptione laboranti in superiore orificio ventriculi. Dicit febris experti: (Si excrementa sanorum sunt similia.) nam si in febre appareant haec symptomata ad excretionem criticam, nequaquam conuenit purgatio per superiora. Nam his loquitur de expurgandis illis humoribus, qui aequabiliter ex toto corpore excluduntur. Si vi morbi haec symptomata eueniant, vniuersalis vomitus non erit praescribendus: sed repellenda materia, vel particulari vomitu elidenda, ut oxymelite, & aqua tepente.

Resoluto stomacho, bilis a calore & acrimonia, nam inde deiicitur appetentia. Si in eunte morbo haec aderunt, erunt a translatione symptomata. Humor qui nautiodem iactationem inferre in febre tertiana, potest vomitu excludi: sed hic agit Hippocrates de vniuersali vomitu totius corporis.

2. A bile stomachum, exquisitissimo sensu praeditum mordicante.

3. Ut cum duplici exurgit mensa lucerna fuliginosa

fuliginosis vaporibus in cerebrum elatis. degenerante flava bile primùm in vitellinam & æruginosam, & denique in nigram: ita ut huius fuligine aqueus oculorum humor inficiatur. Scotadinos ab aluo, semper habet cardiogmmum coniunctum.

4. Humor biliosus ad os diodosi, per continuitatem interioris tunicae ventriculi, quæ toti ori est communis.

5. Quod eo biliosus humor viam affectat: & purgationis loca legi natura sicut consentanea: modo ex euentu non sint dissentanea, nec peculiaris affectio thoracis nos auocet, qualis est tabidorum natura.

XVIIII.

Τὰ ὑπὲρ τῆς σφραγῆς ὀδυμήματα,
ἴκκου καθάρσεως δέον, ἄνω φαρμα-
κείης δεινῆ σημαίνει. ἴκκου δ' ἄνω κατω,
κάτω.

XVIII.

Dolores seu affectiones quæ partibus supra diaphragma oboriuntur, quæcumque purgationis sunt indigentes, superiore pharmaciâ opus esse significant: quæ verò infra, purgationem infernam requirunt.

*Superius
purgatione
qua exeat
vel inferna.*

1. Ut stomachi morsus, & oris amaritudo, tenebricosa vertigo: nam soboles sunt acerrimæ bilis ore ventriculi conceptæ. hæc, ut causa continens, euacuatur.

2. Si non à flatibus obnata fuerint, nec ex plethora, sed si tales fuerint quatum tota curatio (etiam causæ coniunctæ) in purgatione

consistit, sic ophthalmia non curatur vomitu.

3. Nam eo humor viam affectat, si apyrexia adsit, nec caphalæa adsit.

4. Ut dolor umbilici, genuum grauitas, lumborum cruciatus, pleuritis inferna. Dicit quis, melancholia, ophthalmia, mania, sunt dolores supra diaphragma oborti: hi tamen soluuntur per inferiora, & purgantium vsu curantur. Respondeo Hippocratem hic loqui de iis tantum doloribus quorum omnis in sola & simplici purgatione curatio consistit: qua, nimirum, materia coniuncta euacuatur. Iam in melancholia & ophthalmia, materia coniuncta non expurgatur deiectione, sed antecedens causa reuulsione & deriuatione tollitur. Agitur hic de materia non vaga, sed de infixa parti

XIX.

Οκόσι ἐν τῆσσι φαρμακοποσίησι ἴμῳ
διψῶσι, καθαίρόμενοι ἔ παύουσι τῆσιν
διψήσωσιν.

Non satio-
facientia
pharmaci
repetitio.

XIX.

Quicumque pharmaco epoto purgati non sitiunt, purgationis iustæ metam non attingunt, antequam sitiuerint.

Theorema experientia continet hic Aphorismus, sed adhibendum est iudiciũ, agitur hoc Aphorismo de iustæ purgationis copia. Situs enim est iustæ purgationis nota: qua agnoscimus talia ac tanta, eoque modo quod sint euacuata, qualia ac quanta, & quo modo euacuari debent, Sed adhibenda est distinctio. Nam cum situs varias ob causas excitari possit, hic de ea tantum fiti loquitur, quæ est soboles purgationis. Nam cum medicamentum exhaurit corpus humore excrementitio scærens, vacuationem illam sequitur sitiō: sitiōnem ve-

Situs varia
causa.

rdappetentia & sitis. Si verò sitiatur quis, & sui purgandi finem tamen non fecerit, sequitur hypercatharsis, & inde convulsio. In hoc metu det se quieti & somno.

1. Ut tamen nulla excusatio adferri possit neque inflammati pulmonis, neque aestuantis ventriculi, neque humoris incenditæ, neque medicamenti calfacientis; sed tantum purgationis, indeque exhausti ratio habeatur. Quasi dicat. Non sitiit, ergo repeti purgatio debet. modò leui catarrho non, irrigetur venter.

2. A siccitate. nam madoris ventriculi aliquid exhaurit. Sed per febres modum obseruare non possumus, nisi ex alacritate ægri, & ex recrementorum natura. nam febricitantes omnes plerumque sitiunt. Videtur hic Aphorismus postponi debere sequenti.

XX.

Απυρέτοισιν ἔσσιν ἡ γέννησις ἡ σπῆλαια, ἢ γυνάτων βῆσις, ἢ ὀσφύος ἀλγυμα, ἢ κάτω φαρμακείης δεῖται σημαίνει.

Ενυδμετα-
sique ma-
teria sym-
ptomata.

XX.

Febris expertibus si 1 tormina accidunt, & 2 genuum grauitas, & 3 lumborum dolor, 4 inferiore 5 purgatione opus esse significat.

1. Ab acerrimis succis in intestinis conceptis.

2. A succis in genua decumbentibus per venam cauam.

3. A crassa materia in vena caua stabulante.

4. Quia dolores infra diaphragma. oborti, purgationis indigentes, inferiorem postulant. Sed primùm paranda erit exclusio materia si sanguini adhuc mixta sit.

5. Modò hæc accidentia non eneniant à
metastasi, nec criticòs.

XXI.

De excre-
mentis vi
morbi cic-
tici.

De succi
melancho-
lici effu-
sione.

Υποχρώματα ¹ μέλανα, ὀκροῖον αἷ-
μα μέλαν, αὐτομάτε ² ἴοντα ἢ ξυῶ πυρε-
τώ ³ ἢ ἀνά πυρετῶ, ⁴ κακίσα. Καὶ ὀκρόσω
αἶν τὰ χρώματα ὑποχρωματόν ⁵ πλείω
πυρρότερον ἢ, μάλλον ⁶ κακίον. Ξυῶ φαρ-
μάκω ⁷, ⁸ αἰμεινον ἢ ὀκρόσω αἶν ⁹ πλείω
χρώματα, ¹⁰ πνιγῶ.

XXI.

Deiectiones ¹ nigrae cuiusmodi est san-
guis niger, quæ vltro ² diffluunt, tum si
cum febre, tum si sine febre, ³ calamito-
sæ. Et quò ⁴ plures deiectionum colores
deteriores fuerint, eò ⁵ calamitosius: Sed
si vi epoti medicamento, (tales deiectio-
nes nigrae ferantur) præclarius ⁶ ad salu-
tem & apparent & faciunt, & quò plu-
res ⁷ apparent colores, eò ⁸ minùs mali.

*Iam agit de purgatione symptomatica, in qua vel
qualitatu vel excretionis modi, vel temporis, vel quan-
titati ratio desideratur. Quæ, nimirum, non accidit
facultati virtute, sed solius illius resolutione.*

+
impotentia

1. Hoc est, deiectiones, quibus humor melan-
cholicus, niger & fæculentus deiicitur. Qui,
quoniam propterea substantiæ corruptione in
vitio est, nunquam concrevit, extra propria
conceptacula effusus. Est autem, fæsus, non
autem concretus hic humor, vt esse solet fæ-
s plus sanguinis, non tamen atra bilis. Quibus
ianè

sanè deiectionibus excitantur sæpè tormina & etiam dysenterix. fit talis humor in hepate; cui si par non fuerit lien, hepar fatiscit, ac fiunt nigre deiectiones.

2. Cum dicit *ἰστέρα* modum excretionis denotat: quia naturalis excretio & critica confertim fit & repente: symptomatica verò, paulatim & continenter: nam *ἰστέρα* moram quamdam denotat. Addit *αὐτομάτως* id est, vltro; quia quæ fiunt naturæ beneficio aut vi symptomatica, fiunt vltro: hic dicit ea quæ non criticòs feruntur. Nam critica, vno, altero, vel tertio die absoluntur excretiones.

3. Quòd indomiti humoris speciem, & partiam singulare vitium præferant, & fractas naturæ vires arguant, ac retentricis facultatis ignauiam ostendant visceris illius, vnde dimanant: ac prauam viscere qualitatem conceptam denunciant. Adeò vt tollas licet humorem vitiosum, visceris tamen generantis illud malum elui nequit: vnde perennis generatio illius humoris, vnde toto ferè motu tempore prodeunt.

4. Vt virides, liuidi, cinericei, & deiectiones, ruffæ, vitellinæ, nam quo plures partes in vitio sunt, eò res ægri peiori sunt loco.

5. Quòd plurium affectionum quæ contra naturam sunt in corpore, symptomata sint. Partium vnde manant calamitatem arguunt, & partibus per quas feruntur, calamitosæ sunt.

6. Quòd saluis & integris visceribus vitium excludatur. Significatur itaque naturæ integritas, vtpote cuius est excitare primũs medicamentum: deinde etiam quòd medicamento attrahenti & naturæ expellenti humor noxius cedat.

7. Vt non sint meraci humores.

8. Quod à colluue humorum à concreti-

Quæstio.

ne sanguinis segregatorum, sine ullo vitio alii
cuius visceris, tales appareant. Sed dices, ille
humor siue vltro effluat, siue pharmaciâ ef-
fundatur, idem est ille tamen; cur ergo dam-
nat Hippocrates, vltro obortam excretionem
eius? Respondeo. Qui pharmaciâ effereba-
tur, in vitio erat sola synatrismo: sed is qui
vltro effertur, excernendi modo suo atrocius
vitium denotat; nam parca manu effunditur,
quia pars princeps vitium habet, vnde peren-
nis nouaque excrementorum procreatio: quæ
pars contusa diuturno vitio, tandem labascit
ac resoluitur, suaque retentrice vi spoliatur.

βυραλει-
νος.

XXII.

Νοσημάτων ὀκίσων ἀρχομένων ἢ
χολῆ ἢ μέλαινα ἢ ἀνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ,
ἢ σαρκίσιμον.

Aera bilis
excretio
quid de-
nunciet.

Vide historiam de Pleur, XXII.

de splenica. Ineuntibus morbis quibusque, si
bilis atra sursum deorsumue effluat,
ἢ funestum.

Hoc est, in morborum principiis; quo tem-
pore nulla pepasmi signa elucent, ac natiuus
calor opprimitur à materia morbifica. Nam
tunc, cum secreta morbifica materia non sit
à sanguine, excerni nequit bonis acri rebus:
nam signa pepasmi præcedere deberent. Cum
itaque tunc excernitur, argumento erit cau-
sam illam stimulare a certima vi excrettricem,
vel eam premi mole materia, vel retentricem
vim exoletam esse partis, eius vnde effluit; &
affligit partes per quas manat.

Id est, humor nigrore quodam pellucidus,
semper fufus, & nunquam concrefcens, mor-
dax, ac terram aceti more fermentans atra sci-
licet

licet bilis. Bene utitur Hippocrates ea voce ἐπέλθη. motum enim significat symptomati- cum: Quasi dicat, si paulatim & continenter prodeat: quo significatur. partis, unde ema- nat humor, resolutio, ab internarum partium incendio. Si enim confertim talis humor ex- cernatur, pepasmi notis apparentibus, bono erit. nam euphoriam consuetariam ducet. Ad sui febricitanti Illustrissimæ matronæ, quæ à pepasmo urinx, aluo aterrima excernebat. hæc ab his visis mitè terrebat. à nobis in spem erecta, & summi Dei beneficio euasit.

Ex Galeni
incommen-
tario.

Casus.

3. Nam cum ineunte morbo pepasmi ex- pertia sint omnia, ob eamque causam excre- tio nulla salutaris tum esse possit, hoc erit de- terior atræ bilis excretio, quò & cruditate, & maligna vi cæteris antecellit humoribus. Nec solum partis unde manat arguit calami- tatem, sed quò & quâ fertur calamitosa est. Hinc dysenteria ab atra bile lethalis est. Hinc eliciuntur duo Axiomata. Omnis excretio quæ fit ineunte morbo, symptoma est magna- rum affectionum quæ corpori insunt. Nulla excretio in initio, fit naturæ beneficio: nam illa tunc oppressa iacet.

Axiomata
excommen-
tario Ga-
leni.

X X I I I.

Ὅκοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ
πυλινδρονίων, ἢ ἐκ βρωμάτων, ἢ ἄλλως πως λευκιάων
λεπτιωμένοις ³ χολὴ μέλαινα, ἢ ὀκο-
ῖον ⁴ αἷμα μέλαν ἐπέλθη; τῆ ὑπερρίη
¹ ἀποθνήσκουσ.

X X I I I.

Quibuscumque morbo acuto, aut
diuturno, aut vulnere, aut alio quouis
modo

Sanguinis
vel atrois
succorum
excoisio

modo² extenuatis³ bilis atra, aut tale
quippiam quod feculenti⁴ sanguinis
speciem exhibet, diffluat, postridie⁵
moriuntur.

Histeria.

Vidi Ducem militum, qui cum diu quartana affe-

*Simile vidimus fuisse, & emaciatum, tandem concreti sanguinis
histerie in Papho magnam copiam per sedem deposuit: postridie obiit.*

Douff.

*Contrarium vidi
in Secretario*

viennensi;

Christiano Ne-

sero postuta.

2. Non inchoatâ, sed perfecta extenuatio-
ne: qua non solum spiritus & humoris diffi-
patio, sed partium solidatum exhaustum si-
gnificatur.

3. Qualis proximo descripta est Aphorismo.

4. Huiusmodi est sanguis niger, descriptus
Aphorismo vigesimoprimo.

5. Resolutis partibus nutritioni dicatis pla-
neque exhaustis. Et quò plures facultates la-
befactatae sunt, eò res ægri peiore sunt loco.
Postridie, inquit, moriuntur, quia nihil est
amplius quod vitam continere possit.

XXIIII.

² Δυσεντερίη ἢ ἀπὸ χολῆς μελαίνης

² ἀρξῆθ, ³ θανάσιμον.

XXIIIJ.

² Dysenteria si ab atra bile² initium
duxerit, ³ funesta.

*Dysenteria
varia spe-
cie*

Dysenteria nomine significatur omnis
cruenta deiectio: cuius ut variae sunt causae,
ita quoque variae species. Nam aliquando ac-
cidit ob crus amputatum: quae est salutaris.
Aliquando evenit iis qui excernunt prae-
bras alui proluviæ, quae, in Coacis, dicitur
dysenteria hepatica: resoluta enim hepatis
substantia, sanguis serosus excernitur. Ali-
quando accidit exulceratis intestinis, ubi ni-
hilum venæ eorum vel rumpuntur, vel ero-
duntur

duntur à pituita salsa, vel bile flava aut atra. Si acciderit à pituita salsa, medicamento pituitam illam eluente facile curabitur, similiter si à bile flava euenerit. Si verò ab atra euenerit bile, illa dysenteria hoc est, cruenta excretio cū vlcere primigenio ab illa atra bile erit insanabilis: eò quòd materia illa pepasmi sit experta, quòdque tantam habeat erodendi vim, vt vlcus per intestina serpat. Atque hinc primo die excernuntur quædam carunculæ; vnde vtramque intestini partem æquabiliter afficit. At omne vlcus quod cū *Axioma* tem contra se afficit suppurando, est insanabile; quia tollitur fundamentum nouæ carnis regenerandæ. hoc est, se fatcosin efficere nequit. Præterea intestino sic laborante, continuatione tunicæ, malum ad ventriculum peruenit: vnde lienteria: id quod est lethale.

2. Cū natura morbificis causis opprimatur: nam potest critico die, criticæ efferri.

3. Quòd eius materia, partis (hepatis videlicet & lienis) vnde manauit, calamitatem ostendat. Deinde quòd vlcus sit insanabile, inde etiam doloris vi, languidæ vires redduntur, & interceptione officij intestinorum naturalis œconomia labefactatur. Et hæc attrabilis exclusio significat vim hepatis & lienis esse resolutam: atque incendio harum partium, exhaustum esse benignum ichorem succorum.

Hic apponimus contrarietatem

XXV. *ante adenti.*

*Αἷμα ἄνω μί, ἰσοῖον ἀπὸ ἧ, κακόν
κάτω δ, ἀγαθόν, μέλας ὑποχρῆσον.*

XXV.

Si cui sanguis per ¹ superiora erumpat, *Sanguinis exclusio* cuiusmodi tandem is fuerit, ³ calamitosum:

tosum : at per 4 inferiora, 5 nigra si recedant, 6 bonum.

Obiicies.

Hoc dicit. Quaecumque excretio huiusmodi est, ut essentia partis unde emanat, aut rei naturalis contenta speciem referat, ea toto genere est prater naturam, & calamitosa. Sed obiicies, Hæmorrhagia adolescentum, item hæmorrhagia critica in causis, salubriter euenit. Respondemus hic αὐτὸν significare exclusionem per os. Cum verò dicit, cuiusmodi tandem fuerint, notat qualitatem, tempus, & excernendi modum. hoc est, siue niger, siue purpureus, siue dilutus, siue serri sit naturalis particeps, siue expers, siue fusus, siue concretus : siue vomitione è ventriculo & viciosis partibus, siue expectoretur è thorace cum tussi & dolore, vel ex pulmonibus subflauus & spumans, vel è larynge paucus cum tussi, vel è faucibus paucus sine tussi, sed cum seveatu. Cum dicit κατὰ, significat excretionem per aluam. quia non agit hic de menstrualis profluvio : neque enim menses mulierum nigri possunt esse boni, sed debent esse purpurei. neque agit de hæmorrhoidibus.

1. Hoc est, si vomitione reddatur, vel expectorato. Modò nulla excusatio neque menstruorum suppressorum, neque pleuritidis adferri possit.

2. Niger, concretus, fusus. 13.

3. Ob difficultatem curandi: quòd vena lætera in illis partibus ægrè restituatur suæ continuitati. Et etiam, quòd res quæ secundum naturam continetur, excernitur.

4. Ut per aluam : si non ἀδρῶς efferantur.

5. Si necessaria sit talis excretio : ut in illis quibus amputatum est crus aliudue membrum. quæ excretio dicitur dysenteria crucenta naturalis, libro de articulis.

6. A mora ac cunctatione inducto nigrore, non à proprio colore cum ita nigrescit. Sed priusquam excluditur, nigrorem induit sanguis.

guis. Quare de inferna olisione sanguinis hic agit, quæ tardè manat.

XXVI.

Ἡ ὑπὸ δυσεντερίης ¹ ἐχομένω ὀκοῖαι In Dysenteria.
² αἷν ³ σάρκες ὑποχωρήσωσι, ³ θανάσιμον.

XXVI.

Si, ¹ quando dysenteria detinet, ex-
 cernantur eiusmodi veluti sunt ² carun-
 culæ ³ funestum.

Hoc est, quem diu multumque dysenteria exercuit: qui ineunte dysenteria excreuit alba, æqualia, pauca & opima: procedente vero ea, flava, pauca, & opima, nec non ramentosa, & tandem carunculas. ἐχομένα vititur in graui affectu Hippocrates.

2. Quòd vtraque intestini tunica abrada-
 tur. nam ramentosa excernuntur tunc, cum
 carnosior intestini tunica abraditur.

3. Officij communis priuatione, & vlceris
 contumaciâ, quod cicatrice obduci nequit.
 Agitur hic de dysenteria illa, quæ accidit ex-
 ulceratis intestinis à pituita salsa, bile flava,
 vel atra. Vnde omnis substantia intestini ab-
 sumitur ita, vt cutem contra sese afficiat.

XXVII.

Ὀκόσεισιν ἐν ¹ τοῖσι πυρετοῖσιν αἰμορ- Alius ab
 ραγέσι ² πλῆθ^ς ² ὀκοθενῶν, ἐν τῆσιν haimor-
 ἀναλήψεσι τυττοῖσιν αἰ ³ κοιλίαι κερδ- rhagia fec-
 ραίνον. ser.

XXVII.

Si cui ¹ febricitanti sanguinis a copia
² vndecumque profluat, huic, dum refi-
 cietur. ³ alius feretur.

Incur-

1. Incunte vel vigente morbo. Alioquæ ignava, officii vacuitate.

a. Immoderata.

2. Per nares. vterum, sedem.

3. Labefactata caloris vi, immutatoque temperamento, habitu, & actione ventris, unde cruditas ac intercepta distributio alimenti. Liquidis humidis feretur aluus, donec naturæ vis redintegrata fuerit. Ergo non temerè sistatur illud profluuiû, ne cruda materia contenta in putredinem abeat.

XXVIIII.

Surditas,

Οκόσσισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα,
 κωφόσιθ ρινομένης πύυς; κ' οκόσσισι
 κώφωσις, χολωδέων ριμένων πύ-
 ύετι.

XXVITI.

Quibus biliosis excrementis fertur aluus, oborta surditate³ sistitur: [& contra] qui obsurdescunt, superueniente alui bilioso profluuiio, liberantur.

Præcepta quadam traduntur de humorum successione & translatione:

2. Materix ad superiores partes translatione, & auditorij meatus obstructione fugacium obsurdescunt ægri: non à facultatis resolutione, quæ indicaret exhaustum iam esse cerebrum, vt in Hermocrate, in quo fertur aluus, at obstructio manet.

3. Fugaci, non fixa surditate.

4. Diadosi. Si autem non in auditorium meatum, sed in cerebrum translata fuerit bilis, phrenitis nascetur. quare solue q. d. tunc aluum: quò fiat diadosis.

Οκί

XXIX.

Οκόσσισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ¹ ἑκταίῳ
 ἐν ἕσσι ² ῥίγη γίνεθ, ³ δύσκειται. Rigor in
febribus
continuus.

XXIX.

Quibuscumque ¹ sextum diem febris
 continuæ agentibus incidunt ² rigores,
³ sinistri iudicij sunt.

1. Meminit diei : & non periodi: nam agit de acutis morbis. Sextus dies tyrannorum more iudicat, vel enim mortem in procinctu esse dicit; vel recurrentis cum morbi metu iudicat.

2. Vel excretionem quavis; ut sudorum. Rigor est motus concussivus à frigore, à bile vellicante superiorem ventrem. Est is duplex, criticus, & symptomaticus. Criticus est vehementer, suppressit urinam, dein sudant affatim: semel in continuis fit. Alius est symptomaticus, fit que motu morbi, ut hîc; & vitio patris, ut pure accepto in thorace.

Rigor qd.

3. Ut causæ, & ut signa, ut causæ, quia fractæ vires illam quassationem ferre nequeunt. Dicit autem rigores, pluraliter, quibus vires frequenter quassantur. Ut signa; quòd iudicatoria non iudicantia, vel sint ad mortem, vel ad deterius. Præterea nihil convenienter naturæ fit, in quo temporis excretionis ratio desideratur. Sexto die si signa apparent quæ speciem crisis denunciant, ea mala sunt: quia ante, signis apparentibus ad tempus crisis significata non fuerunt.

XXX.

Οκόσσισι ¹ παροξυσμοὶ γίνονθ, ὡς ² Diversa
febris notæ
est

Q

ἀν ὥρῳ² ἀφ᾽ ἧ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὐτοῦ
τὴν αὐτὴν ὥρῳ λυ³ λάβῃ, ³ δύσκειται.

XXX.

Quibus accidunt¹ paroxysmi, si, qua
hora desit² febris, eadem postredie re-
petat, ³ difficilis iudicij erit.

1. Id est, qui feбри essentiali typica & perio-
dica conflctantur.

2. Αφίει postpono, vel desino, ut si febris
primo die hora quarta matutina inuaserit, &
desierit post viginti quattuor horas: sique se-
quenti die iterum inuadat ea hora qua desit,
id est hora quarta matutina; si hanc seriem
seruat in suo decursu, crassæ materiae argu-
mentum erit: & principij huius morbi.

3. Ob materiae contumaciam diuturnita-
tem indicat. Nam ut æger febrili calamitate
defungatur, triplici auxilio opus est, scilicet ut
1-2- natura vis fulgeat, meatum adsit libertas, &
3- ut præparata sit materia ad exclusionem. Sed
hic adest materiae contumacia; natura op-
pressæ inertia, vnde nullus conatus ad aposta-
sim: nam fixa stabilisque adest causa. Docet
hoc Aphorismo captandas esse purgationum
otcasiones: non cruda, in feбри essentiali pe-
riodicâ, purganda esse: & quo modo crudo-
ris tempus à nobis notari debet.

Visus huius
Aphorismi.

XXXI.

Τοῖσι¹ κοπώδουσιν ἐν τοῖσι² πυρετοῖ-
σιν, ἐς³ ἄρθρα καὶ ἄλλα τὰς⁴ γνάθους μά-
λιστ' αἰ⁵ ὑποστάσεις γίνονται.

XXXI.

¹ Lassitudine fractis per ² febres in
³ articu-

Febres cum
lassitudi-
ne.

articulis & ad 4 maxillas potissimum 5
abscessus fiunt.

*Hic Aphorismus agit de Lassitudinibus qua ultro
per morbos oboriuntur criticè vel symptomaticè.*

1. Hoc est, qui ita sunt affecti vt vel si mi-
nimum moueantur, sentio lassitudinis illis
oboriatur.

2. Quæ inde laboriosæ dicuntur: quòd à
labore, vel quòd ultro oborta sit lassitudo.

3. Partibus nimirum amplioribus & mate-
riæ febrilis capacibus: siquidem febris labo-
riosa sit, à lassitudine ultro oborta.

4. Excitatis scilicet parotidibus phlegmo-
nosis: quemadmodum in febre ardente si quid
ab hæmorrhagia relinquatur. vel excitatis
parotidibus oïdematosis in febre lenta & pi-
tuitosa.

5. Per materiæ febrilis diadosin. Nisi vrina
profluat crassa, multa & alba, qualis Archi-
genis seruo profluxit: aut aluus feratur. Rarò
in cæteris morbis abscessus fiunt; in iis verò
quæ lassitudinem coniunctam habent ultro à
succorum copiâ obnatam, interdum decubi-
tus fit in artus. Quasi dicat Hippocrates, per
febres laboriosas periculum adest futuri ab-
scessus: ergo, ne hoc fiat, còque crudam ma-
teriam, & purga.

6. Epid. 4.

2. Co 2.

Progn. 67.

Co 6. Epid.

2. 44.

vsus.

XXXII.

Οκλόσιαι 3 1 ἀνισαμένοισιν ἐν τῷ
νέπῳ τί 2 πονέει, ἐνταῦθα αἱ δρασά-
σιες 3 γίνονται.

XXXII.

Et quibus à morbo 1 restitutis quip-
piam est 2 infirmū, ibi abscessus 3 fiunt.

Ita tamen vt supersint materiæ febrilis re-
liquiæ:

Lassitudi-
nes que
conuale-
scencibus
accidunt.

liquiæ aut si liberalius se potu & cibo inuident, quàm exhausti corporis ratio postulet, aut quàm immutata ventriculi actio, temperamentum & habitus perferre possunt.

2. Vel, infirmitatis aliquid superest. Prædicat enim partis lassitudo, eò materiam affectate viam: vt ab imperfecta crisi interdù euenit.

V. sus.

3. Exclusionem materiæ à parte continente, in eam quæ continetur. Quasi dicat, cum quis à febris magna euasit, sæpè in discrimen venit homo, quia partes internæ & externæ labefactatæ sunt: hinc, si non accurata Dieta accesserit, hepatis & lienis scyrri, vel cephalæ: vel foras in artus, si ibi imbecillitas, abscessus effunduntur. Quare ne quid coarctuetur, dentur pilulæ alephanginæ, masticinæ, vel Ruffi, vel tale quid.

XXXIII.

Ἀτὰρ ὡς καὶ ἀνεπιπονητός ἢ πρὸς
 ἄν νοσήσῃν, ἢ ἐνταῦθα σπείζῃ ἢ ἄλλο.

XXXIII.

Quinetiam si ¹ quid ante laborauerit priusquam ² morbus inuaserit, ibi ³ se morbus ⁴ obfirmat.

1. Vt cerebrum, pulmones, aluus.

2. Quemadmodum in morbis epidemicis qui sub disperforū specie homines inuadunt.

3. Vt si quæ pars ante lassitudine fatigata fuerit, & in talibus morbis vbi spes est futuri abscessus.

1. Epid.

4. Generatione, paroxysmo, & diadosi, vel successione, hoc est, primario & secundario loco. Vide historiam Critonis & Herophontis.

V. sus.

Quasi dicat, prouisio habeatur de parte infirma, maximè si illa princeps fuerit: ne eò se conuertat materia morbifica.

XXXIII.

Ἡν ὑπὸ ¹ πύρετι ἐχομένῳ, οἰδήμα- Aurina la-
 τῶ μὴ ² εἶναι ἐν τῇ φάρυγγι, πνιξ tens.
³ ἐξαιφνης ἀπυλίνῃ, ⁴ δανάσιμον. Repente.

XXXIII.

Sicui ¹ vehementer febricitanti, nullo
 in faucibus ² conspicuo tumore, ³ repen-
 tē incidat strangulatio, ⁴ funestum.

Hoc. & sequenti Aphorismo agit de humorum me-
 tastasi symptomatica, quæ est planè funesta: eo quod
 functiones ad v. tam necessaria labefactantur.

1. Ita ut v. lidæ febræ sit implicitus, eiusque
 dominatu teneatur: proptereaque maximè
 liberæ respirationis sit indigens. Adest & dol-
 or in inflammatione: nam inter lum. dicit
 hic Galenus, obnascitur suffocatio à pituitæ
 copia rigante internam tunicam laryngis: vel
 à resolutis musculis laryngem aperientibus;
 vel à iunctis his causis: vel à siccitate tenden-
 te internos laryngis musculos: verùm hæ suf-
 focationes sunt doloris expertes.

2. Hoc est, nullo cernicis externo rubore,
 aut tumore interno. *οἰδήμα* tumor veteri-
 bus est.

3. Inflammata larynge, cuius inflamma-
 tionis nulla signa eduntur, nisi doloris & or-
 thophoææ. Inde aër à corde arcetur, & prohi-
betur fuliginum exitus. Dicit, repente, quòd
 laryngi proprium: nam peripneumonia id non
 agit repente, sed in vigore tandem, nec, inquit
 in commentatio Galenus, asperæ arteriæ in-
 flammatio suffocat, sed dyspnœam adfert, ob
 amplitudinem, & tunicæ eius tenuitatem,
 quæ magnam tumorem facere nequit.

4. Quòd ad calamitosam vim morbi accedat respirationis interceptio, quæ etiam sola funesta est: sed eò maior, quò maior respirandi adest necessitas. Nam dum pus conficitur, strangulatur æger: vel si ad pepasimum ventum sit, quia excerni pus nequit, Hinc in pulmones eosque opprimic. Quin venæ sectio reliquaque remedia nò eximunt causam coniunctam, cum eò non veniat eorum vis.

X X X V.

Ἡ ὑπὸ τῆς πύρετῆς ἔχομένῳ ὁ τρεῖς
Repente χαλθὲ ἐξαίφνης ὀπισθραφῆ, καὶ μόγις καταπίπειν δύωνη, ὁ οἰδήματ' οὐ μὴ ἔσονται, ὁ δανύσιμον.

X X X V.

Si cui insigniter febricitanti collum repente peruertitur, ut vix deglutire possit nec ullus appareat tumor, funestum.

Angina d
 Luxata vert-
 1674.

1. Hoc est, si oborto abscessu non tollatur febris: imò si potius accedat difficultas tum respirandi, tum deglutiendi.

2. Luxata vertebra quæ cum occipite convertitur, per tuberculum illâ parte obortum: indicio est inde esse, quia sine causa manifesta peruertitur: nam à phymate membranæ & vincula vertebrarum conuelluntur.

3. Deglutitio & respiratio maximè requiruntur in magnis febris. Nam hic tum potu tum medicamentis æquè pugnare debemus, quia naturæ studendum, & cum morbo pugnandum est.

4. Aspectabilis scilicet: in ceruice vel in aeterno, quia non oritur à lapsu, icu. Sed à conuulsione fit illa laxatio. Fitque vel in anti-

ticam

ticam partem, & dicitur lordôsis, hoc est excauatio; vel in posticam. dicitur cyphôsis, aut in alterutrum latus, vocatur scoliosis vel obliqua excauatio.

5. Potissimum secundæ vertebræ, quæ capitivolidissimo vinculo connectitur, quo vinculo rupto cõprimuntur œsophagus & larynx. Secundæ autem huius vertebræ, quæ dens dicitur, in anticam vel posticam partem laxatio, planè est funesta, in alterutrum verò latus, minimè periculosa. Contra, inferiorum vertebrarum in alterutrum latus periculiosior quàm in anticam vel posticam luxatio, eò quod hæc resolutione membri adferat, compresso nervo qui hinc in membra porrigitur. De hoc malo agit 2. Epidem. 2.2.

XXXVI.

Ἰδρωῖτες πρῶται ἔχουσιν ἢ ἀρξάντων, Crisis per sudor in febribus
 ἀγαθαὶ τρίταιοι, καὶ πέμπταιοι, καὶ ἑβδό-
 μαιοι, καὶ ἑννατῆταιοι, καὶ δεκάτῆταιοι, καὶ
 δωδεκάτῆταιοι, καὶ ἐπτακαίδεκα-
 τῆταιοι, καὶ μὴ ἢ εἰκοστῆ, καὶ ἑβδόμη καὶ εἰ-
 κοστῆ, καὶ τριακοστῆ πρώτη καὶ τριακοστῆ τε-
 τάρτη. Οὗτοι καὶ οἱ ἰδρωῖτες ἔχουσιν κεί-
 νουσιν οἱ ἢ μὴ ἔτιος γινόμενοι, πόρον σι-
 μάλουσιν, καὶ μὴ κῆρ ἔχουσιν, καὶ ἢ ὑποδωπαρ- radiantio
 μέσ. πῶ.

XXXVI.

Sudores febricitantibus si manare ceperint, salutare quidem sunt qui emanant die tertio, quinto, septimo, nono, vnde

Vide Lucii,
relinde
Crijibg. l. 2.
c. 12.

undecimo, decimoquarto, decimosепtimo, viceſimoprimo, viceſimoſeptimo, triceſimoprimo, & triceſimoquarto, ij) enim ſudores morbos iudicant. Sed qui non ita 3 eueniunt, laborem, diuturnitatem, & 4 recidiuam oſtendunt.

Dies quibus criticos ſudores manant. Idem de caeteris excretionibus intellige. Qui vero morbi hos dies ſuperant, raro criſin illam veram habent, ſed vel abſeſſu vel ſenſim coſtione vincuntur. Raro tamen ultra viceſimum ſudoribus iudicantur. Nunc agit de excretionibus criticis. Quarum prima eſt in ſudoribus, deinde in ſputo, poſtrema in urinis. Sudor excretio eſt quadaſam critica, ſi in eum diem incidat, quo morbus accedit. Materia autem morborum acutorum eſt biliſa, qua tertio quoque die paroxyſmum facit. Itaque ut ſudor ſit criticus, oportet ut die impari accedat: quia qua diebus imparibus accedunt, imparibus iudicantur, & contra. Deinde, non ſatis eſt ſudores imparibus diebus accedere, ſed debent inſuper duplici ſignorum genere oſtendi, longēque ante ſignis ad tempus criſis. Ut in febre acuta ſi vrina quarto die protulerit notam peſſimi; deinde cum ferē ventum fuerit ad ſeptimum diem, ſi ſigna accedunt apparentia ad ſpeciem criſis, cuiusmodi eſt vrina ſuppreſſio ante rigorem, quem excipit ſudor. Huiusmodi ſudores ſunt critici, & excipienda, modo nulla ratio deſideretur in qualitate, copia, & modo do excernendi. Hoc Aphoriſmus agit de ſolo excretionis tempore. An ergo die tertio, ineunte morbo, ſalubriter apparere poteſt ſudor? Maxime, per tales morbos quos Hippocrates vocat venē moratos, qualis eſt ſynochus nō putris. Quartum diem omiſit, eō quōd quartana hemorrhagia ſunt iſta difficile. quartus non eſt iudex, ſed index ſeptimi. Scribit Galenus ſe ſemel tantum vidiſſe criſin editā quarto die; Archigenes bis tantum id viderat. ſynochi tamen hoc die iudicantur: quia mouentur diebus paribus. Sed morbi acuti ſui cauſam agnoſcunt

Quaſtio.

Quartus dies.

agnoscunt bilem: hac imparibus mouetur. Quare si quarto in his fiat excretio, calamitosa erit. nisi crisis illa inchoata fuerit tertio die, nam interdum perennat crisis in duos vel tres dies. Quae paribus iudicantur excurrunt longius, quam quae imparibus. Numerantur dies impares ad tricesimum quartum in morbis acutis, qui biliosi sunt: propterea imparibus iudicantur, nam in paroxysmo fit crisis.

2. In quibus nulla ratio desideratur in qualitate, copia, tempore, & excernendi modo: nam manant toto corporis habitu, ac elidunt serum venis conceptum.

3. Non diebus criticis. Quia iudicatoria non iudicantia, sunt sinistri iudicij.

Quod sint iudicatorij non iudicantes, propterea quae sunt signa & causae symptomata, quodque fiant motu morbi significatur. Humor enim pepasmi expertis copiam denunciant.

XXXVII.

Οἱ ψυχροὶ ἰσχυροὶ ἔω μὴ ὀξεί πρὸς
 τὴν γνῶμεν, ὁ δὲ ἄνατον. ἔω ὁ πρὸς τὴν
 ῥω δ, ὁ μὴ ὁ νέον σημαίνουσι.

Sudor frigidus.

XXXVII.

Sudores frigidi si cum febre acuta profluant, mortem ostendunt: cum mitiore autem, & diuturnitatem morbi.

Hic iam agit de qualitate sudoris critici. Debet enim sudor criticus esse calidus: nam omnis sudor omnisque rigor qui non facile incalescit, significat extinctionem caloris nativi. Cautè itaque ut medicus remedia hic adhibeat, quasi monet.

2. Extincto calido nativo. Quia nulla pepasmi signa praecessere, nec die critico fluant,

Q5

nec

nec toto corpore calidi manant, nec symptomatum febrisuè remissionem adferunt. Tantam succorum copiam adesse loquitur hoc frigus, ut crudor ille ne à febrili quidem ardore caleseat. non aliter ac glacies cum liquitur à sole. Argumentum calidi natiui extincti, & resolutæ facultatis retentivis.

3. Cum febre Inflammationis & malignæ qualitatis experte: quales sunt febres intermissionis participes; cuiusmodi est tertiana.

4. Ex materiæ copia & cõtumacia, quæ non facillè calorem concipit. Hæc morbi diurnitas in pepasini difficultate consistit. Nam cum illa materia difficulter incalcescat, difficulter quoque pepasimum recipit. Sed quætes, Anne sit eadem ratio frigidi sudoris qui manat in febre acuta, & illius qui fluit in miti febre? Minimè certè: quia vnus fit per extinctionem; alter, per materiæ contumaciam, eamque tandem mitigate poterit natura vis, si illa satis vegeta fuerit.

XXXVII.

Καὶ ὅχι ἐν τῷ σώματι ἰδρῶς, ἔνταυθα φέρει τὴν νόσον.

XXXVIII.

Qua parte corporis sudor manat, morbum illius partis arguit.

Docet quid intersit inter ephidrosin & sudorē Quasi dicat, calamitosa est omnis ephidrosis, quocumque die etiam fiat, & si critico manarit die, tanto peior: quia accedit motus morbi, aut vitio partis unde erumpit. Agit itaque nunc de excretionis modo. Vult enim ut sudor toto erumpat corpore: quia quanto plures partes se ad illius materiæ excretionem accingant, eò plus adimenti adferunt,

1. Capite, aut thorace.

2. Ephi-

Morby lo,
quiritur.

Sudor indi-
cat partem
affectam.

2. Ephidrosis symptomatica, à materia copia, & à fracta retentrice facultate.

3. Nam resoluta cum est vis partium vitalium, per febres essentielle, sudor symptomaticus erumpit è thorace: in Phreniticis verò, resoluto cerebro, è capite. Quare ibi humorem morbiferum delitescere significatio fit. Et est symptomaticus qui toto fuit morbo paucus aut tenuis, etiam toto corpore, vel capite & thorace, à cruda materia, & à partis imbecillitate. Cauendum igitur ubi talia, ne pharmaca aut magna remedia præscribantur.

XXXIX.

Καὶ ὅκως ἐν τῷ σώματι ὁ ὀξύθυμος ἢ
 ὀξυχρὸν, ἐν ταῦτα ἢ γὰρ σφ.

De calore
 & frigore

XXXIX.

Quemadmodum & qua parte corporis calor aut frigus percipitur, ibi est morbus.

Quasi dicat, non omnium tamen morborum curatio in pharmacia consistit.

1. Ut si inæqualia sint hypochondria, & si pectus incendio conflagrat citra febrem, ibi erit morbus.

2. Stabilia hæc si fuerint, minimeque fugacia, ita ut inde causæ morbificæ ibi stabulant argumenta sint. Propterea his partibus admouemus foveas, phlebotomiam, & cucurbitulas: quin interdum cauteria. Chirurgus quidam Ultraiectinus implacabili dolore particulae capitis laborabat: à nullis remediis iuuabatur, tandem iussi cauterium potentiale admoueri: curatus fuit, citra aspectabilis mali aliquam effusionem: indicibili quadam qualitate vel aura, sine dubio, fatigatus is fuerat in ea parte.

Καὶ

XL.

Καὶ ὅκτι ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαί, καὶ ἢ τὸ σῶμα² καταψύχῃ ἢ αὐθις θερμαίνῃ, ἢ ἢ χρώμα ἕτερον ἐξ ἐτέρου γίνῃ, ἢ μῆκος νέου σημαίνῃ.

X L.

Quin etiam quum in vniuerso corpore crebro mutantur, vt si modò calescat, modò frigescat corpus, aut color alter ex altero fiat, & diuturnitatē morbi ostendunt.

Cautionem purgatoriam scribit, ne quis existimet ilico purgandum esse, nam natura in quibusdam ilico excernere nequit, sed tempore in quibusdam opus est, vt coquatur materia.

1. Dicit eam mutationem fieri ex materia multiplici per totum corporis habitum diffusa. Excluditur ergo quod ex coacis obisci possit, vbi dicitur. Repentina extremarum partium in vtramque mutatio, calamitosa. quia mutationes quæ æqualiter fiunt toto corpore, sunt minus periculosa, quàm quæ vna vel altera tantum parte corporis. Quum itaque dicit, quum crebro mutantur in vniuerso corpore, intellige, non tantum in extremis partibus: quarum repentina in vtramque mutatio solet esse calamitosa (talis in acuta & maligna febre euenire solet) sed toto corporis habitu.

2. Ex vicissitudine humorum calidorum & frigidorum in motu & quiete: ita tamen vt neque incendij, neque extremi frigoris sensus percipiatur. Significat multiplicem materiam, & varios motus, vnde pepasini difficultas, & mul-

Longitudo
morbi, vt
noscitur.

Declaratio
morbi

multarum etiam partium affectio significatur. Refrigeratio est triplex, periodica, symptomatice (quæ notat à summa visceris inflammatione calidum nativum opprimi) & critica.

3. Qui ferè similis efflorescit humoribus.

4. Propter pepasmi difficultatem aut multiplicem materiam, quæ ex caloris & frigoris vicissitudine, & coloris mutatione significatur. Si vires pares fuerint, tandem mitigabitur ea materia.

XLI.

Ἰδρῶς ὁ πάλυς ἐξ ὕπνου ἀνὰ φανερώς Sudor copiosior.
 ἀτίης γινόμενος τῷ σώματι, σημαίνει
 ὅτι πλείονι τροφῇ χέετ' ἢ ἰσχυρῶς
 μὴ λαμβάνοντι τῆτο γίγνηται, σημαίνει
 ὅτι κενώσθαι δεέτ'.

XLI.

Sudor: multus qui à somno, sine causa quæ à foris est incidente, erumpit, largiore cibo arguit corpus uti: Quod si id cadat in eo qui suo defraudatur genio, necessariam evacuationem esse ostendit.

1. Id est, confertim & copiosè diffluens, ut non infirmæ naturæ, sed redundantis excrementi symptoma sit. Quamvis, in sanis, per somnum si paucus manat sudor, nihil mali habeat is: quia rarioris corporis ac paucæ materiæ index est.

2. Hoc est, dum coctioni incumbit natura, & natura digestionem dat operam, absolutâ concoctionis periodo. Nam ut concoctio fit per somnum, sic post somnum fit digestio. Si
 ergo

ergo eo tempore quo natura operam dare debet coctioni, appositioni, agglutinationi, & nutritioni, sine causa manifesta erumpant sudores, malum id est, coctione verò peracta, bono naturæ fiunt: vt tempore matutino sub finem somni. nam circa somni initium, coquit: deinde separat vtilia ab inutilibus, tunc demum distribuit in corpus, & apponit bonum, reliquum in aurora, sub finem somni in sudorem soluit.

3. Vt ab aëre calido, in Austrino statu sine flatu, vel à tegumentis, aut à cibis sudorificis.

4. Supra exhausti corporis rationem, & partium nutritioni dicatarum conditionem & statum.

5. Id est, in eo qui non est cibi appetens immoderate.

6. Quòd ventriculi segnities in appetendo & coquendo, vasorum impuritatem, & omnis aluinæ & economiæ confusionem adferat. Si, inquit Galenus, hæc eueniant ob recentem copiam alimenti, abstineat: sin eueherit ob olim ingestam ciborum copiam, euacuetur. Quasi dicat Hippocrates, per morbos acutos hi sudores non critici, ob has causas interdum etiam manant: non aliter ac hypostases bonæ in vrinis apparent interdum, cum adhuc cruditatis plena sunt omnia, quòd liberalius habeatur æger. nam à cibi copia est illa hypostasis, non à materia morbifica. Ex hoc Aphorismo collige has Maximas sententias. Omnis sudor qui citra causam manifestam apparet, est contra naturam. Nullus sudor multus potest fieri ab infirmitate naturæ. Qui cibum non appetit, necessariò est purgandus.

6. Epid. 3. 1.

Axioma.

X L I I.

Ἰδρῶς πάλυς ψυχρὸς ἢ θερμὸς ἄπει
 ῥέων

ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζων, ὁ δὲ θερμὸς
ἐλάττω νέσον σημαίνει.

XLI I.

Sudor multus frigidus aut calidus
affiduè fluens, frigidus quidem ² ma-
iorem, calidus verò ³ minorem morbum
ostendit.

Sudor fri-
gidus aut
calidus.

Morby Ma-
gno, pro: lo-
gus.
Morbus
magnus
quis.

1. Toto corpore, vel aliqua parte: qui flu-
unt sine vilo dierum criticorum delectu, in-
cunte morbo, crescente, vigente.

2. Id est, & calamitosiorem, & difficilio-
rem curatu, atque sinistri iudicij. Nam signi-
ficat aut natiui caloris infirmitatem, aut ma-
lignitatem & contumaciam materix. Mor-
bus autem tripliciter dicitur magnus, digni-
tate partis quæ occupatur, symptomatum
magnitudine, & curandi difficultate.

3. Pepasmi facilitate, ex materia quidem
vniusmodi, sed copiosiore, quæ calorem con-
cepit. Omnis sudor bonus, calidus est: at non
omnis sudor calidus, bonus est.

Coro: Critic.

XLI II.

Οἱ πυρετοὶ ὀκρόσι ¹ μὴ διαλείποντες
διὰ ² βίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, μάλλον
³ ὀπκίνδωμοι ⁴ ὅταν δὲ ἀνὸς ῥόπος ⁵ διαλεί-
πωσι, σημαίνει ὅτι ⁶ ἀκίνδωμοι.

Febres in-
termitten-
tes periculū
suis expertes.

XLI III.

Quæcumque febres ¹ intermissionis
expertes tertio ² quoque die seueriores
redduntur ac ingrauescunt, ³ magis ca-
lamitosæ; at ⁴ quouis modo ⁵ intermi-
serint, periculi ⁶ expertes esse significat.

Quasi

Quasi dicat, ago hic de omni excretionum varietate. Si autem nihil excernatur unde intermittat vel remittat se febris, malum: argumento sunt febres intermittentes: nam ha periculi expertes sunt.

1. A maligna humoris biliosi corruptione, quæ stabulatur circa cor in caua vena, vel in arteria aorta, vel à phlegmone nobilis partis.

2. Cardialgiam adferunt, & vigilias cum delirio coniunctas; cephalalgias, cum lumborum & colli grauitate; ob acerrimi succi corruptionem vnde principes partes in incendium abripiuntur. Quare febrium perpetuâ epidiosi, fit symptomatum accessio.

3. Nam crisin funestam faciunt, vt sudoribus frigidis, & symptomatum omnium incremento. faciunt enim metastasin; vel opprimunt, pepasmi expertes succi, calidum nativum, quod etiam symptomatum vehementia potest. vnde incidunt in marasum, consumpto humore primigenio.

4. Cuiusmodi sunt intermittentes febres.

5. Quod argumento est metastasin abesse, nec phlegmonem vexare partem nobilem, & venenosam vim non oblidere principem partem. Etenim Inflammatio coniunctam habet febrem continuam; & incendium istud exhaustum humidum primigenium partis solidæ cordis, & efficit marasum. Maligna etiam qualitas spiritum dissipat, & calorem extinguit.

a. Hoc est, siue intermissio fuerit triginta sex horarum, siue vintiquatuor, siue duodecim tantum; siue vehemens accessio fuerit, siue longa.

Diaterna
febres per
abscessum
indicantur.

* d.

XLI III.

Οκόσισι πυρετοὶ μακροὶ, τὴν φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνον.

Qui

XLIIII.

Qui ex febre² diuturna laborant, iis² phymata aut dolores in articulis oboriuntur.

Disputatum est hæcenus de omni excretionis critica genere quod in acutas febres incidit. Nunc alterum genus profequitur quod fit per abscessus in articulis: docetque in quos morbos huiusmodi excretio incidat: nimirum diuturnos: hoc est, qui intra quadragesimum diem non iudicantur. Quadragesimus enim dies finis est morborum acutorum. Diuturnæ hæc febres interdum perennant ad semestre tempus: tandem sensim coctione solvantur, vel in abscessum abeunt, nisi urina profluat crassa alba. Nam & per οὐρησιν & τῶν δὲ σπένδιν ἄκρῃσιν hæc febres interdum finiuntur.

1. Cuius diuturnitas in pepasmi & excretionis difficultate consistit, non in visceris alicuius vitio, vel Medici aut ægri culpa: ut cum ab haustu aquæ frigidæ in epiploon deponitur ea. Dixi non in visceris alicuius vitio, ut est quartana symptomatice per marasimum lienis. Porro difficultas pepasmi accidit ob naturæ infirmitatem, materiæ copiam & contumaciam, & meatuum angustiam.

2. Ob algentem crassam materiam, nec coctioni nec excretioni facilè cedentem: vnde tandem ad infirmos artus excluditur, vnde dolorificæ lassitudines, vel phymata: nisi abscessus materiam tollat urinae crassæ, albæ & copiosæ profluvium. Dixit φύματα & non ἄκρῃσιν, quia significantius eo nomine abscessus expressit. Nam cum abscessus fiat per excretionem vel per depositionem: hic loquitur de iis abscessibus qui per depositionem fiunt.

φύμα.
δότησα
σι.

XLV.

Οκόνισι¹ φύματα ἐς τὰ ἀέθρῃ ἢ ἄβροι
R
ἐκ

Abscessus
à scribis
longu.

ἐκ² πυρετῶν γίνονται, ἔτοι³ σιτίοισι πλεί-
οισι χέρονται.

X L V.

Quibus¹ phymata aut dolores in ar-
ticularibus oboriuntur post [diuturnas]² fe-
bres, hi copiosiore³ cibo utuntur.

Sensus Aphorismi est, si quis in spem venit, (à profusione urinae albae, copiosae, & crassae,) se abscessus incursum euadere posse, se liberalius cibo & potu inuitauerit, superstitite adhuc lassitudine illa ultrò obor-
ta, quae diuturna illius febris fuit antesignana, u, com-
parata multa cruditate, abscessus & doloribus in arti-
cularibus laborabit: eò, quod ea cruditas impetum faciet in-
tam partem, quae lassitudine est affecta.

1. Ab integra crisi.

2. Sublata febre, & restituito aegro per
urinae crassae & albae profluuium.

3. Supra corporis exhausti rationem, &
partium nutritioni dicatarum conditionem,
à diuturno enim morbo calidum natium
languet, & ventriculus frigidus appetit; unde
cum edat, non coquit tamen.

X L V I.

ὅταν φρε, ἢ πρὶν ὅ ἐμπίπῃ² πυρετῶ μὴ
διαλείποντι, ἢ δὴ³ ἀδενεῖ ἔόντι, ⁴ δια-
νάσιμον.

X L V I.

Rigor frequens.

Frequens in¹ febris assiduitate² rigor,
³ fractis iam viribus, + funestum.

Nunc de tempore vniuersali agit.

1. Hoc est, si febris ab initio fuit assidua
continuaque nec, oborto rigore, remiserit.
Nascitur talis rigor, à fracta natura, quae
mouet

mouet quidem, sed nil promouet excrementi; vel si quid excluderet, vna, ob fractas vires, fatiscit ager.

2. Id est: Si perhorrescendi finem non faciat die critico, quo sudor fluit. Notanter dicit *ἐμπίπτει*, hoc est, incidat, nimitum, continuo; non semel aut bis. *Sudor fluit.*

3. *ἤδη*, hoc est iam: hoc est antequam in febres incidit. vide historiam adolescentis qui in Melibœa iacebat. *3. Epid. in fine.*

4. Quod sit iudicatorum non iudicans: & quod materiam morbi intrò referti ostendat. & attritæ iam vires ferre nequeunt nec hæmorrhagiam, nec sudorem, nec quassationem corporis. Est enim Rigor, inæqualis totius corporis concussio, ab affectione naturalis caloris, à materiæ contrariæ occurso in superiore ventre. Est autem rigor triplex, criticus, symptomaticus, & periodicus. Criticus est, ut qui in causo sudorem criticum præcedit, semelque aut bis incidit: periodicus est, qui in tertiana euenit: symptomaticus, de quo hic, qui à natura oppressa venit, sæpè incidit, nullamque euacuationem succedaneam habet. *Indicatorum non iudicans. Rigor quid est quadruplex.*

XLVII.

Αἱ ¹ ἀποχρέμψεις αἱ ἐν τοῖσι πυρε- *Crisis pro*
 τοῖσι ² μὴ διαλείπτειν αἱ ³ πελιδναί, καὶ *exclusio-*
⁴ αἱματώδεις, καὶ ⁵ δυσώδεις, καὶ ⁶ χολώ- *nem qua-*
 δεις, πᾶσαι ⁷ κακῆς ἀποχωρεῖσαι ὅ ⁸ κα- *nam bona*
 λῶς, ⁹ ἀγαθαί. Καὶ ¹⁰ χτὶ τὰς διαχωρή- *vel mala.*
 σιας, καὶ χτὶ τὰ ἕξ. Ἦν ὅ μὴ π τῷ συμ-
 φερόντων ἐκκείνηται διὰ τῷ τόπων τέτων,
 κακόν.

Expectorata-
βάσις.

¹ Expectorata in febribus remissionis
² expertibus ³ liuida, ⁴ cruenta, ⁵ foetida,
⁶ biliosa, ⁷ omnia calamitosa: [contra]
quæ verò eorum conuenienter ⁸ exclu-
duntur, ⁹ salutaria. Eadem ¹⁰ deiectionum & vrinarum ratio est. Quodsi nihil
quod alleuationem adfert per ea loca ex-
cludatur, ¹¹ calamitosum.

*Egit de sudoribus: iam de aliis excretionibus.
Exemplum proponitur symptomatica excretionis in late-
ris difficultate vel in materiae contumacia, vel in
vtrisque.*

1. Variæ sunt *ὑποκρίματα*, hoc est, expe-
ctorata: nam quorundam expectoratorum
difficultas consistit in materiae contumacia;
aliorum, in laterum infirmitate; alia in vtrif-
que his iunctis. Nam quædam expectorata
ideò sunt iudicatoria non iudicantia, propter
modum quo excernuntur. Quia omne iudi-
catorium iudicans, debet fieri *καλῶς*, (ut te-
statur in hoc Aphorismo) hoc est, citò & ex
facili. Porro quod ad curationem attinet,
magni interest an expectorandi difficultas
pendeat ex materiae contumacia, an ex late-
rum infirmitate. Nam si ex materiae contu-
macia proueniat, commodè exhibebis oxy-
mel, ad incidendum utque materia attenuet-
tur. Si verò ex laterum infirmitate (id quod
ex stertore discas) iam actum est, neque vlla
ratione oxymeli tunc exhibendum. Nam si
exhibueris absorbebit partes materiae humi-
diore, reliquam verò partem sicciorem con-
tumacioremque reddet, indeque maior diffi-
cultas respirandi veniet.

2. Quasi dicat, quorum exclusio nullum
febri finem aut modum imponit.

3. Ex-

3. Exstincto à calore illius partis unde veniunt.

4. Hoc est, meraca, quod est meri sanguinis: qui rupta, exesa, vel aperta vena exprimitur.

5. Soboles putredinis. Quæ est signum fractæ naturæ, & victi caloris natiui. Fætor auctore Auicenna, nascitur à coctione imperfecta: propterea, dicit Alexander Aphrodisæus, hominum excrementa fætent, non verò ita feratum excrementa; quod illi variis à cibus ex cruditate laborent. altera causa fætoris est putredo.

6. Meræ bilis, non sanguine aut pituita perfusa: propterea que pepasmi expertis, hæc facile in atram degenerat bilem. Cum vitellis ouorum similia deiciunt, malum.

7. Nam febrim finem non imponunt: & notant fractam œconomiam partium spirabilium, & materiæ contumaciam.

8. Ineunte morbo: sine molestia ac difficultate spirandi si excludantur cito & ex facili, etiam liuida, vel cruenta, si præcedentibus pepasmi signis, excernantur die critico.

9. Partium spirabilium integritatem denunciant: Et sunt iudicatoria iudicantia, naturæ que beneficio expectorantur, modum que febrim imponunt.

10. Quarum exercetio salutaris est, si nulla in illis ratio desideretur qualitatis, copiar, excernendi modi & temporis.

11. Nam si talia purgantur qualia oportet confert, perferuntque ex facili: sin minus, contra.

XLVIII.

Εν τοῖσι μὴ διαλείψῃσι πυρετοῖσιν,
ὡτὰ μὲν ἔξω ψυχὰ ἤ, τὰ δὲ ἐνδον

Frigor
partium ex-
sternantur.

R. 3

κα-

ἀδυσία in peste,
letalis.

XLVIIII.

In febribus remissionis¹ vel intermissionis expertibus, si extremæ partes² frigidae sint, intus autem præcordia³ conflagent ardore cum⁴ siti coniuncto, ⁵ funestum.

Usus

Apherisai.

In peste maxima huius Aphorismi usus esse videtur: Si enim in hac ardor cum siti, adest, extremaeque frigeant, non temere theriacam aliisque calida antidota exhibueris: nam phlegmonem internam hæc denunciant. Si frigeant extrema nec homo vehementer sitiat, nota erit hoc extinguere calidum nativum: tunc theriaca & cætera antidota sunt necessaria.

Theriaca in
siti non
adhibenda.

1. Ut frigus quod sequitur, neque criticum neque periodicum vocari possit. Ita ut illud frigus non producat febrem ad remissionem vel ad crisin.

2. Si marmore frigidiores sentiantur, sine ulla incendij successione; aut cum vicissitudine, & repentina caloris & frigoris mutatione. Illud frigus indicat extinctionem caloris fixi partium solidarum, vel inopiam caloris fluentis, qui incendio febrili absumuntur.

3. Hoc est, ventre costisque calentibus. Si nulla neque doloris colici, neque syncopes excusatio adferri posset, neque hysterica affectionis. Nam in dolore colico spiritus intro recurrunt subsidij ergo: unde extremæ partes marmore apparent frigidiores. Intus autem partes sunt ipsa viscera, quorum nimirum potentia totum gubernatur corpus. Harum inflammationes, instar cucurbitæ omnem calorem attrahunt: Inde si is, non à bilis aut pituitæ falsæ influxu in ventriculum, quod evenit in paroxysmis intermittentium.

4. Ab exhaustu viscerum & caloris nativi Nam

ni. Nam cor opprimitur, totiusque corporis calorem in se reuocat. vel saltem validæ partium obstructiones aditu arcant calorem fluentem ab extremis partibus, vel à crassa materia plurimus habitus non ferit cutem, vel phlegmone interna trahit, vnde maior ignis. vnde linguæ siccitas, iactatio, & hypochondrij tensio. Modò hæc symptomata non sunt futuræ crisis. nec febrium speciei intermittentiæ propria.

5. Vel si litis causa adsit (vt si lingua scabra) etiamsi non sitiant, resoluta aluo, accenso in thorace vel ventre (hoc est hepate vel ventriculo & intestino primo.) foco febrilis incendij.

X L I X.

Ἐν μὴ ἰαλεῖποντι πυρετῶ ἡ² χεῖ-
 λῶ, ἢ³ ὄφρυς, ἢ⁴ ὄφθαλμὸς, ἢ⁵ ῥίς,
 διασραφή, ἢ⁶ μὴ βλέπη, ἢ⁷ μὴ ἀκμή,
 ἢ⁸ μὴ ἀσθενέῃ ἢ⁹ ἔοντῶ τῆ σῶματῶ,
 ὅτι ἂν τετέων γένηται, ἐγγύς ὁ¹⁰ θά-
 νατῶ.

X L I X.

Si cui in febre¹ remissionis & inter-
 missionis experte labrum² distorquetur, Lethalia
 signa in de-
 bili agro.
 aut³ supercilium, aut⁴ oculus, aut etiam
⁵ nares, tum etiam si audiendi⁶ viden-
 dique vis perit, fractis iam⁷ morbo vi-
 ribus, quicquid horum acciderit, in pro-
 pinquo⁸ mors erit.

¹ Quasi dicat, vt nulla excusatio pertur-
 bationis criticæ adferri possit. Hæc enim in-
 terdum

terdum critica sunt & fugacia, vbi scilicet integra naturæ vis adest. Quare dum talia eueniunt, actiones examina.

Musculi
varij.

2. Conuulsis eorum musculis, vel per se, à siccitate: vel ex euentu, cum cognati congeneresque conuelluntur: vel ob resolutionem antagonistarum musculorum. Musculi congeneres dicuntur, qui simul membrum aliquod attollunt, vel simul deprimunt: cuiusmodi duo illi qui labrum superius attollunt, vel simul deprimunt. Item alij duo qui labrum inferius attollunt: item qui deprimunt id: hi antagonistæ sunt.

3. Carne cuteque circa frontem distenta, vnde patet oculus.

4. Conuulsis, aut inæqualiter resolutis musculis ipsius.

5. Exhaustis tenellulis musculis alarû nasi.

6. Labefactata cerebri facultate animali ab exhaustu.

7. Naturali atque vitali vi fracta à morbo. Ex succipleno, si exsuccus euasit, ex valido infirmus.

8. Nam ad pertinacem vim morbi accedit labefactatio omnium facultatum, quarum potentia corpus administratur. Caue igitur ne his apparentibus quid magni remedij adferas.

Vfus,

L.

Respirandi
difficultas
cum delirio
quid notes.

Οκκ αν εν τω πυρετω μη² διαλείπον-
τι¹ δύσπνοια γένηται η ελαφροσώη,
³ θανάσιμον.

L.

Quotiescumque in febrem² remissionis expertem difficultas¹ spirandi & delirium incidit, ³ funestum.

Summa

Summa Aphorismi hæc est. Quotiescumque facultas vitalis apparet labefactatio, indeque animalia vi accidatur adeo, ut vsui respirandi necessaria denegetur facultas partibus spirabilibus, tunc mors est in propinquo. Atqui in febribus continuis si adsit spirandi difficultas cum delirio: vitalis simul & animalis facultas sunt labefactata. Nam cum in omnibus febribus necessarius sit liber spirandi vsus, certè quo maior est febrü illa continua, eo maior est respirationis vsus. Si itaque adsit respirandi difficultas, ea mala erit: quia significatio fit aut labefactati vsus, (nimirum calore naturali ad extinctionem properante) aut labefactate facultati animalis. Si parua & rara fuerit, extinctionem caloris natiui significat. Parua enim est ob consummationem thoracis mouentis, rara, ob defectum vsus. Si difficultas illa constiterit in rara & magna respiratione, significabit delirare agram: voluntatis enim deprauationem notat talis respiratione in perenni febre. Sensus itaque Aphorismi est, Quoties ad labefactionem vitali facultatis accesserit cerebri deprauatio, in angusto spes est.

a. Hoc addit, Quia in perturbatione critica, adest delirium & respirandi difficultas, quæ mala quidem est vt causa, non vt signum cum per vasa thoracis transit materia, thorax tunc premitur ægreque spirant tunc homines: hoc fit inminente crisi aliquando: loquitur hic de febris assiduitate, in qua nulla spes est intermissionis: & vnde vitalis facultas dericitur.

1. Ante delirium si euenerit, solet esse magna & rara respiratio: si post, parua & frequens erit. Agit hic de dyspnœa quæ fit post delirium, cum translatione bilis exarescit cerebrum.

3. Vt signum, & vt causa. vt signum, quia significatur sublatio vsus respirationis: quodque fit translata materia in cerebrum. Vt causa, quia cum vsus respirationis necessi-

tati non respondet, fiunt homines pneumatici. Et lacteactaria facultate animali, respiratio facile vitali denegatur.

L I.

*Abscessus
per febre.*

Εν τοῖσι¹ πυρετοῖσι² ἄποσήματα, μὴ
λύόμενα πρὸς τὰς³ πρώτας κρίσεις, μὴ-
κ⁴ νέου σημαίνε.

L I.

In¹ febribus² abscessus, qui primis
3 crisiibus febrem haut soluit, + diutur-
num talem morbum fore ostendit.

1. In longum tempus excurrentibus.

2. Si non tantum excernatur quantum
est necessarium: vel si materia decumbit in
partem quæ non est totius materiae capax. &
si non procul à foco morbi excludatur.

3. Quibus crisiibus obueniunt illi absces-
sus: cum iam ad septenariorum vim ventum
est, ut die vigesimo septimo, trigésimo quar-
to, quadragesimo, sexagesimo. Quo tempo-
re nec irritatione, nec materiae preparatione,
natura ad excretionem excitatur, ut in Clazo-
menio, & in Ancilla pictoris. Et talia tandem
apostemata putrilagenem generant, & mor-
tem adferunt: vel longâ die, si pepasum ac-
ceperint morbum finiendum denotant.

4. Quia est iudicans non indicatorium:
nam materiae asperitiam duritiem, ut quæ
tota excludi nequit, vel fractam vim nature
denotat. Sic si haimorrhagia, vel alui proflu-
uium euenerit die critico, & si ab his perennat
morbus, vel diuturnus, vel calamitosus is
erit. Ita à peripneumonia vel pleuritide ob-
orta parotis quæ morbo finem non imponit,
calamitosa. Quasi dicat hoc Aphorismo, si
iudica-

*Vfus Apho-
rismi.*

indicatoriam non iudicans prauum sit in ab-
 scessuum exclusione, quid igitur per veras cri-
 ses si tale enenerit fiet?

LII.

Οκόποισι εν τοῖσι πυρετοῖσι η̄ εν
 τῆσι ἀλλοῖσι ἀρρώσισι χτλ² ἀραιρε-
 σιν ὀφθαλμοὶ σακρῦσιν, ἔδ' εν³ αὐτοῶν.
 ὀκόποισι ὅ μὴ⁴ χτλ² ἀραιρεται, ἄτο-
 πώτερον.

Lachrymas
 quid por-
 tendunt.

net ad hunc, sed ad alium lo-
 cum.

LIII.

Quibuscumque per¹ febrēs vel alios
 quosuis morbos, oculi² spontē ac præ-
 electione illachrymant, nihil³ absurdi
 est. Quibus verō¹ (per se illachrymant)
 non à⁴ præelectione, longius à se⁵ ab-
 sunt.

Explicantur hoc Aphorismo signa quedam indiffe-
 rentia, de quibus sine distinctione causarum & cor-
 porum pronunciarī non potest. In quo genere continen-
 tur lachrymæ quas agri profundunt. Nam si ea inuitis
 nobis profuxerint, iam modò mortis adfuture signa
 sunt, quod caruncula illæ resoluta in sympathiam à
 cerebro tracti, cerebri significant resolutionem. Si verò
 lachrymæ profuxerint ex causa aliqua, & non inuitis
 nobis, ex illis nulla indicatio sumi debet.

1. Maximè per febres ardentes, inquit
 Hippocrates in Epidemicis, ἡ μάλλον κρυ-
 σάσκει.

2. Hoc est, ab instinctu ceu à præelectione
 si id faciunt, ἀραιρεται verito præelectionem:
 alii electionem vertunt, cùm tamen electio
 animalibus quoque à ratione alienis ascriba-
 tur: præelectio verò tantum animalibus ra-
 tione vtentibus conuenit. Alii studium & in-
 stitutum,

ἀραιρε-
 σις quid.

Differēt
 & electio
 &
 præelectio.

stitutum, quod latius patet: alii propositum, quod dicitur de fine, cum præelectio sit eorum quæ pertinent ad finem, ut docuit Aristoteles alii voluntatem, quæ tamen distinguitur ab Aristotele à præelectione: alii consilium: quod etiam aliud esse dicit Aristoteles quam præelectio. Est autem Proærexis, actus Intellectus per cognitionem promouens se in voluntatem. Si itaque misericordiâ ducti homines lachrymas fuderint, vel si à fumo, vel à propria affectione pressi oculi illachrymant, ut ab ophthalmia vel à lippitudine, febri minimè symptomatice.

3. Nullam significationem edunt exitus morbi qualis sit futurus: nihil mali præ se ferunt.

4. Hoc est, si hoc nullo instinctu à præelectione, sed à resoluta facultate fiat, ardore ab febrili; nam concaui etiam fiunt. Resolutio canthorum, indicium est resoluti cerebri.

5. Multum sunt à se mutati; resolutâ, scilicet, vi morbi carne, quam ocularum canthis obduxit S. Deus, ad arcendas lachrymas. Intellige modò excusatio perturbationis critica adferri non possit, tunc enim lachrymæ apparent ad haimorrhagiam. Terrificum vero est si vi morbi interni illachriment, ut in Dealcis vxore, cui à phreniti te ichor tenuis oculos feriebat. Sed ceteræ etiam notæ obseruentur. Semper hoc libro ob oculos habere debemus scopum Hippocratis quis sit: ille agit de euentu omnium excretionum ac signorum criticorum per morbos acutos, siue criticos siue symptomatice eueniant.

L I I I.

Οκότοισι δὲ ὅτι τῶν ὀδόντων ἐν τῶσι
πυρε-

3a Ethic.

Cautio
praesaga.Scopus
Hippocratis.

πυρετοῖσι πᾶσι γίνεσθαι, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

LIII.

Quibuscumque per¹ febres² lentiores in dentibus adhærescunt, his³ acerbiores febres redduntur.

1. In continuis : ubi adhuc cruditatis sunt plena omnia Dicit per febres, ut nulla excusatio adferri possit crapulae, vel decumbentis catarrhi, vel vitiosi decubitus; ut hominis decumbentis in dorsum. Hoc fit in illis hominibus quorum caput vel ventriculus circumfluit crudâ pituitâ, nam accedente calore, lentescunt surrecti inde vapores.

2. Fiunt à crapula, vel à lenta ventriculi pituita, nam interior ventriculi tunica ad dentes usque serpit. ab illo lentore videntur, quasi glutino quodam, committi dentes. Huiusmodi pituita ut difficulter flammam concipit, ita conceptam semel diutius retinet.

3. Accensa contumaci materia, quæ in eunte morbo calorem non profert, Albo squalore si obsidentur dentes, diurnitatem morbi: si nigro, mortem: ita si labra talia & leucula habeant: nam iniunctum incendium denunciat. idem de aphthis iudicium: quæ præclarè absterguntur aqua nucum cum aceto extillata, si spongiola admoueat.

Remedia.

LIIII.

Οκτώσισιν ὅπῃ πολὺ βῆχες ἕξῃσιν
βραχέα ἐρεθίζουσι ἐν πυρετοῖσι καυ-
σώδεσιν, ἔστι πάνυτοι δὲ δισώδεες εἰσίν.

Quibus

Tusses sic
et.

Vsue apho-
risini.

Quibus¹ siccae perennant tusses raro
& leuiter irritantes in febribus² ardenti-
bus, non³ admodum⁴ siticulosi sunt.

Exemplo familiari docet febres saepe delitescere: &
sic saepe fallimur, existimantes non ita grauiter homi-
nes febricitare. Sed urina & pulsus testimonium si-
dum dabunt; ac quidnam agendum dicent.

1. Hippocrates alibi has vocat tussiculas.
Siccas intelligit tusses, non a maligna distilla-
tione aut crassa, sed a distillatione tenui &
miti, vel ab intemperie frigida partium respi-
rationi dicatarum. In his nihil expectatur.

2. In febribus intermissionis expertibus;
quae cum summo ardore, iactatione, lingua
scabritie, & siti inexplebili consociari solet.

3. Pro ratione febris ardentis: cuius qui-
dem signum pathognomonicum est inexple-
bilis sitis: quae hic latet.

4. Lingua est particeps membranae oeso-
phagi & pulmonum: quare cum catarrho ti-
gatur illa, has etiam partes humectat.

L V.

Bubonum
febres.

Οἱ ὅτι² βυβῶσι¹ πυρετοὶ, πάντες³
κακοὶ, πλὴν τῶν⁴ ἐφημέρων.

L V.

¹ Febres in² bubonibus, ³ calamitosae
sunt omnes, praeter⁴ ephemeris.

Vide Gal.
ad Glauc.
3. lib. 2.

1. Quae febres, bubones patiunt: ita vt fe-
bricitanti superueniant bubones. Praestat ex
bubone febris, (nam illa est ephemera a cau-
sis externis) quam ex febre bubo. Nam quae
ex bubone fit febris, ephemera est, non au-
tem putrida, quia totus humor in bubone im-
pingitur ita, vt inde non consurgat ea vapo-
ris

ris copia, quo cor feriat. Interdum tamen à bubone fit putrida febris; sed ea fit non ratione vaporis illius qui ferit cor: sed quia cacochymia oblitum corpus facillè in putredinem abripi patitur, à vaporibus illis, in venis contentum succum fœdum.

2. Bubo significat partem & morbum. Morbum scilicet infestâtem partem illam, nimirum phlegmonem glandularum, quæ sunt emunctoria cerebri, cordis, & hepatis. Loquitur autem Aphorismus de bubonibus per se & vltro obortis, sine vi rerum extrinsecus incidentium. Bubo enim per se ortus, signum est partis germen habentis morbosum, & non vindicantis se à materia iniqua; quia febris perennat etiam ab ipsa exclusione.

3. Præsertim si bubones feбри superueniant symptomatice. Nam bubo symptomaticus nunquam erumpit sine peculiari vel hepatis, vel cordis, vel cerebri vitio, ut non crisis vel excretionem partis obsessæ, sed eius resolutionem significet. In bubonibus pestiferis euapora madente stuppa ex decocto florum, chamæmeli, meliloti, foliorum maluarum, scabiosæ morsus diaboli. Tandem opopanax ex aceto coquatur ut soluantur, ac cetaceo transmittatur, & cum oleo laterino iterum coquatur ad melliginem: inde fiat emplastrum. Vel accipe consolidam maiorem & scabiosam, adde ficus detractis pelliculis externis, cum radicibus liliorum, his ex aqua costis ac croco adiecto fiat emplastrum. Apertum vlcus purgetur succo nicotianæ & senecionis, catdai benedicti, & pimpinellæ.

4. Essentia quæ est ephemera, non perido. Quod in his bubo rerum extrinsecus incidentium vi oboretur: eò quod, subsidij causa, magna copia sanguinis in partem læsam

6: Epid. 2.
10.

Remedia.

De feb. diff.
6.

am irruat: vel dolore eò attrahatur, sine vitio partis principis. Et spiritus solùm hic laborant citra putredinem. Verùm in crisi interdum fit salutariter, & virginibus tempore menstruorum: malignæ febris suspicio abfit. & si febris ab illa exclusione mitescat.

LVI.

Πυρέσσοντι ἰδρῶς ὀπιγνόμενοι, μὴ ἐκλείποντο τῆ πυρετῆ, ¹ κακὸν ² μὴ κύνει δὲ ἢ νέσθαι, καὶ ³ ὑγρασίῳ πλείω σημαίνε.

LVI.

Sudor perennis.

Febricitanti [crebri] sudores si supervenerint, febre remissionis experte, ¹ calamitosum: ² protrahitur enim morbus, & ³ excrementitium multum humorem significat.

1. Nullam enim crisin facit.

2. A contumaci materia, quæ exuta est parte sui tenuiore, ac spoliata ferè suo ichore, & infirmior iam reddita est natura, vnde ab utroque difficultas pepasmi.

3. Hoc est, colluuiem magnam, quæ facile mitigari non potest: partiumque solidarum infirmitatem arguit. Ducatur urina ichoraceis & decocto aspatagi, graminis, pyrolæ: detur cornu ceruinum, olfaciat acetum rosatum. Caveat à vento & frigore sensim purgetur semine carthami, & radice methiaca.

Medela.

Spasme febris si incidat.

LVII.

Υπὸ ¹ σπασμῷ ἢ τεταναῖο ἐνοχλημῆ
 ἢ ² πυ.

ἢ πύρετος ἐπιγενομένη, λύει τὸ νόσημα.

LVII.

Qui spasmō aut tetano est correptus, si ei febris incidat, morbum soluit.

1. A repletionē cum copiā crudorum succorum aut flatuum replentur nerui.

2. Quæ sit spasmō analogā.

3. Dissipata materia, & confirmatis partibus. Coquit enim crudos succos. Quasi dicat Utilliter calida & sicca in usum duces: ut decoctum pœoniæ, ligni guaiaci, sarsæ parillæ, ligni sassaphras, theriaca vel mithridatium, castoreum, & talia cætera. Remedium

LVIII.

Ἐπὶ καύσῃ ἐχομένῃ ἐπιγενομένη ῥίγη, λύει τὸ νόσημα.

LVIII.

Si quem febris ardens detineat, semel incidente rigore, finitur. Causa incidens rigorem

Hoc Aphorismo speciem criseos docet. Est rigor, inæqualis concussio panniculi carnosī, qui adīpi subiacet in hominibus, ab excremento quod in peculiari cuiusque natura redundare consuevit. Rigor quid.

1. Exquisita hoc est, continua, & remissionis expertis, sed cum summo ardore, iactatione, siti inexplebili, cum lumborum ac capitis dolore, coniunctaque linguæ scabrities ex motu, coaceruatione, & putredine acerrimorum ichorum, quos, à siti & labore affectæ venulæ, succi familiaris inopia pressæ attraxerunt. Sitis illa excitatur à calore & siccitate ventriculi & hepatis. Linguæ scabrities à fuliginoso fumo ab hepate ascendente. Causæ

Remedium.

lent autem, lumbi cum sanguis, conflagratia maioribus venis & arteriis Ichores fere omnes sunt pepasmi expertes, ut qui summa vincantur difficultate. Remediū optimum est ad acrimoniam illam temperandam potus aquæ anguriæ, vel melonum, vel prunorū alborum parvorum. His miscemus interdum parū aquæ spermatis ranarum, vel aquæ solani, & parum olei vitrioli, cum syrupo acridinis citreorum.

2. Critico (qui semel tantum incidit) sudoris aut hæmorrhagiæ antesignano. Diffusibile ex foco in habitum corporis. Reddidi incidente rigore semel: qui scilicet ante non fuit: quia Hippocrates usus est Præterito tempore: nam Præsens, continuitatem significat.

3. Nam quibus in febribus cottide rigores fiunt, cottidie febres solvuntur: scilicet exclusione febrilis materiæ. Atque hic rigor symptoma est perturbationis critica, & signum iam iam futuræ excretionis. Biliofi illi ichores, quos venulæ arefactæ attraxerant, quorumque incendio causus explenduit, tunc effunduntur sudores. Sed, quid si non sequatur excretio vlla? lethale erit: nam metastasi in caput & diaphragma faciet, vnde delirium. Nam rigor salutis non est author, sed consecutaria illi excretio, quæ primū indicata fuit in viribus constantibus.

L I X.

Tertiana.

Τερταία ἀκελεύς κένεται ἐν ἡμέρῃ
 ἑξήκοντα, τὸ μακρότατον.

L I X.

longissimi Tertiana² exquisita iudicatur septem
 periodis, ut ~~3~~ tardissime.

Quia agit de omni excretionum varietate hoc libro, propterea notas proponit, critica & symptomatica, quo

quò rectè distinguimus, quò euentus euentura sint.
*Qualis est dierum ratio in continuis: talis est ratio pe-
 nodorum in intermittentibus.*

1. Cuius paroxysmus ad summum est
 duodecim horarum. hoc est. cuius celerrimæ-
 acerrimæque sunt periodi motusque, tum sin-
 gularis temporis, tum vniuersalis. nam Gale-
 nus tales tertianas *καυσώδεις* vocat: quam-
 uis sint periculi expertes.

2. Iudicatur ad salutem. Quod acerrimæ
 celerrimæque sunt mutationes, quodque ma-
 teria biliosa & vniusmodi hæc sit pepasmi ca-
 pax, ac expertis malignæ qualitatis: & corpus
 ab inflammatione liberum: naturæ verò inte-
 gra humore stimulata, & intermissione recre-
 ata: nec vlla metastasis humorum quod adsit.

3. Absoluto intra illud tempus materia
 benignæ pepasmo. Vt ergo materia mitior vel
 contumacior fuerit, ita vel quinto, septimo,
 vel nono circuitu ad summum. eam tertia-
 nam iudicari scribitur ad coacas. Fetè statim
 habet quarta accessione, hoc est, nono die.
 interdum septimo vel vndecimo die: decimo-
 tertio declinat. Nam, vt hic inquit Galenus,
 vt in perperæutis morbus quinto, quarto, &
 tertio die iudicari potest, ita in tertiâ inter-
 dum natura non expectat septimam perio-
 dum. Initio ducatur aluus, accipe electarij le-
 uitiui drachmas sex: diacatholici drachmas
 duas: cum, aqua cichorei fiat haustus. Dein
 cum apyrexia adest, modice adimat ut sanguis
 si opus est: ac præpara Iulapiis per triduum:
 mox purga Rhabarbaro cum manna & Syru-
 po rosato laxatiuo.

*Tertianæ
 crisis.*

Remediorum.

L X.

Οκτώσιτον ἀν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὄντα *Sarđetas*
 κωφωθῆ, αἷμα ἐκ ρινῶν ρυέν, ἢ ³ κοιλ- *per mēbra*
κενῶσ.

λίη ἐκταραχθεῖσα λύει τὸ⁴ νέσμα.

LX.

Quibus in febribus¹ aures obsurdue-
runt,² sanguinis profluvio è naribus, aut
alui³ commotione⁴ morbus finitur.

Proponitur exemplum perturbationis critica, salicet surditas.

1. A palindrome materiae morbificæ ad aures: non à resoluta vi cerebri: quod labefactatum est à vehementi morbo. Sed si criticòs eo feratur materia, solutionem adfert hæmorrhagia. Nam si Symptomatica fuerit ea translatio, imminet phrenitis: nisi alui solutione id periculum tollatur.

2. Si λάβρος feratur.

Remediam

3. Cum bilis plena effunditur manu. Dare solemus electarium de succo rosarum, cum siupero rosato laxativo, & manna vel cum electariolenitio.

4. Cum hic refluxio vel effluxio humoris à capite, qui aurem opprimebat.

LXI.

ἤσυχον. Πυρέσσοντι ὡς μὴ ἐν² ἀεισῆσιν ἡμέρησιν³ ἀφ' ἧς ὁ πυρετὸς, ὑποσπάσῃ⁴ εἰς τὸν σπλῆνα.

Trinquet.
de Noct.
c. 31. n. 21.

Febricitantem nisi diebus² imparibus febris³ dimiserit, solet⁴ reuerti.

Febricus criticarum
fit interu
missio.

Non satis commodè accipit hunc Aphorismum Hippocratis Galenus, eumque in suspicionem falsitatis ducit, quod etiam decimoquarto aliisque paribus diebus feliciter eueniant crises. Neque enim decimus quartus aut vigesimus pares sunt dies, si Medicam supputationem in eas. Agit autem Hippocrates ex professo de mor-

bus acutus, quorum cum materia sit biliosa, paroxysmos etiam habere debent dies impares.

1. Si continua febre causodi quis detineatur: quæ ultra decimum quartum excurrere non solet.

2. Quia illæ febres continuæ moventur diebus imparibus: hoc est, paroxyfimi fiunt his diebus imparibus. quare, cum in paroxyfimis crises fiant, necessario die impari, ut quinto, septimo, nono, undecimo, decimoquarto, finire criticòs deberent. Quo isti ergo die pari fiunt, non fiet id criticòs. sed ab oppressione naturæ, quæ materiæ ferociâ vel copia irritata aliquid excludit, sed non ita ut deberet, in copia, qualitate, & excernendi modo, vel fessa natura suæ resolutionem facultatis retentivis indicat. Si enim paribus diebus motum iniisset, pari etiam die criticòs potuisset quid excludi. At morbi acuti febresvè continuæ rarò paribus diebus moventur: nam plerumque à bile nascuntur: quæ tertio quoque die confurgit in naturam.

3. Cum exclusione alicuius materiæ.

4. Nam iudicatoria non iudicantia ad mortem vel ad deterius apparent. Vide historiam de Philisco & de Philiste.

LXII.

Οκόσοισιν ἐν τοῖσι¹ πυρετοῖσι² ἰκτεροι³ ἐπιγίνονται πρὸ τῆς ἐπτα³ ἡμερῶν, κακόν.

LXIII.

Quibuscumque¹ per febres² icterus ante septimum diem incidit,³ calamitosum. Icterus ante septimum,

Quoniam precedente Aphorismo censuit eam solam

crisim bonam qua a dicitur die impari : iam exemplo hoc familiari declarat non quouis die impari salutariter apparere signa vel fieri crisim : eo quod non omnis dies impar salutaris crisicos sit capax, sed is solus qui ante significatus fuit signis apparentibus ad tempus crisicos. Ratio Aphorismi est, Cum ante septimum diem cruditati plena sint omnia, nulla excretio ante septimum diem salutaris esse potest : quod illa excretio ante septimum diem facta significata non fuit (non enim significari potuit) signis ad tempus crisicos pertinentibus. Sed dicit, Teracuti quarto iudicantur die. Verum id est, sed non per icterum iudicantur.

1. Ut nulla inflammata hepatis, aut obstructa vesiculae bilem excipientis, aut venatae potionis excusatio ad terram possit.

Merus triplex.
2. Exclusa bile ad cutem. Est autem triplex icterus, criticus, naturalis, & symptomaticus. Unus est itaque symptomaticus, qui fit vitio partis : ut qui sequitur scyrrum hepatis vel phlegmonem, aut obstructionem hepatis. Alter est, qui sequitur motum morbi, ut qui sexto die per febres incidit. tertius fit ex potione venata: hic dicitur viridis icterus. Ex his posterioribus duobus fit ille etiam icterus de quo hic agimus, nimirum ante septimum diem.

Naturalis
3. Nam febres quae translatam criticam bilem ad cutem iudicantur, a tali bile nascuntur quae naturam crassior ac crudior est, quam ut ante vii diem mitigari possit. Propterea merito fuit istum hoc esse asserit. Nisi aut alui aut urinae profluvio, aut haemorrhagia iusta periculum arceatur, quod Heraclidi contigit, & restitutus est : non Hermocrati. ideoque interiit. Quasi dicat Hippocrates, Non satis est imparibus diebus febres moueri, sed statim apparere debet quod significatum fuit. Nulla ergo febris ante septimum diem salutariter ictero iudicari

iudicari potest. Non tamen is icterus qui post septimum incidit, periculi expertus est, nam perseverare poterit obstructio & phlegmone. In critico ictero apparent signa pepasmi in urinis, alvus fertur laudabilis excrementis. Meminit huius Aphorismi Plinius 26. lib: 12.

LXVII.

Οκόσοισιν ἐν τοῖσι ¹ πυρετοῖσι καθ' ἡμέρω ² ῥίγηα γίνεται, καθ' ἡμέρω οἱ ³ πυρετοὶ ⁴ λύονθ'. Rigores febriles.

LXIII.

Quibuscumque in ¹ febribus [intermittentibus] ² rigores, incidunt cotidie, febres ³ cottidie + solvantur.

Est Aetologia sequenti Aphorismi, & propterea postponi deberet.

1. Quales sunt tertiana, quartana.
2. Aut horrores aut frigora: nam de peculiaribus intermittentibus agit.
3. Silent enim febres discussa febrili materia, cuius motu paroxysmus fiebat. Sed cur causus vno rigore discutitur, tertiana verò variis paroxysmis? Quia non solum in humoris vitio consistit, tertiana, sed etiam in patris gignentis & suscipientis vitio.
4. Hoc est, eo die febris expertes agunt. Sed manet focus unde redintegratur novus paroxysmus.

LXIII.

Οκόσοισιν ἐν τοῖσι ¹ πυρετοῖσι τῆ ² ἑβδόμη, ἢ τῆ ³ ἑννάτῃ, ἢ τῆ ⁴ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἰκτεροὶ ἐπιγίνονθ'. Icterus per febres continuas.

⁶ ἀγαθόν, ἢ μὴ τὸ δεξίον ⁷ ὑποχόνδριον
σκληρὸν ἢ. ἢ ⁸ μὴ, ἢ κ⁹ ἀγαθόν.

LXIII.

Quibuscumque per febres die² septimo, aut³ nono, aut⁴ undecimo, aut⁵ decimoquarto icterus incidit, ⁶ salutare, nisi dextrum hypochondrium ⁷ obduruerit. sin⁸ minus, calamitosum.

Hic de continuis febribus agit: antea egit de intermittentibus.

1. Ut scilicet nulla venenati morsus neque inflammati visceris, neque obstructa vesicula excusatio adferri possit.

2. Totius historiae morbi. ante quam nulla incidit salutaris excretio in acutis.

3. Siue sit totius historiae nonus, proptereaque intercalaris; siue nonus ἐν ἀποδείξει αὐτοῦ à tertio; nam is erit septimus.

4. Totius historiae, cuius index fuerat septimus. aut est septimus ἐν ἀποδείξει αὐτοῦ à quarto die.

5. Qui indicem habuit undecimum.

6. Quia est iudicatorium iudicans.

7. Aut primaria aut secundaria affectione. Nam quocumque die apparuerit Icterus dextro hypochondrio, est symptomaticus.

8. Si apparuerit sine vlllo dierum indicantium & iudicantium delectu.

9. Nam significat motu morbi quod euenit: & est causa quod febri, etiamnum remissionis experti, accessio adiungatur. Modò non alui aut urinae profluuium, aut haimorrhagia calamitatis causa tollatur. quod Heraclidi contigit, non Phanagreoni nec Hermocrati. Icterus enim symptomaticus causam non tollit: sed potius arguit illius visceris vitium
quod

quod eo hypochondrio continetur. Nam ut
 habet Galeus, commentario ad historiam
 Hermocratis, Submollis hypochondrij tensio,
 phlegmonem in diaphragmate significat, vel
 Simarum partium hepatis. Maxima vero du-
 tities, gibbarum partium hepatis phlegmo-
 nem arguit. Icterus post septimum diem, si
 febris finem imponat, bonum. Icterus à fol-
 liculi fellis obstructione ita vincet, Accipe
 thabarbari drachmas duas: cinnamomi scri-
 ptulum: agaiici trochiscati semidrachmam:
 Zinziberis, semiscriptulum: infunde vino te-
 nuu & aquæ endiuixæ: colaturæ adde mannae
 electæ drachmas duodecim, fiat haustus. De-
 inde accipe lumbricorum terræ puluerisato-
 rum scriptulum: diaspolitici grana octo: cum
 sirupo byzantino fiant pilulae tres: & super-
 bibat decoctum absinthij ex vino, si non fe-
 bricitat: alioqui ex aqua. Et pro potu utatur
 solo illo decocto.

Axioma
Remedium

L X V.

Ἐν τοῖσι¹ πυρετοῖσι ἀπὲρ τὴν κοιλίαν²
 καύμα ἰσχυρὸν, ἢ καρδιαγγῆς,³ κακόν.

L X V.

In¹ febribus si incendio aluus² con-
 flagrat, cum stomachi morfu,³ malum.

Aluum.
Incendium
cum cardio.
gras.

1. In febribus continuis.
2. Ardor ille ventriculi ingens & oris ama-
 ritudo, symptomata sunt anadromes ma-
 teriæ biliosæ acerrimæ ad ventriculum: quæ
 calamitosa est ventriculo: nam eius vim labe-
 factat. De illo incendio loquitur hic Aphori-
 smus in quo manus pedesque frigent, ventri-
 culo costisque calentibus. Nam accedit trans-
 latio symptomatica materiæ biliosæ. Omnis
 autem anadrome materiæ biliosæ in partem
 nobilem

nobilem mala est, facit enim morbum funestum aut diuturnum.

3. Hæc enim symptomata biliosa materia, partis eius vnde manat hæc materia (quæ est hepar) calamitatem arguit, & parti ad quam fertur (quæ ventriculus est) calamitosa est hæc enim contumaciter eius tunicis adherescit: vnde ciborum depravatio, & Syncope ex synchymia cordis. Hic Aphorismus in eoacis prænotionibus ita legitur: Quibus in febribus premitur morsu pectus, malum, & sub hoc est, pectus: per pectoris dictionem intelligit hic stomachum, id est orificium ventriculi, usurpato per synecdochen iterum, pro cartilagine ensiformi quæ pectoris pars est: & per Metonymiam id quod sub illa ensiformi cartilagine continetur, orificium nempe ventriculi. Sed quare fluit bilis ab hepate in ventriculum per febrium assiduitatem ardentium? Quia resoluitur fundus ventriculi, vnde concepta bilis in ipsius tunicis fluctuat, nec exitum habet. Nihil melius esse usu deprehendi, cum queruli sunt agri de flagrante cordis incendio, quam ex panno rubro imponere cordi epithema ex aqua rosata cum aceto, & semidrachma diarthodonis abbatis. & iulapium propinare ex aqua cicherei cum sirupo de acedine citreorum cum pauco oleo vitrioli plurimos ita redintegravi S. Dei beneficio.

LXVI.

Εν τοῖσι πυρετοῖσιν τοῖσιν ὄξεσιν οἱ
 1 πασμοὶ καὶ οἱ πλείστα 2 πλάγχνα πόνου
 3 ἰχυροὶ, 3 κακόν.

LXVI.

In febribus acutis 1 convulsionibus &
 qui

Cur influat
 bilis in
 ventriculū
 per febres.

Remedium.

Convulsio
 & præcor
 diorum
 dolor.

qui in præcordiis sentiuntur ² dolores acerbi, calamitosi ³ sunt.

1. Convulsiones succedentes febribus acutis, funestæ, modò non fiant ineunte morbo: quia tunc convulsio febrî finem imponit, ut scribitur in Coacis. Vide historiam de Pythione. Aut modò non accedat illa convulsio vitio vel infirmitate peculiatis instrumenti, quemadmodum euenit in pueris, aut modo non fiat ex euentu, videlicet ob paralyfin musculorum congenerum à translatione materiæ ab interioribus ad genus musculorum: ut non facultatis vitio, sed solius instrumenti infirmitati imputari ea debeat.

2. Tractis intrò hypocondriis phlegmones aut squaloris vi. phlegmone, septi transuersi: squalore, hepatis & lienis. quæ exhausta, in contagium abripiunt diaphragma præ siccitate. Diaphragma autem ad centrum trahitur.

3. Sinistri aliquid præ se ferunt, siue viscus trahatur in contagionem biliosæ materiæ ab anatome, siue id accidat per syntimoriam visceris primum affecti. Sunt enim hæc signa contumacis morbi. & sunt causæ labefactantes viscera. Cum essem in Italia præceptor noster herbarius D. Melchior Guilandinus, cum ex inanitione quidam totum corpore conuelleretur, hominem totum cado repentis olei immergi iussit: euasit.

gò hoc.

Observatio practica. Melchior Guilandinis.

LXVII.

ΤΕΡΤΗ ΤΕΡΙΔΑΝΟΡΗ

A. somno paucor. vel convulsio.

Ἐν τοῖσι ¹ πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῆς ὕπ-
ραν ² φόβου ἢ πᾶσμοι, ³ κακόν.

LXVI I.

In ¹ febribus à somno ² pauores aut convulsiones, ³ malum.

In con-

1. In continuis febribus.

2. Ex fuligine bilis atræ, ab incendio biliosi humoris per somnum excitata. Notanter dicit à somno, vt nulla excusatio ineuntis paroxyfmi adferri possit: nec inflammatio alicuius visceris, aut alterius similis. Nam qui ineunte paroxyfmo fiunt somni, ferè sunt turbulenti: neque tamen propterea in malis sunt ducendi. Et, si malè post somnum se habeat ager, malum quidem id certè est, sed non funestum. Pauores autem huiusmodi sunt quales melancholicis & pueris eueniunt: qui quidem pueris excitantur à corruptione lactis, eleuatis inde in cerebrum vaporibus. Per somnos hoc euenit, quia intrò tunc materia viam affectat, ibique coactrice vi agitur materia.

3. Nam metastasin prauis vaporis ad cerebrum significat: & quòd flaua bilis, æstuante incendio, in atram degenerat: maximè à stomacho hæc materia sutrigitur. quasi dicat. Si inde, vnde multum præsidij expectatur, affligantur ægri, in angusto spes erit. Id autem euenit, cum à somno humor fit magis efferus. Monachus quidam quem cum meis præceptoribus Patauij inuisebam, ardentè febricitabat, à somno exiliens se è fenestra precipitauerat; cum pulsum tangeremus, tractionem neruorum manus animaduertimus; obiit.

LXVIIJ.

Εν τοῖσι πυρετοῖσι πνῶμα¹ θεροκρόνον, κακόν. ²σπασμὸν δὲ σημαίνει.

LXVIII.

In febribus spiratio illisa in faucibus mala: conuulsionem enim significat.

1. Hoc est, duplex spiritus intrò reuocatio qua-

tio: qualis est puerorum eiulantium. Accidit autem hæc intercisa respiratio, quòd thorax vnico haustu nequeat tantum aëris intrò trahere, quantum ad cordis refrigerationem opus est. Huiusmodi autem respiratio admodum frequens est pueris eiulantibus. Nam cum facillimè irascantur, & fuligine abundant, calor ipsis augetur, at musculi his sunt infirmi: itaque non possunt vsui necessario satisfacere vnico haulu. *Πρόσκιπτοι* dicuntur equi cespitantes; sic offensat spiritus, alibi vocat, *τὸ ἀνδρῶν προσηπταῖον*.

2. Acut.

2. Conuulsionem significant musculorum duodecim respirationi inseruientium. Cum in omnibus morbis acutis omnis respirandi difficultas perniciofa habeatur, tum verò præcipuè calamitosa est hæc respiratio intercisa. Nam cum adsit necessarius respirandi vsus, ob incendium videlicet caloris natui, si desideretur integritas instrumenti respirationis, præsertim mouentis, hoc est thoracis, laborantibus ipsius musculis, in angusto spes est.

L X I X.

Οκίσσιον ἔρε¹ παχέα, ² θρομβώδεια,
³ ὀλίγα, ἐκ ⁴ ἀπυρέταισι, πλῆθος ἐπελθὼν
ἐκ ⁵ τατέων ⁶ λεπτῶν, ⁷ ὠφελέει. μάλιστα ὅ
τὰ ⁸ τοιαῦτα ἔρχε⁹ * οἷσιν ἐξ ⁹ ἀρχῆς ἢ
διὰ * ¹⁰ ταχέων ¹¹ ὑπίσασιν * ἴχει.

⁹ πῖσιν
* παχέων
* ἔχει.

L X I X.

Quibuscumque vrinae primum quidem sunt: crassæ mox ² gruminosæ, ³ pauca, non febris + expertibus, si ⁵ ab iis copiose profluxerint ⁶ tenues ⁷ iuuant: Maxime verò

Vrinae crassæ & crassæ.

mè verò eiusmodi fluunt⁸ urinae, quibus
ineunte⁹ morbo, aut¹⁰ breui¹¹ sedi-
mentum habent.

De febrium certissimè Iudiciis iam agit, quae pe-
tantur ex venosi generis excremento, hoc est, urina. Et
docet quid haec significet ex sui substantiâ, copia, &
qualitate, in colore, odore ac remixtis. Quidam hanc
urinarum tractationem ab ea, quae traditur libro se-
cundo Prognosticorum distinguunt, quod hic patetfi-
ciat Hippocrates vitia partium urinarum. libro ve-
rò illo Prognosticon doceat Signa quae ex urinis petun-
tur, quatenus videlicet appareant ad mortem vel ad
salutem, ad deterius, vel melius: ad crisin, vel ad tem-
pus criseos: sed male, quia omnia haec eadem, loco
hoc, ex urinis docet Hippocrates. urinam definit Ga-
lenus, isumerum qui sunt in venis serum. Plato in
Timaeo dicit eam esse serum mixtum sanguinis.

Urina
quid con-
tinet
ab historia
Hermocra-
sa.

1. Ex crudae materiae copia: ut in febribus
lentis. Crassescunt ita, quod à flatulento spi-
ritu contenta confundantur.

2. Disiectis per urinam sedimentis, ut qui-
busdam interuallis appareat liquor sincerus
urinae; aliis autem partibus multae concre-
tiones grumosae. Quemadmodum quibusdam
temporibus appareat caelum quadam parte
nubibus coactum: aliis partibus quibusdam,
serenum, nostra lingua dicimus de hemel is ge-
trapt quasi dicas, gradibus nubium caelum
distingui. grumosum caelum. Iudicium est in
urinis secerni partes crassas ac crudas. quod,
ineunte morbo, fit non à pepasmo perfecto,
sed quod crassae partes à flatibus & à calore
agitantur. Postea à caloris vi mutatur haec
hypostasis, in eneorema; indicium materiae
crudae plurimas partes mutari in flatum, à ca-
lido emicante tandem sedit id in hypostasin
bonam.

3. Quod secernatur pauca urinae materia,
ob ma-

ob materiæ contumaciam ac crassitiem.

4. Ut nulla excusatio affectiouis nephriticæ adferri possit. In non valida admodum febre, utpote à crassis succis enata,

5. Scilicet grumosis & paucis.

6. Hoc est, solito tenuiores. hoc est, mediocriter crassæ. fusa iam materiâ cruda à caloris natiui vi.

7. Quod ab abscessu liberant, vel diadochen febrilis materiæ mox excludendæ significant. Nam indicant, mitigatam iam esse crassam materiam, vias meabiles, ac naturæ vim efflorescere.

8. Tenuiores solito, quæ ante fuere crassæ, grumosæ, & pauca:

9. Hoc est, primis quattuor diebus.

10. Hoc est, non ita multo post. hoc est, septimo die.

11. Bonum loco, & materia. Vnde significatio sit integræ naturæ, ac materiæ pepsimicæ capacis. Tales urinx primo libro epidemion iuuenibus apparebant ad haimorrhagiam: senibus, ad dysenteriam cruentam. Si verò perseverant urinx crassæ, longitudinem morbi, vel calamitatem denunciant: calamitatem, si signa prava adfuerint, cum virium infirmitate.

LXX.

Οκόσοισι ὅ ἐν¹ πρετόισι τὰ ἄρα²
ἀναταραχόμενα, οἷον³ ὑποζυγίς, τῆτέ-
οισι⁴ κεφαλαλγία ἢ πέρσις, ἢ παρέσσον

LXX.

At verò quibuscumque per¹ febres
[essentiales] urinx sunt² perturbatæ, ut
³ iumentorum, sanæ us⁴ cephalalgia ad-
sunt, aut in propinquo sunt.

Præcedente Aphorismo egit de urina substantia secretionis particeps vel experte: fit autem id vel ex alieni humoris permixtione, aut corruptione propria substantia, at nunc agit de crassa, proprii, liquoris vitio: unde significatio fit perturbationis in venis, a flatulento spiritu. Substantia urina aut tenuis est, aut crassa, aut mediocrius. Crassa, aut alieni humoris permixtione, aut vitio propria substantia. Hic crassa, crudelitatem humorum significant, & flatulentum spiritum: seu, ab hoc ipso, perturbationem in venis. Et ha crassa tales sunt sine spe secretionis materia mixta. Etenim significant in venis perturbationem à flatu & copia crudorum humorum. Talia sæpe in pestilentialibus febribus apparent. A provisione totius, damnis conservam foliorum acetosa cum margaritis: ut superbibant dilutum scordei, calendule, acetosa, endiuia. cum sirupo ex carduo benedicto & de acore citreorum: remixtu pauca guttulis vitrioli.

Remedium.

1. Ut nulla excusatio affectorum renum adferri possit.

2. Quæ non clara redduntur quiete.

3. Animalium veterinorum *σφασις* vocat, & *πυρεσις*. Hoc est, urina quæ animalium urinas referunt specie, quæ diu depositæ non unquam subsidunt: ut in Dromeada vxore. Vel quæ cum diu multumque fuerunt perturbata, nunquam apparent conglomerata.

4. A flatulento spiritu sursum dato, cum calore contra naturam, nam perturbatur in venis serum a flatulento spiritu & calore, inde caput impletur. His delirium quoque ipsum, & conuulso à capite euenit & si cum virium infirmitate, ad mortem apparent: ut in in Polyphanto, & vxore Philisi. cum robore, & exigua febre morbi diuturnitatem:

7. Epid.

6. Epid.

5. 15.

LXXI.

Οκτόσιον² ἐξ οὐμαία κείνεται, τριτέ-
οισι³ ὀπνέφελον ἴχει τὸ ἔρον τῆ⁴ τετάρτη
* ἐρυθρόν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ⁵ λόγον.

LXXI.

Quibuscumque [ad salutem]¹ cri-
sis incidit² septimo die, his³ nubeculam
habet vrina⁴ quarto die subrubrā, alia-
que⁵ conuenienter.

Hactenus egit de urinarum consistentia, & de ipsis
vrinis quatenus apparent vel faciunt ad salutem &
mortem, ad speciem & tempus crisis: nunc agit de
contentis, quae tria sunt numero.

1. In morbis acutis, sanguinis ē naribus
profluvio, sudore, vel aluo.

2. Philo, libro de mundi opificio, dicit, φύ-
σις οὐλέσδμον εἶναι, καὶ τῆ ἐσδμάδι χαίρει. &
πλερόρον, hoc est, perfectam vocari.

3. A sero sanguinis, in cuius vitio morbus
suam habet hypaxim: qui tamen omnium hu-
morum pepasmi est capacissimus, maximē ve-
rò eneorema nubilosum si apparuerit, vel hy-
postasis bona: & si tenuis vrina ctassa euadat,
& quæ alba erat, si citrina reddatur.

4. Qui est index septimi. nam nihil saluta-
riter crisin inire potest, quod primūm signifi-
catum non sit signis apparentibus ad tempus
criseos: hæc enim signa præcedere debent ea
signa quæ apparent ad speciem criseos.

5. Naturæ & morbo. Hoc est, alia mor-
borum idea propriis signis criticis indicantur
quo loco sint, & per peculiaris cuiusque indi-
cantur excrementa: ut si quarto die procedit
expectoratum, die septimo crisis fiet. Axio-
ma. Qui morbus inicitus est crisin septimo die

Contenta
nubecula.

legendū

ἰστέπ-

υδρον.

ex lib. 2.

Prog. fol.

404. linea

18. Græc

cod. Basile.

Axioma

die bonam, edit^o pepasmi signa quarto die. Non ex aduerso: nam interdum ea vehementia morbi & celeritas non adest, ut septimo veniat ad vigorem.

LXXII.

Urina alba
pellucida.

¹ Οχόσιπν ² διαφανεία ³ λευκά,
⁴ πονηρά ⁵ μάλιστα ⁶ ἐν τῷ ⁷ φρενιτικῷ
* ἰώ. ⁸ σπν * ὄπραινε J.

LXXIII.

¹ Quibus ² pellucidæ & ³ albæ funduntur urinae, + calamitosa: maximè vero ⁵ phreniticis tales apparent.

Urina vi-
liss.

Deinceps prosequitur colorem & quantitatem urinarum. Et hoc Aphorismo de colore. Color autem urinae varius est, ex caloris totius corporis remissioni vel intensiori vi, aut ex alieni humorum permixtione. Nam duobus modis in vitio sunt urinae, aut propria substantia corruptione, aut alieni humorum permixtione. Propria substantia corruptione, idque tribus modis, aut resolutione, aut putredine, aut concretionem: quia resoluitur, putrescit. Colores urinarum hi sunt, albus, pallidus, rufus qui & naturalis, flavus, ruber, viridis, ceruleus, niger, &c.

Colores
urinarum

1. Vbi per continuas febres adhuc cuncta plena sunt cruditatis.

2. Significant cruditatem, vel puritatem humorum per metastasin humoris alterius: denique labefactam vim naturalis & conomix, & naturæ infirmitatem. & quodcumque horum significauerint, est contra naturam. Metastasis enim, si ea significetur, contra naturam est. Sunt autem hæc pellucidæ contra naturam morbi, is enim cum sit acutus & biliosus, tincta bile deberet esse urina: quin ægei etiam natura, quæ biliosa est, hoc non admittit.

mittit. Quasi dicat, excrementa quæ contra naturam morbi & ægri colorem præ se ferunt, pessima sunt.

2. Parthet. 18.

3. Quales sunt vrinæ quæ habent consistentiam aqueam. Quasi dicat, Mala sunt excrementa cuiusque morbi propria, si fuerint contra naturam morbi & ægri, Alba, hoc est, crudæ, & biliosæ tincturæ expertes: ob bilis metastasin. Si autem notæ pepsimi præcessissent, potuissent hæ vrinæ criticôs apparere ad hæmorrhagiam in iuvene, vel ad dysenteriam eruentam in sene, vt in Bione, Xenophane, & Critica.

limitari.
1. Epid. cōstitutione temporis 3.

4. Si nulla excusatio adfertur possit, nec mitioris morbi (vbi ad abscessum apparent) nec ante apparentis pepsimi. In Pythione praua talis vrina apparuit.

3. Epid. 1. Hister. 1.

5. Suntque funestæ: nam cerebrum inflammat eò translata bilis. In Coacis scribitur, Alba vrinæ a phreniticis mortiferæ. Medici tamen suum vt possunt tunc officium facient, elysmis ac frictio nibus extremarum partium reuellent, venâ in pede vel brachio secabunt; tandem etiam frontis venam. Nuper cuidam ex frontis vena emittebam octo vncias sanguinis, nam potentissime fluebat: euasit is.

Historia.

LXXIII.

Οκρόσιον υποχόνδρια μετέωρα
 διαβορροείζοντα, ὀσφύθ' ἀλγύμα-
 τ' ὀπιγενομένε, αἱ κοιλίαι τετέοισι
 καθιζαίνον, ἢ μὴ φύσαι καταρρα-
 γέωσιν, ἢ ἔρε' πλήθ' ἐπέλθη. ἐν πυ-
 ρετοῖσι δ' ταῦτα.

Hypochon-
 driorum
 sensu cum
 vena co-
 piosa.

Quibuscumque [recens] hypochondriorum¹ tumor incidit cum² murmure coniunctus, superueniente³ lumborum dolore, iis⁴ alui feruntur, nisi flatus erumpant, aut⁵ urinæ copia fluat: atque ea in⁶ febribus locum habent.

Agit de urinæ copia, ut apparet vel facit ad salutem, vel mortem, nam in duobus affectibus iudicandi vim habet urina, nimirum in febribus essentialibus, & in tumoribus hypochondriorum.

1. Merito *egri* dicitur id quod pendulum est, sublato fulcro. Atque hypochondria debent æqualia esse, moderataque in calore & frigore. debent esse mediocri distentionis & contractionis, mollitiei & duritiei. Addimus recens, ex 2. Prognos: nam tales tumores non sunt veteres.

2. Sine dolore & phlegmone: ex flatulenta materia, sine peculiari partium, quæ in hypochondriis sunt, affectione.

3. Qui continentur quinque vertebtis; & ex partes quæ in lumbis continentur, ut vena cava, arteria magna, & quæ inde nascuntur, ut mesocolon: translata ad eas partes materiâ.

4. Quia quo natura vergit, eò crismus & vacationum inelinationes fiunt.

5. Diodesi materiæ quæ borborigmum faciebat in hypochondriis, ad partes lumbis contentas.

6. Essentialibus; non symptomaticis, quales in phlegmone hepatis. Quasi dicat, ut hypochondria illa sint omnis inflammationis expertia, nec villo tumore obsessa. In tumoribus autem viscerum hæc locum non habent. Hæc locum habent in pituitolis febribus, quæ
focum

focum suum alium habent nam dum pepas-
mo hæc aluina materia mitescit, nascuntur
flatus. Hypochondriorum meteorismus re-
cens cum borborigmo flatum significat, hic
clysmata flatus discutientia conueniunt, par-
cus potus, & refrigerantia. Si fuerit recens si-
ne borborigmo, pblegmonem denotat. hic
phlebotomia utilis, & enemata refrigerantia:
medici, quia tormina his eueniunt, calamito-
se malueaticum propinant vinum. Vetus verò
tumor cum borborigmo, tenuium intestino-
tum hecticam intemperiem denunciat: me-
tumque adfert hydropis sicci. Vetus tumor
hypochondriorū sine borborigmo, scirrhum
indicat. Igitur melius est diaphragmati lum-
borum dolorem superuenire, quam ex aduer-
so, non enim bene, infernè si sursum effluat
succus. Hæc itaque, inquit, in febribus nimi-
rum essentialibus, locum habent, quasi dicat;
Ne vlla inflammatio hepatis aut scirrhosi, cau-
sa adferatur, tunc enim hæc non iuuarent.

Hypochon-
driorum
meteorismus

LXXIII.

Οκόσοισιν ἐλπίς ἐς τὰ ἄρθρα αἰφίσαται, ^{Abcessus}
ῥύεται τ' ἔποςάσι ἔρον πολὺ καὶ παχὺ, ^{criticus per}
καὶ λεκόν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπί- ^{urina.}
δεσι πυρετοῖσι ⁴ τετραταίοισιν ἀρχεται ^{anertitum.}
ἐπίοισι γίνεσθαι. Ἦν δ' καὶ ἐν τῶν ῥιμῶν αἰ-
μορραγίῃ, καὶ πίνυ παχὺ λυεῖθαι.

LXXIII.

Quibuscumque abscessus in articulis
expectatur, ab abscessu eo vindicatur
na ¹ expectatur, ab abscessu eo vindicatur
3 la ² multa, crassa, & alba, qualis [urina]
aboriosis in febribus exire solet, & quar-

sed vade
Raro fit, ut
Morbi longi
ischi cum his
perfecte per

aliquam manifestam eva-
cuationem.

tum diem [morbi] agentibus. Quod si
narium quoque accedat profluum,
multò celerius liberantur.

1. Ut si febris difficultas posita sit in pepasmi
difficultate: si urinae perpetuò appareant &
maneant crudæ, & albæ: si pars corporis ali-
qua sit effœminata vel dolori implicita. Non
solum hoc locum habet in febribus laborio-
sis, à lassitudine laboriosa, & ultrò obortis,
sed etiam in peripneumonia sanabili, quæ per
abscessum in crure, aut per parotidas curatio-
nem sui possit recipere. Si venæ micent in tem-
poribus, faciesque si turgidula fuerit cum pal-
lore, abscessum fore significant pone aures.

6. Epid. 2.

2. Ex materiæ pituitosæ mixtione.

3. A lassitudine obortis. in laboriosis, à
calore, in axillis fiunt abscessus, & si quid in
criticis euacuationibus relinquatur, promptus
in abscessum morbus est. 6. Epid. 4. 9. lassæ
febres fiunt à materia lenta crassâque.

4. Vel alio die critico: sed alioqui quarto
id die plerumque euenit, ut seruo Archigenis,
& libri de humoribus in fine.

5. Ut febres quæ excretionem
recipiunt, nonnunquam curantur abscessu: sic
& ij morbi qui per abscessum curari solent ex-
cretionem & per urinas interdum soluntur.
Vult itaque Hippocrates urinas habere vim
iudicandi. Et addit multa, quia paucam, non
est criticum. Crassa, à vi caloris. Alba, à per-
mixtione pituitæ: agit enim de febribus la-
boriosis, in quibus pituita vitium facit. Qua-
re in febre laboriosa abscessus expectatur, ni-
si fluxus urinae multæ & crassæ, vel sangui-
nis, aut fluxus alui morbificam materiam ex-
cluserint. Natura in primis crisi elidere solet
causas morborum: si hoc non fecerit, sensim
mitigare eas solet coquendo: alioqui per ab-
cessum

Urina vim
habent in-
dicandi.

Ad 6.

scellum depellit materiam: vel metathesi fa-
cit, hoc est in alium morbum vertit se mor-
bus. Ut natus sit morbus ex lenta pituita: ex-
cretionem non molietur hic natura, sed sen-
sim coquet hanc materiam, vel abscessum mo-
uebit: nisi natura vegeta excernat hanc ma-
teriam patentibus vrinalibus. Quare naturam
imitari debemus in his, ac vrinalia præscri-
bere. Ut decoctum sarzæ parillæ, & radicum
china. Si non adsit febris, & si pituita vitrea
in vitio sit, ac homo robustus, præclare præ-
scribuntur, grana duodecim pilularum Hiaca-
rum Ralis, cum scriptulo pilularum alephan-
ginarum. Nota quod hic ait Hippocrates, ce-
lerius liberantur: quam, scilicet, per vrinas
qui iudicantur.

L X X V.

Ἡ αἷμα * ἢ πῦρον ὑρέη, τῶν νεφρῶν † κῆ.
ἢ τὸ κύστη ‡ ἐλκωπὴ σημαίνε.

Vrina cru-
entæ & pu-
rulentæ.

L X X V.

Si sanguis & pus cum vrina redda-
tur, exulceratæ vesicæ aut renum signi-
ficationem præbet.

Egit de vrinae substantia, contentu, qualitate, &
colore, quatenus ad salutem vel ad mortem faciunt
vel apparent. Nunc agit de eisdem ut sunt nota affe-
ctionum partium unde manant, nimirum venarum,
& per quas iter faciunt, ut renum; & quibus exci-
piuntur, ut vesicæ: nam serum indicat calamitatem &
integritatem harum partium. Integritas partium de-
prehenditur ex essentia partu: quæ & ipsa cognoscitur
ex temperamento, habitu, caractere & mole. Secun-
do ex actionibus animalibus, naturalibus, & vitali-
bus tertio, ex excrementu: quorum ratio est habenda
qualitati, quantitati, & modi excernendi. Quic-

Partium
essentia
unde co-
gnoscatur.

Excremen-
ta quæ.

quid autem excernitur, aut est substantia rei (sub qua
& aduata continetur, ut sunt adeps, seuum) aut quid
eorum qua continentur in parte ipsa. Hæc autem con-
tenta aut sunt e natura, ut sanguis, & ut urina in re-
nibus, aut contra naturam, ut calculus in eisdem. Pri-
mum agit de contentis in renibus, sero, & sanguine.
primò de horum excretionem, post de substantia colliqua-
tione seu excretionem colliquamenti renum. Quidam
quingagenarius effundebat sanguinis magnam vim
per urinam liquidi, interdum etiam grumos, diu desi-
nistro latere questus erat. Huic secum vena, &
dedimus stringentia: frustra; tandem hæcticus obiit.
Hic usum stringentium nõ admittere lubenter. Alius
cum diu multumque sanguinis minxisset, tandem pus-
tum exiguis calculis excreuit. Quare in mixtu sangui-
nis mihi semper serè suspicio est de calculo renum.

Histories.

1. Ita ut excernendi finis non fiat, quo-
ties urina redditur. Hic notandum. Quòd dum
pus à partibus diaphragmate superioribus ma-
nat, æqualiter id permiscetur urinae: dum ve-
rò à renibus & vesica probeifeitur, non æqua-
liter permiscetur urinae. Præter hoc autem,
quod vomica pulmonis interdum in renum
vomica degeneret. Interdum pus à pulmo-
nibus in epiploon deponitur. Nec hæc miran-
da, cum vsu compertum sit puerum aciculam
quam deuorauerat, eandem per scrotum red-
didisse; & mulierem quandam pus, in pulmo-
nibus collectum, per costas excreuisse. Dicit
hic Hippocrates ἐπὶ τῶν, hoc est, ut mingendi
pus finem non faciat: ut nulla suspicio inde sit
partium superiorum, nec meatus urinarij vel
parastatarum eius male affectarum excusatio
adferatur. nam hi non mingunt pus: sed ma-
nat illis inuitis pus. hic scæda colluue labo-
rat, igitur meit, non sequitur.

Mixtus
sanguinis
varias ob
causas.

2. Maxime si purulenta urinae cruentas ex-
cipiant. Nam fieri poterit ut quis sanguinem
mingat à suppressis hæmorrhoidibus; vel
quod

quod crus aut brachium abscissum sit; vel quod patulis emulgentibus venis, natura excludat sanguinem qui qualitate vel copiâ in vitio est: vel à fracta vi iecoris; aut quòd renes, exuti genio, non fruuntur sanguine illo pro suo nutritu: vel à calculo feriente renum venulas. Quare non statim in suspicionem abire debemus exulceratorum renum dum sanguis mingitur, nisi vnâ pus elidatur.

Pus excerni potest ex meatu vrinae, pene, vesica, vretetibus, renibus, hepate, thorace, corde, pulmone, & habitu corporis: vide ergo quanam pars in querela fuerit: & quid vnâ excernatur. Pus in transitu inerdum exulcerat vias per quas fertur. Ita, inquit doctissimus Holerius, in corde abscessus & lapides iuenti fuere, in corpore quod pus minxerat, dein vnâ sanguinem, integris renibus & vesicâ. Saepè calculosis exulcerantur vretetes.

Pus in
vna ob
vna causa

LXXVI.

Οκόσοισιν ἐν τῷ ὕρῳ παχὺ ἔσονται, σπυρίαι μικρὰ, ἢ ὡσπὺ τριχῆς ξυωξέουχον, τυτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Vrina cum
carunculis
vel capillis

LXXVI.

Quibuscumque cum vrina¹ crassa carunculae paruae² aut veluti, capilli quidam exeunt, iis è renibus excernuntur.

Iam agit de vrina ut est colliquamentum, hoc est, ut est excrementum substantiae renum, hoc est, eius rei que substantiam eorum constituit. Renes enim videntur ex multis carunculis coaluisse.

1. Integris venarum rebus, ut nulla concoctionis ratio desideretur: quod beneficium concoctionis à venis est. Vult enim nullam

desiderati rationem concoctionis: ac proinde significat, à vitio venarum non manare illas carunculas. Crassæ & oleosæ vrinæ significant colliquamentum adipis renum. Nam quæ excernuntur, aut sunt substantiæ rei, aut à inata substantiæ, aut contenta in re. Si crassæ fuerint vrinæ cum membranosis partibus, erunt substantiæ vesicæ excrementa, cum vrina verò tenui si excernantur carunculæ, erunt ab hepate, & venis partibusque diaphragmate superioribus, vt in febribus magnis: vt Albæ, bullis obsitæ, infirmitatem caloris innati significant. Vrina crassâ, hoc est, mediocritatis consistentiæ. Cùm à renibus prodeunt carunculæ, præcessit dolor renum, & vrina purulenta, nec adest febris. Nam cum vehemens febris vit, interdum sanguis in renibus & venis hepatis assatur, vnde quid simile carunculis mingitur, sed tunc nō est vrina mediocritatis.

2. Frustulatim dispersæ.

3. Interdum tamen hi prodeunt à crasso venarum sanguine; vt in his qui intemperanter viuunt cum præditi sint calido hepate, sanguine, & renibus. nam eruda lentaque pituita se in fila conglobare solet. Dum enim ventriculi vis stupet, talem præferre materiam viscidam solet: quæ attracta ad hepar, vbi ad renes calidos venit, vitur in fila, vel sabuleta. si verò putrescat in renibus, vermes ibi generantur; quod voracibus canibus sæpè cucurrit, vt à gonorrhœa: vel ab utero. Cùm à renibus, dolor istic fuit. à parastatibus vasis id est, à semine manant hæc sæpè filamenta: nam à vesica nasci nequeunt: vesica enim in fibras resolui nequit. τρίχιστον hanc passionem vocant, quasi dicas, pilinictionem. Hippocrates hic doctè loquitur: dicit ὄντο τῶν νεφῶν: à renibus vel ex renibus, quasi dicat non à soluta renum substantia, sed à contentis in renibus,

*Lapis Renalis
hæc caruncula.*

*Fixia
m.*

bus, nam ibi concreuere. Doctè admodum enarrat hunc Aphorismum Galenus. Cum itaque capillata materia excernitur, quia homo in calculosæ coagmentationis periculo est, refrigerentur renes illiturofati vnguenti loti aceto, & pauca adhibeatur caphura. Tenuans diæta accedat, ventriculus roboretur, & flamma hepate venisque concepta, sero lactis cum Iulapio violato vel rosato extingatur. Si coagmentatio facta sit, chalybis succus in vinum solutus propinetur manè ad se-munciam, cum duabus vnciis aquæ alkekengi. Vel sumat interdum hieram: & quotidie puluerem citronum, & milij solis, cum melle. Illustris matrona diu calculosum synagma maximis doloribus gestauerat: iam dictum remedium propinauimus: illud in cretam quasi puluerisatam solutum fuit, ac vnâ cum vrina illud eminxit.

Cautio in
meru cal-
culi.

Histeria.

LXXVII.

Οκόποισιν ἐν τῷ ἔργῳ ἡ παχὺ εἶδόντι
πυρρόδρα σπυρροδρα, τὰ τῶν σπυρροδρα ἢ κῦ-
ρα³ ψωρα.

Furfuracea
in vrina.

LXXVII.

Quibuscumque vnâ cum vrina: cras-
sa² furfuracea quædam efferuntur, iis
vesica laborat³ ex scabie.

Iam agit de hypostasi contra naturam, ratione col-
liquamenti earum rerum quæ sunt substantia rei: id
est, quæ rem constituunt, aut quæ adnascuntur. Quat-
tuor autem hypostases contra naturam recitantur ab
Hippocrate, inter quas πυρρόδρα: significat venarum
aut vesica scabiem: quamcumque indicauerit, malum.
Nam venarum scabies ratione communis officij inter-
cepti, & ratione difficultatis curandi signum est ma-
lum.

Lib. 2.
Prog.

lum, & etiam causa est mali. Vesica autem scabies, ut & reliqua vesica mala, lethali est ratione communis officij intercepti, & etiam consortij cum aliis partibus.

1. Hoc est, moderatae consistentiae, beneficio concoctionis quam in venis accepit. Si enim cum tenui vrina prodirent, significationem adferrent, per caufos, internas venarum tunicas abradi ab acerrimo succo, qui validissima à febre torretur. Quare hic dicit, cum vrina crassa: ut nulla excusatio sit male affectarum venarum. Vrina cruda est cum fuffuribus, igitur venae laborant: cocta est cum fuffuribus, igitur vesica atteritur.

2. Id est, fuffures tritici bene triti referencia.

3. Quod nulla concoctionis ratio in vrinis desideretur, propterea quae fuffures si venis ascribi non possunt: nec etiam renibus, nam horum resolutio per catunculas indicatur. Interna superficies vesicae abrasitur ab acripituita, quare dolor & pruritus eam exercent. Quae cum vrinis feruntur, vel ex naturae lege sunt, vel sunt contra naturam: ut colliquationes totius corporis: & à venis, fuffures cum tenui vrina; vel fuffures cum vrina crassa, hoc est mediocri ac cocta, exclusi, ex vesica prodeunt. Alia in partibus continentur, ut crinodes, grano attrito similis quod iuperfugie molam; & fuffurea ex labore venarum, si cum tenui feratur vrina pus, multum vrinae mixtum, à partibus diaphragmate superioribus: à vesica, inaequaliter vrinae mixtum: à renibus, aequaliter. Vesica superficie tenus exulcerata, sanari potest: Inflammatio vero eius est insanabilis, interceptione communis officij. Molli medicina tractari vesica exulcerata debet, ut emulsione seminum quattuor frigidorum maiorum, seminisque papsueris & pily-

& psyllii: cum trochiscis de alkekengi, ex decocto florum maluae & althaeae in sero lactis: vel ex aqua equiseti.

LXXVII.

Οκόσοι ὑπὸ ταυτομάτῃ αἷμα ἔρῃσι, Sanguine
mittit.
πυτέοισιν ὑπὸ τῆς νεφρῶν φλεβίᾳ ῥῆξι
σημαίνῃ.

LXXVIII.

Quicumque repente ac confertim sanguinem mingunt, his ruptae à renibus venae significatio fit.

Explicat nunciationem excrementi quod κατὰ φύσιν in renibus continetur, παρὰ φύσιν autem quod excernitur.

1. Hic ὑπὸ ταυτομάτῃ non significat ultro: nam id etiam potest fieri ab externa causa, ut ab ictu, lapsu, casu; nam ab his rumpi potest vena in renibus. Vel etiam ultro reddi possit, ut intelligas sanguinem illum praeter expectationem emingi, quod nulla praecesserit causa manifesta quae venam dilacerare potuit aut eam aperire, ut rerum leptomerarum usus, nullus autem à foris impulsus. Urinae cruentae sunt sanguineae vel praerubrae, significantque renes non fungi suo officio. Ut ventris praerubra proluviae, hepatis vitium indicat. Verum non ita solet per dysenteriam effundi sanguis: hic verò multus repente, meracus etiam, & qui in terram effusus concrefcit, cum à vase rupto exiliit. Sed unde funditur meiendo sanguis? à renibus, vel à musculo vesicae, vel uterere. Qua ratione id discernam? Sanè ab uterere vel à vesica parca funditur manus: & à vesica cum venit, id fit ulceris vi, unde dolor, pus, & lamina. Plenà vero manu à renibus Varia causa
sa mittit
sanguinis.
Primo pro
31.
& à

& à vesicæ musculo. Ut noscam num à musculo, vel à rene? A rene qui mingitur sanguis urinae exactè miscetur: videturque tota urinae consistentia nihil aliud esse quam tenuis ac dilutus sanguis, mox tamen fidit liquidus minimeque concretus, & turbidus. A musculo verò vesicæ qui emingitur non exactè permiscetur urinae, & in fundo depositus grumescit. quin hic grumus qui interdum citra urinam excidit, & dolor quidam circa vesicæ musculum consistit dum meit. Varias itaque vides causas cur quidam inciendo repente sanguinem fundant. hinc est quod veteres variè de hoc existimarint. Milesius, inquit Cælius, debilitate fieri dixit seminalium viarum vel sequi in usu venereo pro semine sanguinis emissionem. Sed, inquit, hoc commune est etiam iis qui in osculo vesicæ, quam urethram vocant, vlcus habuerint. Est harum manifesta discretio. In iis enim qui vlcus habuerint, cum mictum fecerint, sanguis fluit attestante mordicatione & dolore. & aliquando egestione corpusculorum quæ ἰσχυροὶς Græcis vocantur. In iis verò qui debilitate seminalium viarum afficiuntur, solo tempore venere exercendæ sanguis excluditur, nullis corpusculis, & mictum faciunt nulla mordacitate vexante. Notandum quod Cælius Aurelianus annotavit libro quinto Tardarum passionum capite quarto, solent, inquit, sicut in podice, vel foeminarum sinu, aut matricis collo, etiam in vesicæ haimorrhoides generari, quæ fluorem sanguinis præstant, quibusdam intervallis variatum, quod oportet apprehendere prudentem, cum non coadjuvata primo fuerit effusio, sed augmentis quibusdam promotâ, interiectis defectionibus, ac sæpè retento sanguine doloris pube tenus admonitione* cessante cum tensione inguinum, &

S. Tard.
pass. 6.

cap. 5. 7. 14.

& grauedine clunium, vel renum consensu:
 & cum sanguis eruperit, supradictorum rele-
 uatione sequente. Siquidem aliquando infla-
 te ac tumentes haimorrhoides difficultatem
 vel abstinentiam faciunt mictus, dysuriam
 Græcis vocatam vel ischutiam. Hactenus
 Aurelianus. Archigenes verò dicebat, vt statis
 periodis menses & hæmorrhoides, ita & cer-
 tis vicissitudinibus interdum plethora se ef-
 fundit per renes & vesicam. hoc fit apertis à
 natura venis. Galenus cruentas ab hepate
 etiam proficisci putat, vel à renum imbecilli-
 tate, aut rupta in iis vena, erosa, vel aperta.
 Rupta vena effundit liberali manu sanguinem
 purum acidu repente. Diapedesis cruentat vri-
 nam ita, quasi quis lauet recentem macia-
 tam carnem in aqua. Exesum vas ab vlcere,
 non purum profert cruorem, nec plena manu,
 nec subito. Holerius sanguinem etiam mingi
affirmat, si immoderato exercitio exarde-
scant renes, vel successu ab equitatu. Hippo-
 crates verò hic loquitur de eo quod plerum-
 que euenit, quod scilicet mictus ille sangui-
 nis prodeat à rupta vena in rene à plurimo
 crassoque sanguine tendente ac rumpente ve-
 nam, vel à calculo contundente. Et propte-
 rea addit ὅτι ταυτομάτως, quasi dicat si inopi-
 nante fundatur meiendo sanguis, ita vt nul-
 lus alius qui apparet intus morbus vel morbi
 causa, vel dolor aliarum partium in querela
 fuerit, sed inopinatò funditur, vel ictus sal-
 tus, lapsus, ac rēue quid potulentum pragres-
 sum fuit.

LXXIX.

Οκόσιον εν τῷ ἔργῳ φαρμάδεω
 ὑρίσθ, τετέσιον η̄ κύστις λήθιζ.

Sabulosa
urina.

Si cui in ¹ urina sabulosa ² resideant,
huic vesica ex ³ calculo laborat.

*Explicat rationem excrementi quod præter naturam
in vesica & renibus continetur.*

1. Tenui, aquea, & alba: nam intercipi-
tur à renibus, calculo impeditis, urinae mate-
ria crassior; vel quod vesica frigore calculi la-
befactata nec urinam mitigat, nec à renibus
prolestat admodum.

2. Dicit *vesica*, hoc est, resident: nam
gravia sunt & maiora hæc sabulosa, quam
arenulæ illæ quæ ex ardore hepatis & vena-
rum, sanguinem vrente, unâ cum urinis ef-
funduntur, nam hæc lateribus matulæ adha-
rent, nec digitorum attritu eam aspredinent
& molem præse ferunt; qualem edunt sabu-
losa illa ex renibus vel vesica profecta. Inter-
dum & calculi & sabulosa fatigant. Putris ali-
quando pituita ita imitatur calculum in vesi-
ca concepta, vt quis cum adesse putet, vt
etiam pus, sed & tria hæc confociari possunt.

3. Addit Galenus vel renes, nam hoc sub-
intelligi. Hoc autem fit, quod *σωαγυς* sabu-
losum fiat morâ, cum diu arenulæ illæ hæ-
rent renibus: tunc enim sensim parcaque ma-
nu excernuntur. Non sequitur, non fundit sa-
bulosa, igitur non laborat ex calculo, nam
quibusdam calculi impacti renibus nunquam
arenulas fundunt. Secui olim Hispitem quen-
dam Dominum veneno ab Hispanis subla-
tum, cui innati erant maximi calculi renibus,
nec vnquam eorum indicium editum fuerat,
nisi quod interdum ab equitatione sangui-
nem meieret. Erant autem carni renis innati.
Optimum remedium, cutiones cum paruis lo-
cullis in puluerem redactis, adiecto semine
mili solis; ac melle excepta. Vbi ren calcu-
rum

Hispania.

⊙

lum habet, dolor acutus eum fatigat, ac per-
 uadit ad testes, & stupet crus, ac vomunt.
 His vero quos calculus in vesica affligit, tan-
acerbi sunt dolores, ut nunquam histaceat
dolor. Est autem calculus, glutinosi & crassi
 humoris coagmentatio lapidosa. Hæc dupli-
 cem focum habet, vnum in rene, alterum in
 ipsa vesica. In rene quidem, cum ante coe-
 ptam duci vrinam, quod Hippocrati est *ὄρθ*
ἐπίστασις, illic coagmentatum sabulum, in ve-
 sicam illabitur, nec inde ilico exclusum cor-
 ticatim crescit ac in calculum assurgit. In ve-
 fica vero focus est, perfecto vrinæ ductu, quod
 est *μετ' ἐπισπιν* Hippocrati, cum ibi fit hæc coa-
 gmentatio lapidosa, hoc est, *τὸ σκιάζμα*;
 quod facile fit à lento succo in vesica imbelli
 puerorum, nam hi calent, ut etiam in senecta,
 quod cunctando inibi durefcet materia. Pu-
 tat Hippocrates, non enasci calculum in ve-
 fica *μετ' ἐπισπιν* à quadragesimo secundo, ad
 sexagesimum tertium ætatis annum: ob vi-
 ctus sobrietatem: sed si concreuerit ea ætate,
 id fieri *ὄρθ ἐπίστασις* quia in matura ætate gign-
 endi in vesica calculi nulla est causa effici-
 ens, nec materialis. Est enim vis expultrix
 vesicæ tunc valida, & glutinosi humoris va-
 cuitas. In pueris congestionis lapidosa *μετ'*
ἐπισπιν causa est, lentus à voracitate succus,
 qui diu moram trahit in vesica imbelli. Qua-
 re sæpè nocte emingant pueri. Reliqua ætas
 ad sexagesimum tertium ætatis annum, lapi-
 dose coagmentationis focum habet in reni-
 bus. In pueris itaque calculi coagmentantur
μετ' ἐπισπιν, hoc est in vesica, & corticatim ad-
 gescit. Et etiam grandæui focum habent in
 vesica coagmentationis lapidosa. Corticatim
 in vesica crescit: tandem cum regi non potest
 amplius imperio vesicæ, cruciatus atrocissi-
 mos facit cum micere cogitur homo: quod sæpè

Calculus

quid est CC

foci, est CC

signa

ὄρθ ἐπίστασις
 τὸ σκιάζμα
 μετ' ἐπισπιν
 ὄρθ ἐπίστασις
 μετ' ἐπισπιν

ὄρθ ἐπίστασις
 μετ' ἐπισπιν

sapè fit nisu temerario pressæ vesicæ, irrito tamen conatu nititur molestum excludere calculum, & tunc pro calculo substillum vrinæ edit. Si itaque crebra meiendi adsit cupiditas, cum summa difficultate in mictione extrema, tum vrina lactea, crebroque diuersis coloribus variegata; sique accesserint causæ congestionis, ac partium vicinarum grauitas, sique medio cursu intercipiatur vrina, mucusque innatet, & gutta sanguinis interdum in mictionis sine prodeat, calculus vesicæ in vitio est.

LXXX.

Vesicae affectionum diagnosis. ἢ ὑποκύστιον.

Ἡ ἀίμα ἐξέη καὶ ἰσχυρὰ, καὶ σπυγγεῖω ἔχη, καὶ ὀδῶν ἐμπύκτη ἐς τὸ ὑποκύστιον, καὶ ἐς τὸ πείλαιον, τὰ πείλαια καὶ κύστιν πνεύ.

LXXX.

Si quis sanguinem vnaque¹ grumos sapè mingat, ac² stranguriam habeat, vnaque dolor incidat in³ aqualiculum, & in interfœminium, huius vesicæ vicinæ⁴ partes laborant.

Sanguinis grumi mitionis.

1. Quòd sanguis in amplam capacitatem delapsus grumescat. Nam cum sanguis excidit suis acetabulis aut necessario grumescit, aut putrescit: si in parua capacitatem excludatur tunc vel putrescit, vel suppuratur. Qui sanguis fluit liquidus à renibus, exesit à venis renum, vel ob imbecillitatem eorundem; vel si per diapedesin exudet, vel ab apertis venis renum, vel a dilatatione lotarum emulgentium, siue à iecoris imbecillitate, vel ab vrbis viceratis vel à vesicæ corpore, si coaceruetur

uetur in vesica, grumescit, & grumus ibi putrescit ac actis fit, vnde stranguria, vel phlegmone, vel vlcus vesicæ, vnde dolor vicinarum.

2. Hoc est, urinæ stillicidium cum difficultate mingendi: stranguriam comprehendit ischuriâ & dysuriam, Fit à vesicæ imbecillitate, vel à phlegmone osculi vesicæ vel à grumo, pure, pituita putri lèta, vel ab acerrima bile, fit etiam ab oppressione vesicæ à calculo. Est talis in vesica affectus, qualis in aluo est tenesmus.

3. In pectinem & perinaum ubi ureter vesicæ iungitur. Hic agit de doloris proprietate: nam dolor à dolore distinguitur ex proprietate; deinde ex intermissione, aut assidua ex eius infestatione; ex vehementia aut leuitate teste Galeno 6. Aphoris. 5. Hypogastrium vel hypocystrium (nam antiqui inferiorem ventrem $\chi\upsilon\sigma\tau\upsilon$ vocarunt) est regio situs vesicæ in abdomine.

4. Ducta tecmaris ex immutatione qualitatis. Ceruicem vesicæ affectam denotat vel affici ipsam vesicam, vel ureteres, podicem, & perinaum, & longanionem, ex mictione sanguinea, thrombodi, & stranguria, ac partium iam dictarum dolore in diagnosis venimus vesicam grauiter affligi. Vidi senes qui ex vesica laborantes excernebant tam lentam pituitam, vt quis merito dixisset ipsam vesicam emingi: acerbis aderant dolores: hi moriebantur. Grumos præclare soluit tinea tinctorum cum semine nasturtij, & spermate ceti, cum mumia vt fiat puluis.

Historias

Remedia

LXXXI.

Ἡν αἷμα καὶ πῦρον ὑρέη, καὶ λευκιδας, καὶ ὄσμη βαρβήνη, τὸ κύστιθ ἔλκωσιν πηκασίη.

Vesica vlcera-
ta signū.

Si quis sanguinem aut ² pus mingat,
cum ² squamulis, & cum ³ graui odore,
vesicæ exulceratæ significatio fit.

Pus cui in-
serdam non
faciat.

Aliter, etiam vesicæ exulceratio distinguitur à re-
num exulceratione & ab eo pure quod manat à suppu-
rato pulmonum. Si enim pus urina non permisceatur,
vesica significatur exulceratio. Si inæqualiter urina
permisceatur, renum: si æqualiter, pulmonum suppu-
ratum denunciat. Verum Hippocrates hæc per graueo-
lentiam distinguit. Nam in pulmone si fiat suppuratum,
pus id, ratione generationis, non fœtet: nam à pleno
calore elaboratum fuit. Et propterea, quia per longos
anfractus manat antequam excernatur, etiamsi male
oleret, amitteret tetrum illum odorem. Sic etiam pu-
rulentæ urinae ex renibus excretæ non ita fœtent, quia
in itinere graueolentiam amittit pus. Ex vesica verò
exulcerata quod excernitur pus, graueolet: quia cum
parum ibi sit caloris, pus putredinem facillè concipit, &
tetrum odorem longâ via non amittit. Huc accedit
quod pus partium membranosarum, solet esse graueo-
lens. Renum autem exulceratio significatur, primum, si
pus inæqualiter urina fuerit permixtum.

Renū vlcera-
tis nota.

Vesicæ vl-
ceratæ nota

1. Si sine mingedi pus nō faciat, & nō per in-
crualla id excernat & si ante dolorem punctoriū
fenserit nūc verò dolori pondus sentiat, & se-
quatur rigor, hoc cōfecti puris documētū erit.

2. Squamulæ albæ, colore & ideā vesicæ
tam reserentes nam sunt resolutæ vesicæ par-
ticulæ. Excernuntur cum urina non tenui.

Pus in vri-
na vt no-
scatur:

3. Fœtet pus cunctando; & membrana
facillè putrescit, & nulla aliena prædita est
missione, & sanguinis expertus est. Semen pen-
dulū est in urina: pituita quassata non ita vt
pus diffuit. pituita non ita fœtet, & perio-
dis quibusdam manat. Lac asinum hic sum-
mè prodest: & emulsio seminis psyllij & papa-
ueris, & quattuor seminum frigidorum.

Remediū.

LXXXII.

Οκόσοισιν ἐν τῷ ¹ κέρθρη κύμα ² φύε-
ται, τέτέοισι ³ διαπήσονται & ἢ ἐνεφ-
γένηται λύσις.

*Phlegm,
Solus.*

LXXXII.

Quibuscumque in fistula ¹ urinaria
phyma ² existit, phymate ³ expurato li-
berantur.

Urina supprimuntur variis de causis: interdum ab ex-
hausto, sero per sudores: interdum à materia per deiectione-
m derivata, ut sequenti Aphorismo traditur: vel id fit
criticò, ut quibus futura est crisis, iis urina supprimun-
tur: interdum Symptomaticas, idque vel vacua vesica,
ob consumptionem extremam feri à calore præter natu-
ram: vel propter obstructionem renum & meatuum
urinariorum: vel quia vesica à calculo obstruitur:
plena verò vesica, à refrigeratione vesicæ: vel collum
vesicæ attollitur in molem ab inflammatione, scyrrho
& cæteris, vel ob tumorem longanoni aut uteri: vel à
siccitate conniuente meatu, ut in causo. vel cavo fungosa
in meatu, vel quod ibi sit verruca aut callus: vel gru-
mus, pus, pituita. Si glandula parastata exulcerentur,
deficit humor oleo similis qui in fistulam funditur, ne
acrimonia cadatur, unde conniuet tunc urina meatus.

*Urina sup-
pressio:
Urina sup-
pressa causa
varia.*

1. In eo urinæ ductu qui est in pene. Quod
phyma vel tuberculum, habet pepasmi capa-
cem materiam: unde urina intercipitur. Innas-
citur meatui urinario, vel collo vesicæ.

2. Quod Ischuriam parit plenâ vesicæ.

3. Id est, à suppurato & puris eruptione:
tunc enim libere profluit urina, Ineunte mor-
bo fotu aquæ tepidæ, & litu oleorum discute
phyma quod suppurari potest. Sed carunculus
quia pepasmi expers est, si impedimentum fe-
cerit consumi debet, abstergeri vlcus & clau-

Remedium.

Misericordia.

di. Vide Pareium & Amatum Lus. 4. cent. 17. Ne moriatur æger, inquit Holerius, cogimur carunculam illam absumere & rumpere, facta excorticatione ibi: Remedio carunculis est oleum cucumeris asinini remixtum cum unguento rosato cui pauca grana sublimati vel præcipitati adduntur, candela cerea immittetur docta manu: vel hæc adduntur unguento de tutia. Quidam triginta ferè annis ita laborauerat urinam tenui semper fluxu fluente. his recreatus fuit. In omni suppressione urinæ, sudoris, vel diarrhœæ, fit palindrome ad venas, Symptomataque translatione cerebrum afficitur: si tres quattuorue dies suppressantur. In phymate non vteris mordebentibus ut in hyperfarcosi, in qua candela etiam cerea oblita per ampholyge, antimonio, saphura, cum quibusdam succis immittitur.

LXXXIII.

Οὐρησις ¹ νύκτωρ πολλὴ γινόμενη,
σμιχρὴ ² πλὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

LXXXIII.

Derivatio-
nes bonæ.

Urinæ mictio ¹ de nocte plurima facta, parvam ² significat deiectionem.

Sensus
Aphorismi.

Quasi dicat, Derivationis maxima vis est in fluxibus, ut scilicet auertatur ad proxima, incumbens parti affecta materia morbifica. Ita Galenus liberauit Boethi uxorem mota urina, ab uterino profluvio. Sic theriacam damus in diarrhœa. urinam mouemus in nimio sudore, in vulneribus per vulnerariam potto res abripimus materiam illam alio, que phlogmonem accerseret. in uteri hæmorrhagia hypochondriis vel mammis cucurbitas adimus, in nasium hæmorrhagia venam brachii pertundimus.

1. Quo tempore concoctioni & distributioni operam dat natura.

2. Si nulla immoderatae potionis excusatio adferri possit. Derivatione materiae, & denegato facibus vehiculo: vel exugente hepate calidiore humiditatem ab intestinis.

Summa libri quinti: Canones diagnostici & prognostici

HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER V.

I. HERNII.

paraphrasticâ versione, & breuibus ad obscuriora loca Notis siue Commentariolis illustratus.

I.

¹ Σπασμὸς ἐξ ² ἐλλεβοροῦ, ³ δυνά-σπασμοσιμον.

I.

Spasmus ex ² elleboro, ³ funestum.

Hac parte hypercatharses & plenitudinis Symptomata, thoracis atque pulmonum morbi, vis frigidi & calidi, γυναικῶν hoc est, mulierum affectiones continentur. Quarto libro egerat de omni euacuatione, quamque ratione eueniat: at immodicas sequitur interdum spasmus; de hoc iam agit.

I. Est duplex spasmus, alius est per se, alius ex euentu. Per se, cum instrumentum *Spasmus duplex.*

motus, causam continet in se. hoc est, inanitionem, vel repletionem: ex euentu, cum excretrix vis vindicare nititur se à re molesta quæ ferit cerebrum vel neruos. Spasmus itaque, qui non ab acredine ellebori, sed qui ex hypercatharsi, iam humido neruorum dissipato obortus fuerit, est funestus.

Spasmus
duplex,

2. Multis rationibus à pharmacoposia fit spasmus, vel enim quod acerrimos succos adducit ventriculo, vel acri pharmaci vi quod rodatur ventriculus; vel ab hypercatharsi, vel à trahendi vexatione: nam nerui afficiuntur ob illam sympathiam quam habent cum stomacho. Hypercatharsis fit, non omnino exhaustis vasis, sed quod æquabilis humorum proportio deficiat in his: Inde spasmus est calamitosus, interceptione communis officij, doloris acerbitate, & curandi ἀδυναμία quod ab exhausto fiat: quæ causa est insanabilis vt prudenter his in Scholiis Diæretianis annotatum est. Vt etiam hoc, quod non scribat hic Hippocrates τῶν ἐλλεβορῶν, sed ἐξ ἐλλεβορῶν. τῶν enim significat causam efficientem: at ἐξ va-
 •uitatem significat rei quæ in quæstionem venit, quod hic absentia est ellebori, vt exclusum iam elleborum spasmus sequatur: Vide itaque quale pharmacum sit elleborum, & quibus id sit exhibendum, quibus in morbis, quo tempore, quoque modo ante parandum sit corpus, ad elleborum, & quænam materia sit educenda.

Spasmus
quatuor
sunt.

3. Vt signum exhausti humidi primigenij. Quattuor autem in vniuersum sunt causæ ob quas conuulsio ab elleboro possit dici lethalis. prima est ab hypercatharsi: secunda ob affectionem nerui sextæ conjugationis: tertia, ob prauitatem succorum quos attrahit elleborus in ventriculum: quarta, ab interceptione officij partium quæ ab elleboro conuelluntur.

tur: & hanc, causam vult hic assignare, Ob
 morsum autem ventriculi excitatus spasmus
 sanatur pharmaco vomitorio, aut alio quod
 sua lenitate acrimoniam mitigat humoris.
 Nam spasmus, ab acredine ellebori est sana-
 bilis: ita à materia acri attracta ab elleboro
 ad ventriculum. Sed à nimia effusione est le-
 thalis: cum, inquit Galenus, consummata est
 siccitas, primum suræ musculi contrahuntur.
 Historiam non lethalis spasmi refert hic Gale-
 nus de adolescente qui elleborum biberat: &
 12. Methodi vltima pagina fol. 311. Ultraiecti *Historia*
 quidam in officina medica, me præsentè pur-
 gandi causa, ellebori albi radices siccas masti-
 cabat, & vorabat: dicebat se id sæpius fecisse
 innoxie * Tandem nimia profusione aluina
 enecatus fuit. In nimio alui profluuiò hoc *Remedium*
 maximè iuuare solet: Accipe theriacæ semi-
 drachmam, aquæ theriacalis semunciam,
 aquæ cinnamomi vnciam: aquæ cardui bene-
 dicti vncias duas: misce. Homo hydrelæo te-
 pido immittatur.

II.

Ἐπὶ * ¹ τραύματι πᾶσμος ² ἐπι- * *Ἰσχυρῶς*
 γινόμενος, ³ δανάσιμον. *Spasmus à*
plaga.

II.

Conuulsio quæ in ¹ plagam ² incidit,
 calamitosa.

¹ Intellige omnem grauem offensam quæ
 venit à foris: vt à luxatione, ictu, casu, vltio-
 ne: nam dolor cum proleatet materiam in par-
 tem, vt si sensibilis admodum ea fuerit, vt ner-
 uosa, vel viscus princeps, (vbi materix copia)
 si exitu prohibeatur illa materia inflammat
 partem ac replet. Quin ex præcipiti haimor-
 rhagia nasci in vulnere spasmus potest ab ex-
 haustu

haustu neruorum, vel quod ad internas partes
repat humor vel quia acerrimum pus mordet
neruos: vel quod acri remedio nudus neruus
incurratur; aut si nudus neruus stricto frigore
percellatur:

2. Hæc vox plerumque in malam partem
accipitur, vt ibi, rigor in causum si incidat,
bonum,

3. Ratione exhausti, vel interceptione
communis officij, vel translata materia à par-
te ignobili, in nobilem: Multis autem modis
conuulsio in plagam cadens est perniciosa: vt
si sauciatur caput aut finis muscoli: nisi enim
tunc apparet tumor, incidet conuulsio, tran-
slatâ materia à parte ignobili, scilicet carne,
ad cerebrum: vel si sauciatum sit caput ipsum
aut temporum muscoli: tunc enim Tumor au-
tem cum vulnere aut vlcere salutatis, & con-
uulsionis expers. Si verò tumor repentè, ita vt
nulla *διαφοριστικὸς* excusatio adferri possit, eua-
nescat: pars opposita futuræ mortis signum
dabit. Siquidem posteriores corporis partes
occupauerit plaga, spasmum adferet: Sin an-
ticas & genus venosam, maniam dabit. Præ-
terea *πρὸς ἄνω* in articulos cadit, estque cala-
mitosum. Hinc est quod Hippocrates vlcera,
non, nisi vino, madefacere iubet, indicatione
sumpta ab vlcere, quod postulat detergentia
& siccantia; addit, nisi sunt in articulis. In-
dicatio enim quæ à parte sumitur, vincit eam
quæ ab affectu: hæc verò, aqua & oleo ma-
defacere oportet, conuulsionis metu. Præte-
rea, vt antea monuimus, in vulnera tempo-
rum incidit conuulsio: quare etiam si tenuis
foraminis vulnus in temporibus consisteret,
vel tumor ibi conceptus esset, nunquam ad-
duci debemus vt incidamus tempora, con-
uulsionis metu. Nam conuulsio cadens in tem-
pora, tollit officium partis, cuius officio ca-
re.

Plaga in
diuersis
partibus.

lib. De vl-
ceribus.

Temporum
vulnera.

rere non debemus, nam cibos capere non possumus temporibus conuulsis. Calamitas autem conuulsionis in vulneribus percipitur ex immutatione in qualitate, nam humidum efficitur: in caractere, ex solido tumidum: in mole; ex mutatione in excrementis, sanies enim loco boni puris effluit: Et in actione, involuntarie enim partes mouentur. Tandem cadit in vulnus conuulsio ob exhaustum nam tunc & ratione exhausti, & ratione conuulsionis calamitas imminet: Itaque quæ vulnera sauciant magnas arterias & venas, ab exhaustu accersunt spasmodum, qui tamen non semper est calamitosus: quæ verò neruosis infliguntur plægæ, spasmodum faciunt ob neruosum violatum genus: non enim cum enim nerui inflammentur aut neruosa, oritur spasmodus tandem ob interceptam sanie in parte neruosa, quæ mordicat: *Δανάπμν* periculosum dicit Galenus hic, vt sæpe etiam alias, significat. Optimum in neruis ac musculorum extremitatibus remedium est oleum extusum ex semine hyperici, cui immiscentur ac immaccantur flores hyperici.

Quid significet.
Δανάπμν
μον.
Remedium.

III.

Αἷματ' ὀπιλᾶ ῥύεντ' ὀ, σπασμὸς
ἢ λιγμὸς ὀπιγνόμεν' ὀ, κακόν.

Spasmus
ab haimorrhagia.

III.

Nam quæ ex nimia sanguinis profusione incidit conuulsio vel singultus, malum.

Ætiologia precedentis Aphorismi. Exhausti ratione, & interceptione officij partis quo carere non possumus, & translatione materiae ad partem nobilem. Singultus quidem ratione intermissi officij: ventriculi conuulsio autem, exhausti ratione. Immoderati fluxus causa sunt

Singultus
causa.

ſe ſunt externe, iſtus, caſus, lapſus: interne, eroſio, ruptio, & apertio vena. Fluit autem per os, nares anum, pudenda. Singultus conuulſio quedam eſt ventriculi non proprie, non enim ventriculus eſt muſculoſus. ſit nonnunquam à flatu nonnunquam à repletione, aliquando à prava cibi qualitate: interdum ab acri qualitate nonnunquam exhausta ratione, et hic, & 7. aph: 17. A reuulſione datur ſemi: hyoſcyami ꝛ cum haimatitidu ꝛ ꝑ. coralli ꝛ. ſeminiſ papaueru ꝛ ꝑ. conſerua roſarum. Euenit hac conuulſio, quod viſa ſanguinea ſymmetria ſuccorum fraudata. nervuſ ſu-

Remedium.

gant. Remedio haimorrhagia ex naribus maxime ſunt reuulſio, qua ſit vena ſectio & cucurbitis. ut ſi ex naribus ruat, aperi tenui ictu externas brachiorum: at repetitis vicibus elice. Vidi iuuenem qui totam domum ferè è naribus ſanguine commaculauerat vudante, dixiſſes nihil reliquum vitæ aut ſanguinis ſuperelle: pal- lebat etiam natura: ſecta ei fuit in brachio vena: tres uncia eliſe primo: dein bis vel ter uncia: euasiſt. Nam que remedia frigida ilico capiti admoventur ſpaſ- mum adferunt, refrigerato ac repleto à ſanguine capite. vel ruit in pulmonem. Quod de haimorrhagia hic dicit, idem dici poteſt de omnibus cauſis exhaustis.

H iſteria.

IIII.

Επὶ τῆς ἐκπνεύσεως ἀπασμὸς ἢ ἰσχυρὸς ἐπιγινόμενος, ἢ κακόν.

IIII.

Conuulſio quæ immodicam ſequitur purgationem, aut ſingultus, malum.

Iam vniverſum pronunciat de omni pharmaco, quod primum de elleboro dixerat.

1. Qua non ſolum vitioſus humor, ſed etiam ſuccuſ alibilis excluditur.

2. Nam, dicit hic Galenuſ, ſingultuſ Hippocrati eſt conuulſio ſtomachi.

3. Tum

3. Tum ab exhausto irreparabili, tum pri-
 natione actionis partium quatum officio vita
 carere nequit. A causa est hæc conuulsio in-
 sanabili: Et adest symptomatum vehementia,
 & virium infirmitas. Quæ hic dicuntur ita
 intelligi debent, vt nulla ratio desideretur pue-
 nilis ætatis, consuetudinis &c. Sed quamob-
 rem spasmio nerui affiguntur in hypercathar-
 si? Causa est quod pharmacum, in initio suæ
 actionis, peculiarem sibi humorem ex vasis
 prolecat, vltroque eam copiam qua massæ
 sanguinæ mancipatus erat: (non enim to-
 tum educit: nam si hoc fieret, mors conuul-
 sionem anteuerteteret) deinde sequaciorem suc-
 cum abducit: tandem purum sanguinem eli-
 dit, qui tamen particeps adhuc est reliquiarum
 succorum nutriciorum aliorum. hunc enim
 natura tutata fuit instar opum extremarum.
 Hinc tandem venit mors, non tamen ante
 spasmum, (qui euenit, quod venæ & arteriæ
 sugant madorem sanguineum ac spiritus ex
 neruis.) & syncopen.

Caris.

V.

Ἡ μεθύων ἐξ αἰφνης ἄφωνός τις γέ-
 νηται, ἢ παρὰ τοῦ ἀποθνήσκει, ἢ μὴ
 πυρετός ὀπλάσῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν
 καθ' ἡμέραν κρηπάλαι λίσσῃ, φθίγει
 ἔπειτα.

*Aphonia
 et conuul-
 sio in ebrietate
 etatem eor-
 uens.*

Si quis ebrius repente obmutescat,
 conuulsus moritur, nisi febris inci-
 dens eum corripiat, aut quo tempore
 crapulæ solui solent vocem edat.

Agit nunc de Conuulsione per se ex repletione, quas
fit

fit nervis imbutis multo humore, labefactatoque cerebro à compressione vel ab obstructione. Cum enim comprimatur cerebrum, consecutio depravationis omnium actionum ipsius adfertur naturalium (ut est somnus) sensivearum, motus, & actionum principum. Est autem ebrietas varia, pro eius natura qui bibit, & pro vini conditione in facultate, calore, consistentia, & sapore. Si quis enim cute perspirabili utatur veni vino, quod non asperando, est nervis molestum, is non facile ebrius fiet: aut si fiat, facile evanesceat ebrietas. Si verò quis non perspirabili cute, ut mulier, se liberalius vino inuitas, ut non facile ebria fiat, diutissime tamen durat illa ebrietas: cerebrum enim in his frigidum & humidum una cum ventriculo hinc, inopia caloris nativus, unde non facile dissipantur vapores à vino elati.

1. Vocis expertus, & vnà motus: per convulsionem enim denegatur motus spiritibus animalibus in partes inferiores. Interdum aphoniam significat labefactionem facultatis animalis & vitalis, sublato simul respirationis usu à nimio febrili calore. unde ait, Aphoniam quæ in febrem ardentem cadit, esse funestam: labefactatis facultate vitali, nimirum, & animali. vitalis ab exhaustu laborat per illas febres. Febricitat quis? fit aphonos, hoc est, sine voce, nunquam sanabitur. Si verò vocem edat, quamvis non loquatur, sanabile malum. Hæc aphoniam, de qua hic agit, fit à crassis vaporibus, qui carotidas arterias ac plexum choroïdem intercipiunt, unde sensus & motus non planè tollitur ut in Apoplexia, sed stuporem quendam præbet. apoplexiæ tamen æmulus affectus est, sed qui non in paralyticum, sed in spasmodicum definit totius corporis.

2. Labefactata vi cerebri ab oppressione, & nervis multo vapore & humore imbutis, unde actio vitæ necessaria intercipitur. Convulsio interdum febri finem imponit. Si solua-

tur eadem qua inuasi hora. Dicit quis, Quomodo cum Aphono cerebrum resolutum sit, conuulsus moritur? Respondemus id fieri choroidis plexu repleto, cerebroque aucto plethoricis causis: nec Aphonia hic sumitur pro vera apoplexia, in qua resolutur cerebrum: sed cum id superatur à materia morbifica pro concussio motu, reddit conuulsuū.

3. Quia denegatur exitus spiritibus animalibus in partes, & calor natiuus non potest se explicare, sed translata materiā in musculor, conuulsio accidit, quæ ut specie non videatur funesta, tamen interceptione actionum ad vitam necessariorum, est lethalis. Sensus est, si tanta sit cerebri oppressio, ut æger vocis expertus reddatur, & non pateat exitus animali spiritui ad motum, unde significatur summa caloris infirmitas, moritur.

4. Quæ proportione magnitudini causæ respondeat. Crapula enim, ebrietatis soboles frigida, soluitur modico vini usu. Ita febris hic explicat calorem naturalem, & neruos infirmos partis confirmat.

5. Pro vini conditione, ægri peculiari natura, loco, & tempore soluitur ebrietas. Galenus dicit secundo vel tertio die eam solui, nam crasso utebantur vino Græci. aliis in locis sex vel septem horarum est ebrietas, sed efficiētis & suscipientis ratio est habenda.

VI.

Οκόσι ἑσὸν ἑτέραν ἀλίσκον, ἐν ^{τετανη}
 τεταρσιν ἡμέρησιν ἑσὸν ἑτέραν. ἢ
 πύτας διαφύγασιν, ἢ ὑμέες γίνον.

VI.

Quos tetani vis magna exercet, in-
 tra

tra quartum diem² intereunt: quod si hos³ effugerint, tetano leuantur, & sani euadunt.

Espectat hic Aphorismus vt intelligamus quidnam commodum sit conuulsioni, & quanam in ea sit opportunitas medendi. Conuulsio ab exhaustu natura est incommoda vt signum, & vt causa, & vtroque modo. Vt signum exhaustus, in oculo, & in facie elucet corporis interna prædia depopulari, ac madoregeniuno exui, vnde conuulsio tenerrimarum partium faciei, vt causa, duobus modis, aut enim dolorum vim maximam adfert, vel interceptionem, communis officij: vel vtroque modo, vt in singultu & à dysenteria. Conuulsio etiam à repletionem mala, vt signum & vt causa, vt signum, indicat enim cerebrum oppressum materia copia: vt causa, ratione doloris, qui partem maximè infirmam reddit, & ratione interceptionis officij. Quod verò natura ad infirmitatem adiungat oppressionem à materia copia & contumacia, calamitosum.

1. Distentis cervicis potissimum musculis. Est autem maxima cervici cognatio cum septo transuerso, quod nerui è quarta cervicis vertebra prodeuntes, finiuntur in septo transuerso: hinc spasmus tenta ceruice, intercipitur respiratio. *exterior* magnitudinem denotat mali.

2. Doloris intolerabilis vi, & actionum ad vitam necessariatum interceptione, & maximè thoracis, & est morbus acutissimus, tales verò primo quaternario crisin accipiunt. Intereunt hi quartum intra diem, interceptione actionis. Nam cum duplex fractio per quam est vita, nutritio, & respiratio, per tetanum intercipitur respiratio. Musculi enim thoracem mouentes vim suam amittunt in tetano, vnde homines fiunt pneumatici, fuligo enim non expellitur, nam adest respirandi difficultas, & pulmones incalescunt trabuntque è ca-
pice

pituitam, quæ magis difficultatem spiritandi auget.

3. Medelâ, vel analogâ à febre incidente. placato dolore, quò natura habeat locum se firmandi, quò superet causam morbificam.

4. Absumpta & exclusâ materia quæ nêros tendebat. In quam rem incumbit natura contentione quâdam, illius doloris, ac interceptæ actionis impatiens. Totum corpus oleo immergatur tepenti, maximeque ceruix harysis foueatur.

VII.

τὰ ¹ ἐπιληπτικὰ ὀκλόσοισι πρὸ τῆς ² ἡβῆς Epilepsia eueniunt.
 γίνεσθαι, ³ μετάσασιν ἰχθῆ. ὀκλόσοισι δὲ ⁴ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτέων γίνεσθαι, τετέθοισι τὰ πολλὰ ⁵ ξυμβαπθνήσκουσι.

VII.

Comitiales morbi, aut conuulsiones ¹ epilepticæ quibus ante ² pubertatem eueniunt, ³ curationem recipiunt: at quibus eæ eueniunt ⁴ vigesimoquinto ætatis anno, ⁵ maximam partem commoriuntur.

Scopus authoris est, ut, cum docueris quot modis fiant conuulsiones. videlicet à siccitate & repletionem, deinde doceat ut illæ finiantur & curentur.

1. Epileptici paroxysmi. In epilepsia quibusdâ vicissitudinibus quatitur totum corpus spasmus, cum sensuum omnium afflictione. Fit autem epileptica conuulsio aut per idiopathiam, aut per Sympathiam. Per idiopathiam duobus modis: vno, cum cerebrum prauâ qualitate imbutum est, vt lanæ imbutur tinctura quæ elui non potest, altero, cum

Epilepsia causa & species

cum in se continet causam. ea autem duplex in pueris ob materiae copiam, & ob nervorum infirmitatem: senibus, ob melancholiam vbertatem. Per sympathiam duplex est ea quae fit epilepsia: aut enim à ventriculo fit, aut ab aëra venenata. Est autem epilepsia typica & periodica totius corporis, cum mentis & sensuum laesione Periodica quidem est ebriorum conuulsio, suam enim habet periodum sed non est typica.

Epilepsia,
quid.

Aetas pu-
bertatis.

Αἰματὶς
βερσιδής.

2. Antequam venerem agnoscere, vocemque asperiores aëdere incipiunt. Pubertatis tempus definit hic Galenus à decimo quarto anno, ad vicesimum quintum.

3. In pubertate; confirmatis nervis exhausta materia per caloris natiui ἐκλαμψιν, hoc est explendescencia calidi natiui. Μετάστασις significat alterius morbi successione, quae solet longè priore calamitosior esse: sed hic in bonam partem accipitur: quod nimirum robur succedat, post causae morbificae amotionem per eclampsin calidi natiui materiam absumentis, & nervos confirmantis.

4. Cum ex aspera voce grauem aëdere incipiunt. Et quanto serius ab ea aetate inuasit, tanto erit contumacior.

5. Hoc est, ad vltimum vitae spacium protrahuntur: quod peculiari & inemendabili cerebri vitio euenire videantur: quod continuo materiam gignat. nec iam amplius, per aetatis decursum, validam in melius mutationem corpus inibit. Addit τὰ πολλὰ, nam nonnunquam fatiscente aetate soluitur, plerumque tamen, propter vitium per idiopathiam cerebro conceptum, commoritur. Quasi dicat Hippocrates, etiam ante decursum hanc aetatem remediabimur puerorum madori: vt rebus calidis & siccis is à peruis abigatur, vt quae illi

illi robur acquirant. Quare radicem pæoniae collo appendimus, ac in sorbitiunculis eam coquimus. damus mel scillæ vi imbutum, hyslopo ac roremarino cibos coqui iubemus. Cuidam inueni à manu repebat quid per humeros in ceruicem & caput, mox cadebat. Post prouisionem habitam totius corporis, phœnygnos, adhibui manui: tunc malum incipiebat ab humeris; illis caustica admouit, ac ut theriaca vteretur cottidie manè ad scripturæ copiam iussi. Mox à labris ac linguâ inuadebat & à genis: genus phœnygnos admouit, perennique theriacæ vsu. S. DEi beneficio euasit: sed diu mutus perseverabat. at loquela rediit tandem.

Histerida

V I I I.

Οκόσοι ¹ πλεριτικοὶ γινόμενοι, ἔκ ² ἀνακαθαίρονται ἐν ³ τεσσαρεσκáδεκα ἡμέρησι, τετέωσιν ἐς ⁴ ἐμπύημα μεθίσα. Pleuritidis solutio.

V I I I.

Quicumque pleuritici ¹ expectorabilem ² materiam non excludunt intra dies ³ quattuordecim, iis in ⁴ empyema degenerat.

1. Dicit γινόμενοι, ut significet se loqui non de inchoata, sed de absoluta Pleuritide, hoc est, de inflammatione tunicae costis intextæ, ex sanguinis biliosi allapsu per venam intercostalem, mammariam, vel per venam atygon: vel sic ea ex efferi humoris in latus translationem, vel alterius morbi successione, aut doloris vi.

Pleuritidis

causa, &

quibus viis

fiat.

2. Quæ materia iam est pepasini particeps,

quæq. dimanat ex phlegmone obsessa parte. *ἀνακάθαρσις* Hippocrati est expectoratio materis morbificæ.

*Pleuritidis
curatio hic
indicatur.*

3. *F. Epid.
Anaxion.*

3. Ob materiæ contumaciam, quæ neque phlebotomiâ, nec pharmaciâ, fotu, aut curbitis vinci potuit. Quatuordecim dies intelligi debent totius hystoriæ morbi: non autem eius temporis quo expectoratum procedere cœpit. Quodsi quid alterius mali supervenerit, cadunt antequam ventum sit ad empyema. Quasi dicat, ineunte pleuritide multum extrahe sanguinis, vel purga, fove, ita metum empyematis declinabis. Notandum quod Anaxion iudicatus fuit anacatharsi & sudore. Dicit quis, Anaxion iudicatus fuit trigesimo quarto die. Respondemus, illa pleuritis fuit secundaria, ab orgasmo. Primum ille febricitabat. Non satis commodè Galenus exciperè videtur Hippocratem, cum affirmet illum octavo die venam secuisse: secuit quidem octavo die ab ineunte febre illi venâ: sed non octavo die ab ineunte pleuritide. Nam pleuritis suo statu non manet ultra decimum quartum diem, sed ut hic docet, mutatur in empyema si careat anacatharsi. Sunt autem pleuritidis & peripneumonix dies critici 3. 5. 7. 9. 11. 14.

*Empyema
quid significet.*

Historia.

4. Hippocrates, inquit hic Galenus quamlibet in pus mutationem vocat empyema: vel ita etiam vocat factam inter thoracem & pulmonem (ruptâ vomicâ) puris effusionem. Vtrumque enim, dicit, accidit, cum pleuritici per expectoratum non repurgantur. Quate homonyma vox est empyema: nam significat suppuratum & expuratum, Vidi iuvenem triginta annorum succi sanguinisque plenum qui cum ruri esset, humi dormiuit ac in pleuritidem incidit: Tardè huic à Medicis parumque sanguinis extractum fuit, Dolor perseverabat.

rabat. Decimoquarto in empyema versum fuit malum: dein in expuratum: tandem cum sceda multa expectorasset ac extabuisset, obiit.

I X.

Ἡ φθίσις γίνεσθαι μάλιστα ἡλικίῃσι τῆσιν ἑκτοῦ καὶ δεκάτου ἔτεων, μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

Tabes obnoxia aetate.

I X.

Tabes in eas maximè ætates incidit, quæ à decimo octavo ætatis anno, ad trigessimum quintum finiuntur.

Phthisis hæc à pulmōne, aut sicca est, aut humida. Sicca, ut cum quis sub ardenti Sole iter faciens. pulmōnis humiditas absuñitur. Humida verò, de qua hic agimus. Hæc autem sit per se, vel ex euentu. per se, à rupta, aperta, aut ab erosa vena in pulmōne ab acris distillatione, vel ab ætu lapsu, casu. Hinc fit, quod aerem distillationem Hippocrates vocet ἄκριον ἄλω. Hæc autem acris distillatio labens in pulmōnes aut expectoratur, vel non: si expectoratur, ibi tunc opus est vi magna, validaque concussione, unde vasa sæpè lacerantur pectoris & pulmōnis. Si non, tum ibi cunctando putrescit, & exulcerat pulmōnes. Ex euentu verò, ut tabes angina succedanea est insanabilis. Iuvenes verò tabi sunt obnoxij, tum ratione ætatis perfecta, utpote quæ iam consistat, nec amplius crescat: proptereaque sanguine abundat. ac plethora laborat. tum etiam ratione diætæ in periculo tabis sunt à vasorum pulmōnum ruptione, erosione, apertione. Ita hi per se ex euentu, sunt tabi obnoxij. Est verò hæc tabes, pulmōnis exulceratio: vel marcor, qui pulmōnum exulcerationem sequitur.

Phthisis sicca aut humida.

Tabes cur iuveni familiaris.

Tabes quid.

1. Quæ venit ex pulmōnum vlcere quod, non à ferina distillatione ortum fuit, sed à soluto vase pulmōnis à plethora, nam hi sanguinem

nem fundere solent naturæ officio, maximè è naribus vel in hac ætate, præ cordis calore, effervescentia acerrima quæ vis sanguinis, accedente iuuenili exercitio, in partibus spirabilibus vas rumpit. Vel palindrome ad has interdum partes fit sanguinis suppressa solemniqua euacuatione.

2. Minoribus enim in nutritum facessit copia sanguinis: & madore corporis acerrima vis distillationum obtunditur: Anno floribus verò, iam ætate exhaustus est sanguis, totumque corpus algiosum redditur, ac cautè viuunt. Sin minus rectè vixerint, etiam in tabem abeunt, ob distillationes efferas. Sed iuuenes ex tabe laborant ob vas ruptum, ex ea circumfluunt sanguinis copia & acrimonia.

Ἰσθμὸς
quid.

Tabes ab ulcere pulmonis *Ἰσθμὸς* veteribus appellatur: id enim exhaurit corpus sanguine ac nutritu. Nec enim potest aliter, nec̄ enim illud Diuinum sanguinis, quod ex sinistro cordis, toto se corpore vibrat, contaminatur à pulmonum fœtore; vnde habitum corporis vberimum extenuat. Et infectione tabifica, aëtem quem spirando ducimus, inquinat. Plurimos à rupta vena partium spirabilium tractari iuuenes: sed maxima eorum pars interit. Vnus seruabatur vsu radicis chinæ & sarsæ: quarum decocto miscebamus guttulas sex vel septem olei sulphuris. Sed aliis non successit.

Historia.

X.

Ἀγγίνα
πορρην-
νοσίαν.

Οκόσοι¹ κωάγχιω διαδύγασιν ἐς
τ² πνώμονα πρέπει, ἐν ἐπὶ ἡμέρησιν
σποθνήσκασιν. Ἦν ὅ τὰς⁴ διαφύζω-
σιν,⁵ ἔμπνοι γίνοντ.

Qui

X.

Qui ex 1 anginosi fiunt 2 peripneumonici, intra septem 3 dies moriuntur: Quodsi ab illis superstites 4 euaserint, fiunt 5 suppurati.

1. Hoc est, qui laborant ex inflammatione musculorum laryngis propteriorum: hæc symptoma habet orthopnoeam: hæc est vera angina. Secunda in anginae specie rubor in ceruice apparet: est musculorum communium inflammatio: hæc etiam terrificata est. De hac loquitur in epidemiis, ubi ait, rubor Synanchicus in pleuritidem abiit: dicit non de vera, nam hæc in peripneumoniam degenerat. Vera angina solet esse funesta interceptione viarum qua ducitur spiritus, & fuligo expellitur. Cum hæc metastasis fit, videntur ilico melius respirare ac deglutire, sed mox cadunt vires, ac mors obrepit.

Angina
cur varij
succedent
morbi, &
qui sin-
gulis.
6. Lib. 2.

2. Ex materiae translatione, aut rupta vomica, aut euanescente tumore.

3. Interceptione officij ad vitam necessarij: & ob difficultatem curandi, quod materia pepasmi sit expers. Intra septem dies ab illa metastasi numerando.

4. Mitificatâ materiâ, ac vi naturæ edomita.

5. Rupta pulmonis vomica, & effuso pure in spacium inane thoracis vtrinque. Hoc funestum. nam effera reddita fuit cunctando illa materia. Pulsus fit inæqualis cum transfertur in pulmones materia: sin aliò: æqualis cum libero spiritu. Quidam robustissimus miles ex hac tali Angina laborabat anxie: mox in pulmoniam abiit: rogabat ex Medicis quid iam spei concepissent, se enim defunctum esse illa calamitate. Responsum, parum id placere Medicis. Iussit duodecim oua coqui, quæ vorabat, eodem die obiit.

Historia.

XI.

Puris fetiv
& capillo-
tū fluxu.

Τοῖσιν ἀπὸ τῆς φθισίαν ἐνοχλημένοι-
σιν, ὡς τὸ πύσμα ὅπερ ἀν' ἀποβήσασσι
² βαρὺ ὅζ' ἢ ὅπῃ τὴς ἀνδρακας ἐπιχεόμε-
νον, καὶ αἱ τείχες ἀπὸ τ' κεφαλῆς ῥέω-
σι, ³ θανάσιμον.

XI.

Cum, tabi ¹ implicitis quod tussiendo
excluditur sputum, ² graviter oleat, dum
carbonibus ardentibus infunditur, capil-
liq̄ue defluant, ³ functum.

*Agit de excrementis ex quibus significatio fit partū
affecte, status morbi, vel periculi magnitudinis, &
magnitudinis morbi ob putredinem insanabilis. Exhau-
stum capitis sequitur facultatum animalium debilitas,
motus thoracis interceptio, qua respiratio & calorū na-
tūi euentatio tollitur, unde mors. Inchoatum exhau-
stum sequitur capillorum defluuium, quia illis absumit
theriema succum nutritium capillorum.*

1. A pulmonis exulceratione antiqua.
2. Unde significatio fit partis emortuæ.
3. Quia quò plures facultates labefactæ
sunt, eò res ægri peiore sunt loco. Defluuium
capillorum est à capitis exhaustu. Iniacundum
quid spirat cunctum pus, non tamen fœdum.
Fœtor enim fete soboles est putredinis. Tale
pus fœtet, pallet, virescit, cœnosum est, & sub-
cruentum, Igni vitrum imponatur, huic in-
stilla pus, ita exhaurietur mador ille qui ob-
tenebrabat fœtorem genuinumq̄ue odorem:
& reliqua pars halitum fundet odoris subie-
ctum. Verùm hæc argumenta non satis ad
præfagiendum firma sunt, quædam enim ex-
crementa per se fœtent; quare iungenda alia
signa.

signa, ac videndum tum, inquit Hippocrates
 num vna capilli effluant. Id enim argumen-
 to erit, fraudari partes diuino illo à corde ne-
 scire, partesque capillatas exhauriri humido
 suo, nimiumque patere eas, earum corrumpi
 nutritum. Alibi aquæ marinæ iniicit pus, *In Coecis*
 vel aquæ in qua subduplum sal eliquatum est
 Si subsidat, calamitosum. significat enim lan-
 guorem calidi natiui, istudque sputum ex-
 stum esse adeo vt nullum in se flatum habeat.
 grauem etiam efflant animam. Vidi quendam *Historia.*
 nobilem matronam quæ purulenta diu expue-
 bat euaseratque in summam maciem: tan-
 dem tam fœtida exhalabat ore, vt filias etiam
 astantes tabifica vi contaminaret. Iussi vt hæc
 ore perpetuò parum thetiacæ continerët, illa
 obiit. Altera puella nobilis à Principe ad me
 missa fuerat, vt quod tussiculosa esset, ex-
 plorarem quid mali haberet. Hæc primis nu-
 bilibus in annis vitam agebat. Sputa mihi
 ostendere volebat: ancillæ iussi vt clam hera
 quæ noctu excreuerat ad me referret factum.
 summum fœtorem carbonibus iniecta spira-
 bant, Rettuli ad principem actum esse de
 huius vita, etiamsi nondum ægrotare videre-
 tur. Post paucos Menses tabida obiit, relu-
 ctantibus etiam doctissimis nostræ patriæ
 medicis.

XII.

Ολόσοισιν ἀν¹ φθισιῶσιν αἰ² τείχες *Phthisis s̄*
 ἀπὸ τῆ κεφαλῆς ῥέωσιν, ἔτοι³ διαρροῆς *capilli*
 ἐπιγρομένης⁴ ἀποθνήσκουσιν. *fluant.*

XIII.

Quibuscumque tabidis¹ è capitè vnâ
 capilli² defluunt, ij³ diarrhœa superue-
 niente, moriuntur.

Hæc signa labefacta omnis facultatis symptomata sunt.

1. In inueterata tabe. Tali voce utitur ubi confirmata est tabes: alioqui φθινώδες dicuntur.

2. A prava qualitate qua afficitur nutritius succus: vel quod ab exhaustu laborant solidæ partes.

3. Est enim signum labefactæ naturalis œconomix. Hæc enim diarrhœa consistit in vitio coctionis, distributionis, & excretionis: hæc enim nutritium saccum è corpore abigit: vel significat σωόντι partium solidarum à squalore. Interdum tamen bonis ægri-
tebus fluit aluus, dum materia catarrhi à capite in aluum funditur, vel si empyema pulmonis se in aluum euacuarit; modò fluat modico tempore, & à tussi si ægrum vindica-
uerit.

4. Nam fractas omnes vires corporis indicat, & illas diarrhœa etiam soluit. Itaque diarrhœa inueteratæ tabi superueniens, in procinctu mortem esse denunciat: nam Diarrhœa calamitosam vim morbo ostendit, ac naturam infirmam facit.

XIII.

Οκόσοι ¹ αἷμα ² ἀφρώδες ἀναπύουσι,
τετέοισιν ἐν τῷ ³ πνεύμονι ἢ τοιαύτη
ἀναγωγὴ γίνεσθαι.

XIII.

Qui ¹ sanguinem ² spumantem tossi-
endo excreant, iis ex ³ pulmonetalis ex-
clusio fit.

Scopus est, Iuuenes qui indebite se exercent inter-
peranterque viuunt, ex vena rupta saepe laborant. iam
erit

Sanguis
spumofus.
* ἀνάκη-
ται,
id est, ex-
suffant.

erit indicandum num sanguis feratur ex pulmonibus. Meminit hic unus signi quo ceriò deducimur in cognitionem partis unde excretum educitur. Sanguinem spumofum ex multis partibus excernimus; vel enim ex thorace, vel è pulmonibus, vel è faucibus, ventriculo, hepate, liene, cerebro. Nota distinctio, qua ex parte sunt hæc, qualitas sanguinis, quantitas, & excernendi modus. Quia sanguis paucus, sincerus, dolore & tussi, vel sreatu excernitur vel à faucibus, vel ex larynge, & non admodum spuma permiscetur. Paucus, niger, & grumofus, cum tussi & dolore, ex thorace, Spumans, purpureus, multus, sine dolore, sed cum tussi, è pulmonibus. Vomitione, vel è ventriculo, si fuerit non conglomeratus, vel è liene, si quodammodo fuerit conglomeratus: exiguamque spumam habet. Qui verò ex pulmonis exulcerata substantia provenit, mera est spuma sanguinea, rotundus sanguis, non continuatus fluens sed intereisus quibusdam intervallis, ac dissociatus; dulcis ac albidus. In pleuritide & peripneumonia leuiter spuma permiscetur sanguini seroso. Reliquæ partes sua indicia etiã proferunt in qualitate & actione mutata. quare in Coacis dicitur, Si dolor nõ sit sub diaphragmate. Hic verò meminit Hippocrates solius spumæ, nec ullius illi sermo de qualitate sanguinis, aut eius excernendi modi. Sed an omnis sanguis spumofus ex pulmone excernatur, dubitare quis possit, cum, ut iam diximus, ex aliis etiam partibus veniens, spumam generat. Certè pulmones crebris meatibus pertusi, ex motu & ex calore sæpe spumam excitant. Spuma enim nulla alia parte excitari potest quam ea, quæ continenter mouetur, hinc est quod ex solis pulmonibus effluat sanguis spumans. In pulmonibus præterea magna sunt vasa: hinc copiosus effluit sanguis. Pulmores sunt omnino sensus expertes, hinc effluit ab his sine more. Quis verò sanguis ducitur per vias respirationis, hinc est quod tussiendo excludatur. Sanguis itidem hic substernus est, refert enim ideam partu unde manat. Vomitio cadit peculiariter in ventriculum, hinc vomitione redditur è ventriculo, vel per ventriculum, ut à supremo

Per os sanguinis excretio videtur.

Spumofus sanguis videtur.

Remedijum. ramo splenico, Non enim aperta aliqua vena ventriculi, sed aperta illa vena que fertur à liene in ventriculo, vomitione redditur sanguis: sed hic est glomeratus, si fuerit naturalis: liquidus verò, si fuerit corruptus. Quod si sanguis è pulmonibus fluat, emittendus est sanguis, ad reuulsionem: si ex pectore, abstinentum est à sanguinis emissionem. ita Hippocrates in pleuritide ubi sanguis expectoratur, à venesectione cauet, nam hic opus est firmis lateribus: vena autem sectione admodum franguntur vires.

6. Epid. 2.
44.

1. Si is sanguis flavescat, liberalique si effundatur manu, sine dolore, cum tussi. Totus ille sanguis quasi coagulata spuma est: quem admodum talem sanguinem natare videmus spumantem in sanguine recens mactatorum bouum, dicas potius spumam sanguineam, quam sanguinem spumofum. hic sanè è pulmonibus venit: hoc est è pulmonù substantia.

2. Qui à capite in pulmones influxit non est spumans: nam, dicit. Galenus, spumans sanguis esse nequit, nisi è carne & substantia pulmonis educatur: (quamuis spumofus esse possit qui excluditur ex vasis pulmonis ruptis aut exesis, attamen non erit spumans, hoc est erit sanguis qui spumam habet, sed totus ille sanguis non erit spuma (hoc est, erit sanguis spumofus, non autem spuma sanguinea.) est que tenuis. qui verò à capite in pulmones lapsus fuit ibi redditur crassior & viscosior, propterea que interdum non est spumofus. Qui sanguis è lateribus educitur, etiam raro est spumofus: & sæpe etiam is sanguis qui ex vasis pulmonis educitur, non est spumofus, vt euenit in rupta vel exesa vena pulmonis. Sed

7. Aph. 30.

Ex Holerio.

ubi exulcerata est caro & substantia pulmonis, tunc necessariò educitur spumans sanguis. Quòd verò aliquando spumam habeat sanguis qui prodit ex rupto vel exeso vase pulmonis, id inquit Holerius, potius à causa externa

terna est, vt propter agitationem illam respirandi; non à propria causa, qualis est sanguis è pulmonis substantia & carne. Nam ille sanguis spumofus, tenuis, subtilis, qui pulmones nutrit, cum expectoratur, spumofus necessario erit, plurimum enim arteriosi illi inest; & ideã refert eius & vnde dimanauit, pulmo quasi spumescit. Propterea falso illud dicitur, Non est spumofus sanguis, ergo non ex pulmone. Nam sanguis non est spumans ob reciprocam illam respirandi vicissitudinem motumque pulmonis, inquit Holerius, nec ob calorem; quamuis sit adiuuans causa, verùm sola ea non sufficit, Euenit tamen aliquando vt à vena pulmonis ptodeuns sanguis sit spumofus; sed id perpetuum non est, sed rarò hoc euenit. At ex vulneratis pulmonibus effunditur semper sanguis spumans. Quare, inquit hic Galenus, rectè ita enunciatur, sanguis spumans pulmonis solius exulceratione indicat: at non rectè dicas; Exulcerato pulmone, necessario spumans excreatut sanguis. Sape enim lapsis aut contusis sanguinis coloratissimi plurimum extussitur sine dolore, quem ex rupto pulmonis vase quopiã prodiisse verisimile est.

3. Quasi dicat, spuma sanguinis quæ copiose, sine dolore, cum tussi excernitur, non alibi quam in pulmonibus gigni potest. hoc est, in pulmonum carne. Consule Galenum libro sexto De vsibus partium, Capite decimo, pagina 566. Præclare hic præbetur decoctum radicis consolidæ maioris ex lacte. & puluis hamatitidis, coralli, boli, seminis hyoscyami seminis papaueris, cum conserua rosarum.

Remedium

XIIII.

ἡδὲ φθίσιθ' ἐχομένω¹ διαόρροια
ἐπιγερομένη, ² δανατῶδες.

His

Hic Aphorismus ferè eiusdem. est argumenti cum duodecimo.

1. Nam plus à tabido colliquatur partium solidarum, quàm possit ab ingentis suppeditari in nutrimentum: nam omnis actio labefactatur.

2. Quasi dicat, Dixi quum tabidis scetetus, unaque si capilli defluant, si interuenierit his diarrhœa, breui homo morietur: quia ut iam scribit, in tabe inueterata, ipsa sola diarrhœa satis est ad mortem: quamuis non ita citò funesta sit, si citra capillorum defluuium euenerit. nam pedetentim exedentur vires.

Cautio ad praxin.

Quasi dicat, summa religione in his pharmaca præscribantur: ac caue ne validis aluum moueas. Sed da illis potius aquam cancrorum, cum guttulis quibusdam olei sulphuris.

XV.

Οκτώσι εν ¹ πλερίτιδι ² εμπύρινον, ω̄ ανακαθαρθώσιν εν τρισεύκοντα η̄ μέγιστον ἀφ' ἧς ἀν ³ ῥήξις γένηται, πᾶν ⁴ ὄν. ω̄ ⁵ μὴ, εἰς ⁶ φθίσιν μεταίταν.

XV.

Empyij.

Quicumque à ¹ pleuritide empyij (hoc est ² purulenti vel suppurati) redduntur, quādo expectorandi finem faciunt quadraginta diebus, ex ³ quo rupta fuit pleuritidis vomica, liberantur: sin ⁴ minus, in phthisin ⁵ degenerant.

1. Quæ pleuriticis materia tota non exclusa fuit intra dies quatuordecim.

2. Vigesimo, trigesimo plerumque, vel quadragesimo, aut sexagesimo die quæ in empyema degenerauit pleuritis. Eo quæ die recitescit febris, quia pus conficitur.

Capit-

Capitque pus expectorari *ῥῆξις* eruptio puris est. Ut si fiat suppuratio vigesimo die, fiat *ῥῆξις* trigesimo, ab ea *ῥῆξις* oportet intra quadragesimum diem repurgetur.

4. Si tota materia purulenta exclusa non fuerit.

Eâ morâ corrumpitur adeo pus, ut necessario vnâ in exulcerationem abripiat molles pulmones. Quare hoc tempore cauendum à paracentesi. Nam plurimi ante 40. diem in phthisim degenerant ob anni iniquitatem, purisque malignitatem, ac corporis infirmitatem. Nota puris confecti in pleuritide est, pondus in latere occupato, & horror à vellicante pure membranam costis intextam, & modò horrent, modò sudant. Ruptæ vomicæ signa vide libro 2. Prognosticôn. Quasi dicat, Cautè ergo ne latus aperias paracentesi, post 40. diem.

Suppuratō
signa.

Causis
practicis

XVI.

Τὸ ¹θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκῃς χρομέροισι, σαρκῶν ²ἐκθίλωσι, ὕδρων ³ἀκράτειαν, γῶμης ⁴νάρκωσιν, ⁵αιμορραγίας, ⁶λειπθυμίας, ταῦτα οἷσι ⁷θάνατον.

Calidi vi.

γνώμη
τάκευ
σι. Vide

XVI.

¹ Calidum in hæc calamitosum est, hæcque adfert calamitates his, qui eo sæpè multumque vtuntur, ² carniū laxationem, neruorum ³ infirmitatem, mentis ⁴ stuporem, ⁵ hæmorrhagias, ⁶ lipothymias, quæ sunt eiusmodi vt ⁷ mortis consequentiam adferant.

p.
γνώμη
νοση.

Explicatis affectibus thoracis eorumque causis, cri-
si, pe-

si, periodo, & paroxysmi, quoniam ad hos curandos magnas adfert opportunitates usus aquae calidae siue fœtus calidi, propterea agit iam de calido. Nam *Ἰππύασι* hoc loco nihil aliud significat quam *Ἰππύασι*. Id autem quod inter *Ἰππύασι* & *Ἰππύασι* primum obtinet locum, est fœtus aquae calidae & dulcis, quia haec accommodatur ad curationem morborum quorum ante meminit. Desumptus est hic Aphorismus ex libro De humidorum usu. Generalior autem est propositio quam ut soli pleuritidis applicetur. Agit contra hos, qui semper pleuritidem perpetuo fomentis curare nitentur.

1. Hoc est, calida: ceu fœmentum aquae dulcis calidae, quod *Ἰππύασι* nuncupatur *Ἰππύασι*.

2. Laxatis fibris ac dissipatis spiritibus.

3. Quia neruorum robur in mediocritate siccitatis consistit: quod enim siccum est, propius aëst à sanitate; quod verò humidum, longius.

4. Hoc est, infirmitatem motus & sensus, actionumque principum. *Ἰππύασι* seu *Ἰππύασι* est vis iudicandi & ratiocinandi: anima sicca est prudentissima dicebat Heraclitus, nam spiritus habet æthereos sicciores, qui sunt eius proxima instrumenta. Hi verò spiritus gi gnuntur in cerebro sicciore & duriore.

5. Patefactis meatibus, & sanguine fuso à calore, unde venae distenduntur, ac rumpuntur, vel aperiuntur. Id agit in corporibus haimorrhagiae obnoxiiis.

6. Exhaustis spiritibus & laxatis membranis.

7. Quia soluuntur vires omnium partium, unde spiritus animales & vitales dissipantur. Nam hæc simul iuncta intelligi debent: ita ut his solutis viribus, superueniat hamorrhagia author lipothymiae, quam sequitur mors. Nimis abunde in coagmentatione lapidosa venter ac renes contundente fœtuum usus inicitur præsta-

præstaret repetitis vicibus, ac seſquihora, vel duabus horis interpoſitis repetere decoctum ex aqua fœnugræci feminum, malux, chamœmeli, mox ungerẽ oleo Scorpionum. Foueat ſe panno villoſo, caſſio, albo.

Cautis ad
praxia.

XVII.

Τὸ δὲ ψυχρὸν ¹ ἀσπασμὸς, ² τετάνυς,
³ μελασμὸς, καὶ ⁴ ῥίγητα πυρετώδεα.

Frigidi vi.

XVII.

Frigidum verò [hæc adfert incommoda] ¹ conuulſiones adfert, ² tetanos, liuores quaſi que partium ³ denigra-
tiones, & ⁵ rigores febriles.

Si quis conuenienter frigido utatur, in qualitate, quantitate, utendi modo, & occasione, pares habet ut tunc vires cum calido, etiam ad phlegmonem, si nulla ratio desideretur neque materia, neque causa, neque partis, necessarius est frigida usus. Ineunte enim phlegmone, si nulla desideretur partis ratio, hoc est, si non fluat sanguis in glandulas, sique pars nobilis in ignobilem non se exonerat. Et si nulla materia desideretur ratio, hoc est, ut non sit venenata, nec impacta. Et si nulla desideretur causa ratio, hoc est, si illa fluxio non sit critica. Tunc, dico, δροκροσικῶν usus omnino est necessarius, nam confirmant, excipientium partium constringendo poros, quâ affluit materia, calidioris sanguinis infringendo acrimoniam, & affluxum omnem prohibent. Propterea veteres ineunte phlegmone adhibebant oxycratum; Arabes cataplasmata ex vino auſtero, succo semperuiui, & cortice granatorum. Sic Hippocrates præſcribebat, ad arcendam phlegmonem ceratum ex duabus cera partibus, & ex una parte olei roſati. Si quis tamen inconsideratè utatur plurimo frigido, sentiet plurima incommoda, quæ in Aphorismis explicat.

Vnde g.
Meth. 6. ſet.
223.

Repellentium
remediorum
quando
usus ne-
cessarius.

1. Contractis netuosis partibus, & cohibito effluvio.

2. Congenerum musculorum à spasmò.

3. Fixo partium calore extincto, interceptoque spiritu vitali qui è corde affluit.

5. Qui speciem febrium præferunt, vel febrem adferunt ex euentu, suppressio à frigore excremento quod in corpore tali circumfluite solet, quod tunc putrescit, & congenetes suæ naturæ morbos parit. Exemplo sit Alexander Magnus apud Q. Curtium, qui cum exiliisset in algidissimum flumen, funestissimam in calamitatem tractus fuit, autamen S. Dei beneficio Philippi Medici illi fidelissimi opera seruatus fuit. Vidi Parisiis idem in Sequana euenisse celeberrimo natatori, qui cum bis transset flumen; tertio, medio in alueo perijt.

Historia.

XVII I.

*Frigidum
quas partes
ladas.*

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον¹ ὀστέοισιν, ὀδόντι,
καὶ ῥοίς,² ἐγκεφάλῳ, νωπάλῳ μυελῷ.
τὸ δὲ δερμὸν⁴ ὠφέλιμον.

XVII I I.

Idem frigidum bellum indixit¹ ossibus, dentibus,² neruis, 3 cerebro, dorsali medullæ: calidum vero his præstat⁴ adiumentum.

1. Ob algorem istorum natium. Patiuntur quidem ossa, sed non sentiunt, propterea nigrescunt. Dentes vero patiuntur & sentiunt.

2. Membranis, ligamentis, tendonibus, ex sanguia omnia lædit frigus, vel sensu eximio prædita, vt uterum, vesicam, intestina, penem, thoracem.

3. Quia alget à propria natura.

4. Si

4. Si illæ partes ad suæ confimilem intemperiem abductæ fuerint. Nam intemperata *Dabimus*
naturæ, modico contrariorum usu gaudent.
 Dicit quis, si calidum tantopere his prodest, cur igitur scripsit Hippocrates, vulnera & fracturas capitis, (etiam suâ naturâ funestas) minimè tamè funestas esse hyeme, ita ut æstate, & celerius curari hyeme quàm æstate: præterea, non tam facile hyeme culpâ, imperitiâ & errore Chirurghi, ex euentu, funestas fieri, quàm æstate. Dico quòd hyemis, ex euentu, maiores adfert opportunitates ad bene curandum, quàm, per se, detrimenti suo frigore: quia frigori facillè occurrì potest calfacientium usu, quo aëris frigus temperetur. Quia autem in eam curam incumbere debet Chirurgus ut omnem arceat putredinem, calor autem causa est putredinis: ergo tempus minorem quod adfert putredinis opportunitatem, id ad curationem est optimum, eiusmodi & hyemis. Dubitabit hic fortè, quispiam *Dens*
num dens sit os. Cur enim meminit hic Hippocrates dentium, si sunt ossa? Respondeo. *Os patitur*
 Propterea quia os patitur tantum, non sentit: dens & sentit, & patitur. Verum sensus *non sentit*
particeps, & expers non constituunt essentiam ossis, magis & minus non immutant speciem

XIX.

Οκόσα¹ κατέλυται, ² ἐκθερμαίνειν
 δὲ, πλεὺς οκόσα³ αἰμορραγέει, ἢ μέλλει.

XIX.

Quæ refrigerata¹ sunt, ² calfacere debet, modò ex iis sanguis³ non fluat, aut fluxurus sit.

Janitur Aphorismus communis Maxima, contrarietas

Contrario curatio quæ absoluitur, non semper locum habet, ab æstivitate maxima

Practica
methodus.
I. & II.
Meth.

riorum contraria sunt remedia. Quae quidem locum habet in affectionibus simplicibus. Ubi enim multiplex est affectio, ibi sequimur illud Galeni consilium, horum ut trium rationem habeamus, primò, urgentioris. Sic enim non habita ratione ulceris, adhibes ei oleum vel aquam conuulsionis metu, si nimirum, vulnus fuerit in articulis. Secundò, rationem habemus causa omnium symptomatum. Sic ei qui ex vertigine, amarore oris, & cardialgia laborat, purgationem adhibes, sperans fore ut exclusa bile, omnia symptomata excludantur. Postremo, rationem eius habemus sine quo curatio obiri nequit. Sic in ulcere cum phlegmone, prius phlegmonis quam ulceris est habenda ratio: nam prius sarcosis studeri nequit, nam sarcosis natura est opus, atqui natura ex intemperie laborat dum flagrat phlegmone. Igitur phlegmones curatio praecedere debet ulceris curationem, quo temperies partis laborantis restituatur. Ita vidi in luxatione pedis cum tibia fractura, euenisse maximam calamitatem, cum Chirurghi & amici primum restitui volebant pedem, quam fracturam curari, vel eam extra phlegmones metum poni: nam superuenit spasmus, delirium, mors.

Historia.

1. Quae ex intemperie frigida laborant, caloris detractione, & frigoris accessione.

2. Ut illud symmetrum, in quo naturae virtus consistit, restituatur, intemperies detractione, & eius rei, quae deficit, additione, ut si ab exhaustu perit calor.

3. Quoniam rei vehementioris maior est habenda ratio: est autem calamitosius profluuium sanguinis eâ intemperie, in cuius curationem incumbimus calfacientium usu, quae parant haimorrhagiam. Quare si vi frigoris vena sanguinem fundit, non calfaciendum.

quæ non?

xx.

Frigidi in
commoda.

Ελασσι πὲ μὲ φύχρον σακῶδες, δέσ-
μα

μα² πεισκληρύνῃ, ὀδυῖν³ ἀνεκπύη-
 πη ποιέῃ, ⁴ μελασμῆς, ⁵ εἴχα πυρετώ-
 δεια, σπασμῆς, καὶ τετάνους.

XX.

Ulcerebus¹ frigidum est acerbum &
 mordax, cutem² obdurat, dolorem³
 reddit suppurati expertem, [ideoque]⁴
 liuores, ⁵ rigores febriles, conuulsiones
 & tetanos [hoc est distentiones] inducit.

1. Detracta cute, carneque ulcerata molli &
 rara, quæ frigidis non assuevit, unde maior
 diuisio ex compressione, præterea quod icho-
 ribus & sordibus ab ulceribus exitum dene-
 get. **Vlcus** est solutio continui mollis substan-
 tiæ, à causa isterna vel externa.

2. Colligendo & contrahendo partes quas
 peruadere nequit, quodque spiritum & calo-
 ris effluxum prohibet, materiamque cogat,
 unde diaphoresis intercipitur. Quare ita sem-
 per tepeant admota, ne exhalatio interci-
 piatur.

3. Doloris causam non permittit ad pepas-
 mum venire: hæc enim vi caloris mitigatur.
 inde sæpè vlcus phlegmonem concipit, & ex
 phlegmone scirrhum facit, inde liuores.

4. Nam vertit phlegmonem in scirrhum.
 Cave itaque ne diutius refrigeres.

5. Nam ea vlcera frigidi contactum sen-
 tiunt, ac dolent inde, nam frigus pungit.

4. Simpt.
 4. 5.

XXI.

Εἰς ὃ οὐκ ὀπί¹ τετάνους ἀνδ² ἔλκεθ,
³ νέω δυσάρκῳ, θέρεθ⁴ μέσθ, ψυχρῶ
 πολλῶ, κατὰ χυμῶς⁵ ἐπανάκλῃσιν θερ-

Frigidæ
 comitatio.

μῆς ποίετα. Δερμὴ δὲ ταῦτα ῥύστα.

XXI.

Frigidi
temmoda.

Sed tamen fieri potest vt in ¹ tetano
vulceris ² experte, ³ iuvene bene habito,
aestate ⁴ media, frigidae quam copiosa
profusio calorem natiuum ⁵ reuocet: hu-
iusmodi autem haec ⁶ calor soluit.

*Sensus Apherismi est, Nonnunquam tamen frigidi
vñs est.*

1. Hoc est, in aequali andagonistarum mu-
sculorum ceruicis conuulsione. Idem locum
habet in alijs conuulsionibus.

2. Nam frigidum vlceribus est mordax, &
dolorem reddit ἀνεκτύχτορ.

3. Quia in hoc nerui habent ὀπίβλημα car-
nem, quod arcet frigoris intrò peruationem.
Non sit obesus, non gracilis.

4. Quo tempore aestuat externus corporis
habitus à calore fluente: qui vi aquae frigidae
affusae intrò cogitur: nam eius effluuium vi
frigoris prohibetur. Aliis enim frigidis tempo-
ribus frigida affusio superaret calorem na-
tiuum.

5. Ex euentu. nam intrò pellit frigus ca-
lorem: hic collectus, viaciùs exilit, ac coquit
excluditque crudos succos ex corpore qua-
drato.

6. Tetanum videlicet. Videte Galenum ter-
tij de temperamentis, vndecimum.

XXII.

Calidi fe-
bris com-
moda.

Τὸ ¹ Δερμὸν ² ἐκπληκτὸν, ἔκ ὀπί-
παντὶ ἔλκη, μέγιστον ⁴ σημεῖον εἰς ἀσφαλεί-
ην, δέρμα ⁵ μαλακός, ⁶ ἰχναίνης, ⁷ ἀνώ-
δυμον.

δίων⁸ ριγέων, ⁹ σπασμῶν, ⁹ τεταίνων
παρηγορικόν τινὸν ἢ ἐν τῇ κεφαλῇ ⁹ καρ-
βαειαν λύει· πλείστον ἢ διαφέρει ὁσέων¹⁰
κατάγμασι, μάλιστα ἢ τοῖσιν ¹³ ἐψιλω-
μένοισι τυτέων ἢ μάλιστα τοῖσιν ἐν ¹⁴ κε-
φαλῇ ἔλκεα ἔχουσι· καὶ ὀκίονα ὑπὸ ψύξι-
¹⁵ θῆσκει ἢ ἐλκῶται, καὶ ¹⁶ ἔρπησιν ἐπι-
μένοισιν· ¹⁷ ἔδρη, αἰδοίφ, ὑσέρη, κύσφ,
τυτέισι τὸ θερμὸν φίλιον καὶ κρίνον, τὸ ἢ
ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτείνον.

φδυσί, εγ.

Quibus per se cali- dum nocet & quibus ex causa profi.

in bonam partem.

XXII.

¹ Calidum est ² suppuratorium, non tamen ³ quovis in ulcere, præclarè ad sa- lùtem ⁴ apparet & facit, cutim ⁵ emol- lit, ac crassam ⁶ extenuat, ⁷ dolorem se- dat: idemque ⁸ rigorem, ⁹ spasmum, ⁹ tetanum seu distentionē mitificat: quin etiam capitis ⁹ gravitatem soluit: sed ad- mirabile quantum fracturis ¹⁰ ossium sit adiuventum, ac præsertim sua ¹³ cute nudatis: maximeque inter eas fracturas quibus ¹⁴ caput est ulceribus obsessum, & quæcumque frigoris vi sunt ¹⁵ emor- tua aut exulcerata, & herpes ¹⁶ exeden- tes iuvat: ¹⁷ sedi, pudendo, utero, vesi- cæ his calidum amicum est, & secundi iudicij, frigidum verò his est bellicosum ac interimens.

Remedium
nullius idē.

Docet quid iuuet per se vsus *ῥιπυαομα*, & quibus ex euentu noceat, deinde quibus salutariter adhibeatur, & quibus bellum indixerit. Quia nullum remedium omnibus est idem, qui est precipuus huius Aphorismi scopus.

1. *ῥιπυαομα*, quod intercisis spaciis, non perpetuo, admouetur.

2. Purificum est à calore naturæ nostræ consentaneo. Tribus opus est pepasmo: vt pars circumfluat spiritu & calore natiuo, vt vlcus sit pepasmi capax, & vt apta remedia adferantur illi.

3. Vbi integritas naturæ, & materix bonitas desideratur, aut quod fit ex affluxu materix pepasmi expertis, vel eius capaxis, vt in vlceribus Chironiis, canceris, & phagedænicis. Solatio est vlceribus quæ in frigidis partibus hærent, vt ossis & membranosis, vel si à frigore venerint, vt pernionibus. sed absit putredo, nam magis putresceret.

4. Nam omne suppuratum pepasmus est: à pepasmo autem certa salutis spes: quod & naturæ integritas & materix bonitas significatur. Quare notandum, num à forti prodeat pus bonum. *ῥιπυαομα* suppuratum promouet, calore enim suo excitat calorem natiuum sopitum, eumque collectione auctiorem reddit. At in prauis illis vlceribus maximam ac immedicabilem putredinem facit: nam ibi potius siccandum & detergendum. Igitur ex euentu nocet calidum suppuratorium, per se verò prodest. In cancro duplex est venenum, putrefactiuum & rodens, si admoueris suppurantia, surgit eius vis putrefactoria: si vaiidè siccantia cum morsu admoueris, scæuet eius rodens potentia.

5. Siue ea siccitate, concretionem, vel repletionem induruerit.

6. Ad mediocritatem reducit, aut etiam

ex

Suppurantia

1.

2.

3.

3. Simplific.

3.

Cautio ad
proximo

et euentu id facit. crassos succos exhauriēdo.

7. Vacuando, rarefaciēdo, & temperando humorem, & flatum, cuius qualitate & copia temperamentum & habitus partis immutata fuerant. Quicquid enim habitus & temperamentum immutationem restituit, est anodynum.

8. Digerendo excrementa quæ in corpore circumfluere solebant.

9. Pepasino acrium succorum & flatuum; crassaque, si adsint, attenuando; lenta incidendo; flatum discutiendo. Propterea foras capitis fiunt ex de octo betonica, chamameli, agarici, & foliotum sēta.

*Foly Capis
tahis*

10. Septimo die, ab pruritu mitigandum qui à vinculis incidit, tunc perfundendum vlcus aqua calida.

11. Post septimum diem ad sedandum pruritu: post vigesimum verò; ad illiciendum succum alibilem, quo callus gignatur adducto à nutritu. Ossibus enim, & vlcere quæ dicitur de quædam. Quasi dicat, fracturis cum vlcere coniunctis confert.

14. Aqua per se est calamitosa capiti & eius vlcibus, quod aqua vtraque qualitate pugnet cum iis. ea tamen tempora incidere possunt, vt necessarius sit illius vsus ratione symptomatum. Nihil est capiti, vt caput est, ipsa aqua, nihil vlcibus inimicius suppuratio calido. Vt igitur vlcus nulla re madefacere

oportet auctore Hippocrate, nisi vino, quod exicat & extergit. Nonnunquam tamen Indicatio quæ à parte sumitur, affectionis Indicationem vincit. Dicit enim Hippocrates, nisi vlcus sit in articulis, quia sauciatis tendinibus facile incidit conuulsio, eaque funesta. Igitur, ad tempus, illam partem, vino, aqua, vel etiam oleo perfundimus, vt arceatur conuulsio quæ imminet, licet hæc vlcere sint ini-

13.

micissima. Succurrendum enim primò ei quod magis vrget. Sic hoc loco docet perfundendas esse fracturas fotu aquæ calidæ morsus exper- te. Etenim si quis perfrigerit brachium vel ti- biam, restituet primùm fractum membrum, ac illud continebit, continendo inflammatio- nem arcebit, arcendo inflammationem gene- rabit carnem. Primùm igitur dabit operam extenuationi iniiciendo tres fascies super par- tem fractam. vnum ad prohibendam fluxio- nem; alteram, ad exprimendum; tertiam, ad restitutionem musculorum. Atque septem diebus his fascibus tenebitur pars iusta ten- sione, id quod tumor durus & albus in pede apparens indicabit. Si enim durus & tuber tu- mor apparuerit, nimia erit fascium tensio. De- nique vt excitentur muscoli, sui quasi mune- ris immemores, qui ad vigesimũ vsque diem, suo quasi fraudati genio, iam languent: hic fottus est adhibendus, ad excitandum calorem musculorum; vt his fotibus succum nutri- cium alliciant, atque vt id quod nutritioni superest in callum transeat. Sed obiicies. Vl- cera capitis nulla re sunt madefacienda; quia caput, si frontem excipias, non est capax in- flammationis, quia non est pars contenta, in quam alia pars sua excrementa exonerat, sed continet. & vlcus quod denudatum habet os est sine metu inflammationis. Atque solâ cor- ruptione redduntur capitis fracturæ incurabi- les, communicatâ corruptione duræ menin- gi. Duobus enim modis corruptio hæc inci- dit, inflammato osse, & suppurato, aut cum humor qui diploë continetur stillat in menin- gem, cunctâdo ibi putrescit. Solis igitur ven- dum medicamentis cephalicis. Sed dices, vi- num deterget & desiccat. Verum, sed non sa- tis est contrariis contraria oppugnari, verùm contrario etiam excessu ea oppugnari debent.

Iam

Iam verò vinum nō habet eam vim vt aqua-
 li excessu caput exiccare possit. Præterea os
 siccum, nō potest admittere siccum, si sit con-
 sistentiā humidum. Forte dices, cur igitur Hip-
 pocrates adhibet fotum aquæ calidæ? Quia si
 os capitis affusione bilis fiat, erysipelatosus,
 tunc erit vtendum fotu humidissimi: qui qui-
 dem sua qualitate & consistentiā ossi est imi-
 micus, exhauriendo tamen illam materiam,
 & eius qualitatem infringendo, per accidens
 plus prodest, quàm noceat. Deum hic solus
 restituet calorem capiti, frigidorum occursum
 penè extinctum. Ad herpes verò exedentes
 adhibetur hic fotus, non ratione vlceris, sed
 ratione materiæ: sicuti etiam rerum frigida-
 rum & humidarum vsus prohibetur non ra-
 tione materiæ, sed ratione vlceris, sic contra,
 calidi fotus vsus, ratione materiæ acrioris &
 crassioris, qualis esse solet bilis illa crassa, quæ
 in herpesibus, propriæ substantiæ corruptione
 in vitio est. Fotus hic, dicit Hippocrates, fra-
 cturis capitis cum vlcere prodest, non ratio-
 ne vlceris quod osse conceptum est: nam os
 sicca petit, sed ratione coniuncti affectus, vt
 si erysipelate obsessum fuerit os, ab acerrimæ
 bilis affluxu, tunc poterit aqua calida lauari
 vlcus, ad domandam vim bilis. Quare cali-
 la fouemus, non quæ vlcus aut fracturam conso-
 ciemus, sed vt inde mitescat dolor, nam acer-
 rimæ bilis potior habenda ratio est quàm vl-
 ceris: vbi, scilicet, os erysipelatosum est.

15. Extinctione caloris natiui, & spiritus
 vitalis interceptione. Et hyeme perniciosa, &
 digiti, inquit Galenus, cæteræque partes ex-
 ternæ.

16. Ad infringendam bilis acrimoniam:
 hoc est, non ratione vlceris, sed acerrimæ bi-
 lis, cuius maior ratio habenda quàm vlceris,
 & vlceri calidum blanditur, nam frigidum vl-
 ceri

eeri mordax est. Herpes superficiem solam corporis inuadit, Phagædena crassam materiam habens, propterea ad ossa usque peruadunt.

17. Quia per nos partibus amicis est calidum: præterea, inquit hic Galenus, quod frigiditas & caliditas facile, per communicationem ex sede in ventrem ascendat. Idem dictum sit de vtero, pudendo, vesicâ. Galenus colligit hic hæc Axiomata. Nihil potest mali accidere vlceri pus generanti. Præterea, malignitatis aut bonitatis vlceris argumentum est totus calidus: Nam in quo vlcere non conuenit, ea a calido iniurpabili permanens.

XXIII.

Εν ταῖς οἰσι δὲ δειπῶν ἡ χυρῶν χυρῶν
 εἰς, ὁκόθεν ἄιμορραγές, ἢ μέλλει. μὴ
 ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ὀπρῶν
 ρεῖ· ἢ ὁκόποι φλεγμοναί, ἢ ὀπρλογίσ-
 ματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν ἢ ὕφαιμον ῥέτοντα,
 νεαρῶ ἀίματι, ὅπρ' ταῦτα. Ἐπεὶ τὰ γὰρ
 παλαιὰ μελαίνει. Καὶ ἔρυπαέλας τὸ
 μὴ ἐλκείμενον ὠφελέει ὅπρ' τότε ἐλκεί-
 μενον βλάπτει.

XXIII.

Forma fri-
 gidi com-
 monis.

Cæterum ad hæc rerum¹ frigidarum
 valet vsus, vndecumque sanguinis pro-
 fluuium² est, aut vnde futurum, nec ta-
 men³ super ea, sed circum vnde scilicet
 sanguis affluit, & quæcumque inflam-
 mationes, partiumque ardores & incen-
 dia

dia quæ ad rubrum & sanguineum colorem tendunt, ⁶ recenti efflorescente sanguine, ⁷ super his adhibeto. nam his quæ inueterarunt, ⁸ liuorem adferunt. Et ipsum ⁹ erysipelas vlceris expers ¹⁰ curat, quandoquidem exulcerato ¹¹ calamitosum est.

1. Ut frigida aquæ & succi frigidi.
2. Ruptâ, exetâ, vel apertâ venâ, vel fauciata parte.
3. Quod frigidum vlceri sit mordax. Ita in hæmorrhagia narium, hepatis vel lieni admoemus frigida, si sint robusta nec obstructa hæc viscera; vel occipiti, mammis.
4. Ut meabili sanguini & viæ intercipiatur fluxio: nam frigida arctant vias, ac restagnare faciunt fluxiles succos.
5. Id est, tumores cum rubore, calore, pulsu, tenixu, & dolore coniuncti. Bis tantum in hac significatione reperitur hæc vox apud Hippocratem. Sed non inducatur liuor rerum refrigerantium vsu.
6. Sanguinis recentis affluxu. Extinguatur tantum ardor: non inducatur parti liuor.
7. E directo, & super ipsis. Vel ad hæc, scilicet valet frigidi vsus, si ipsis inflammatis partibus admoueat. Modò id ferat partis natura, materiæque morbificæ conditio.
8. Opprimendo calorem vitalem.
9. Hoc est, tumorem præter naturam obortum ab effluxu biliosæ materiæ non corruptæ, sed integræ.
10. Nam acerrimam vim materiæ temperat, & meatus viasque per quas affluit biliosus sanguis intercipit. Huiusmodi erysipelas sæpe degenerat in herpetem: bilis illa acerrima cun-
stando putrescente.

*Phlegmonæ
quid Hip-
pocrati.*

17. Nam ulceri acerbum est frigus ac mordax. Quare non super, sed circum, hoc est, partibus editioribus ea adhibent; ita enim orgasmus impeditur constringendo, infringendoque sanguinis acerrimam potentiam, corroborandoque partem. Docet Hippocrates haimorrhagiam sibi immutata à figurâ corporis, vinculo, & emmoto. Scribit etiam Hippocrates Quod expedit in omni ulcere, tam veteri quam recenti, sanguinem effluere. A recenti quidem, gratiâ atcendæ inflammationis: à vetere vero, vt sarcofis promoueat. Responsio est, cum locum intelligi de ulceribus unicuique parti propriis, cum sanguis effluit ex venis illi parti propriis ac dicatis, ex qua effluit sanguis. Non autè de aperione venæ cõmunis quæ tali alicui parti est dicata. Dixit hic Hippocrates recenti efflorescente sanguine: quasi dicat, Omnis tumor præter naturam, cuius causa efficiens est materia calida affluxus, (non autem coaceruatio ob facultatis concoctricis & expultricis infirmitatem,) remedio est, ineunte & augescente morbo, vsus rerum frigidarum: nam acrimoniam sanguinis frangit, & meatuum laxitatem constringit nam materia calida fluxum mouet. Nisi tamen pars ipsa, vt glandulæ, aut causa critica, aut materia, venenata (vbi in constitutione pestilenti, in lue venerea) vel materia impacta & contumaciter ad musculos adherens (vbi vsu refrigerantium phlegmone in scirrhum incurabilem degenerat) prohibeat. Proinde rectè adiecit Hippocrates, quæ ad rubrum; nam si partes liuent, non adhibebis re-
percussionem.

6. Epid. lib.
De ulceri-
bus.

Dubium.

XXIII.

Τὰ ἴσχυρὰ οἶον καὶ κρύσταλλο

τὰ σῆθει³ πολέμια, ⁴ βηχέων κινήτικα,
⁵ αἱμορροϊκά, ⁶ κατὰ ῥροϊκά.

XXIIII.

Frigida cuiusmodi sunt nix, & ² glacies, pectori sunt ³ inimica, tussēs + movent, sanguinis profluvia ⁵ cient, catarrhos ⁶ excitant.

Extremi
 frigidi in-
 commoda.

1. In quibus frigoris summa penè sunt omnia.

2. Quæ ut ait Scholiographus Holerij, aqua elementari sunt frigidiora.

3. Quod vitam tueatur pectus, cuius tutela calore peragitur. Hodie obiit iuuenis cui iam 14. dies inflammata fuerant membranæ diaphragmæ ad pectus: quod choreis exultans se aëri frigido exposuisset aperto thorace. secta fuit tamen ilico illi vena, purgatus fuit: prava expectorabat ac flava ilico, mox nihil, vrina primum flamma, mox citrina: pulsus febrilis: lingua fuit nigra & arida.

Histeria.

4. Quia distillatione asperitatem inducit vix spiritus.

5. Venas indurando, & contumaciores reddendo: vnde fit, ut distenta sanguine vasa, cum dilatari non possint rumpantur.

6. Tussiferos, aluinos, artricos. Antiquis in deliciis erat nix & glacies: tamen populi qui his vtuntur gutturosi sunt ac catarrhis affliguntur, & breuis sunt vita.

Pinxer.

XXV.

Τὰ δ' ἐν ἀρθροισιν³ οἰδήματα καὶ ἀλ-
 γήματα ἄτερ² ἔλκεθ, καὶ ποδαγρικὰ,
 καὶ σπασμάτα, τρέφω τὰ πλείστα τὸ ψυ-
 χεῖν.

Frigidi fr-
 gidi commoda.

χρόν⁵ πολλόν καταχρόμενον ῥηζεί δὲ χ⁶
ἰχναίνει, χ⁷ ὀδυώλυ⁷ λύει. ῥάρκη γ⁸

Narcotico-
tam yfna

ῥάρκη γ⁸ μετρίη ὀδυώλης⁹ λυτική.

XXV.

Verùm articulorum¹ tumores & do-
 lores² vlceris expertes, & ³ podagrica, &
⁴ conuulsiones, horum sanè plurima fri-
 gida⁵ copiosè affusa mitigat, leuat, &
⁶ adæquat, atque ita dolorem⁷ sedat:
 huc accedit quòd⁸ stupor modicus do-
 lorem⁹ sedat.

1. Ex sanguinis & bilis affluxu. Igitur, au-
 thore Hippocrate, Arthritis non ex sola ma-
teria frigida fit, cùm aquà frigida sanetur.

2. Cui frigus est acerbum.

3. Hoc est, dolores podagricos excitatos
 ex ichoris biliosi affluxu.

4. Scilicet reuocando calorem in iuuent
 quadrato.

5. Sæpè & multum.

6. Ad æqualitatem reducit partem tumo-
 re obsessum, ita vt amplius tumor nullus ap-
 parere possit, idque pepasmo & resolutione
 excrementorum: repressione verò per se.

7. Restituto habitu & temperamento
 partis.

8. Quem frigidi fetus inducunt. Talem
 narcosin hic admittit Hippocrates.

9. Vacuando & digerendo causam con-
 tinentem, & reprimendo causam anteceden-
 tem? Stupor destruit dolorem: ergo stupor
 non est species doloris. Ego maximo successu
 vtor in Arthritide calida fotu aqua seminis
 ananarum.

Remedium
 elegans.

204

XXVI.

Vide Tiraguellu de Mohi

Τὸ δὲ τὸ τὰ χέως δερμαίνόμενον καὶ ἰτακί, c. 31.
τὰ χέως ψυχόμενον, καφύτατον. 4. 185. 236.

XXVI.

Aqua quæ citò calefit & citò refri- Aqua qua
optima.
gescit, leuissima est.

- 1. Dulcis, omnis mixtionis expers
- 2. Ob partium tenuitatem & raritatem facile iuduit contraria. Tam facilis itaque mutatio, eam tenuissimam esse arguit.

3. Et pondere & subtilitate partium. Eademque optima est. Non lance æstimanda est aqua, sed si non grauis sit hypochondrio, verum si ea subito peruat, nec ibi cunctando putrescat. Talis propinanda per morbos acutos. Quæ aqua res iniectæ citius elixantur, hæc leuissima est. Estque hæc saporis ac odoris expers, ac clara; Dura ac cruda est aqua putealis, vtpote sole fraudata: fluuiales cœnosæ sunt: hæc reponendæ vt limus sidat, illæ coquendæ. Pluuiales meliores si coquantur, quod maris ac solis soboles, at coctio dissipat diuersas ab ea partes. Hyemalis pluuia cruditaris plena est: æstiuæ optima est, cum incen-
ditio flagrat cælum. Columella ex Hippocratis sententia duo genera aquæ arte mitigatæ proponit. Hippocrates in libro De aëribus, aquis & locis: & 6. Epid. 4.

*Galienus
de diff. vit. h. c.
facile durat
Jas p. h. i.
tali / sup. o.
p. i. a. t.*

*De re rustica
ca. 1. lib. 5.*

Multa ignorat Henrmi.

XXVII.

Οκόςοισι ὅ μιν ὀρέξιος ὑπνῶσ, si in no-
ctis πάνυ διψῶσιν ἢ ἀποκλιθεῶσιν, anxia
ἀγαθόν.

Sit in somny leuat.

XXVII.

Qui noctu bibendi sunt appetentes,
Z hos

hos admodum sitientes somnum ² inire iuuat.

1. Madoris inopia. Post somnum si perseuerat sitis, plena potet manu.

2. Nam ita augetur viscera, & assumptorum squalor acriorque vis castigabitur. Modo nulla valida præcessit euacuatio: nam tunc nulla aderit materia à somno mitiganda. & per somnum intro fertur sanguis ac mador unde vapor qui sitim excitabat vincitur ac madescit internus squalor. Attamen, inquit Galenus, Valdè sitientibus ~~à potu~~ vino vel ab inopia potus, concedendus est potus.

XXVIIII.

Γυναικίων ¹ ἀγαθόν ἢ ἐν ἀρώμασι
² πλείονα πολλαχῆ ἢ καὶ εἰς ³ ἄλλα χησί-
 μη αὖν ἦν, εἰ μὴ ⁴ καρθηβαρίας ἐμποίη.

XXVIII.

Suffitus ¹ aromatum muliebria ² ciet: idemque ad alia ³ non rarò valeret, nisi ⁴ capitis grauitatem adferret.

Quia hoc libro, ut antea monui, Hippocrates de omni euentu omnium euacuationum agit, quacumque ratione illa oborta fuerint, vel nature aut morbi vel artificiosa à molitione, igitur de iis euacuationibus iam agit quæ eueniunt ab utero. Est enim uterus diuisus procreationi non studet, receptaculum omnis fœditatis muliebri corporis non puri.

1. Hoc est rerum benè olentium; et cypersi, calami aromatici, cassiæ, beniouini, & eorum quæ ex iis conficiuntur.

2. Menstrua atque lochia. Nam vim expultricem vteri excitat, atque venarum quæ vterum attingunt obstructions aperit: & compactiorem vterum rarefacit, ac algiosum recreat.

à circum,
 fontia
 ad vntm.

plemior vte
 aroma
 tiam.

Mulierum
 afflicta.

Aromata.

Lochia

recreat, & materiam lentam incidit. Ita tamen vt nulla antea acti morbi, neque exactæ ætatis, neque lactationis. neque instituti vitæ neque hæmorrhoidum, aut petuersi vteri aut vteri phlegmone vel ardore occupati, vel ingrauidationis excusatio adferri possit. vox *τοξεία* varia significat, primo significat partes muliebres: secundo, omnes mulierum affectiones quæ propriè in eas cadunt: tertio, mulierum purgationes, quæ etiam variæ sunt. quædam enim sunt purgationes menstruæ, quædam *τοξεία*: sub his est etiam secundina & fœtus mortuus: tertio, *περ τοξαιέτος*, in quo scilicet desideratur ratio qualitatis, quantitatis, temporis, & modi excretionis: sed hic non debet promoueri, sed suppressi.

3. Ad peculiare vteri adfectiones Vt si cui mulieri caput coxendix aut femur doleat, & à concepto fœtu hic dolor abeat, ac rursus edito fœtu repetat: huic odorata bibere, & ad os vteri admouere oportet. Item ad conceptionem fœlicitandam, & ad sterilitatem auerendam. Suffocatas etiam euocat, ac dolores à partu remouet.

4. Ob leptomeriam, & cerebrum auidè prolicet in se aromatum vapores. vnde illud plethoram incurrit vaporum. Grauitatem capitis adfert his mulieribus quibus vterus est rarior: nam per venas inuadit caput, quia in venis ille vapor suo ardore sanguinem turbat. Fiant pessaria ex penna obuoluta bombace & filo: illinatur oleo macis & caryophyllo rum, cum beniuino & croco. Sit longitudo eius sex digitorum: crassitudo medij digiti. Agramen suffitu aromatum non sine cautione vtendū, tenerrima enim acetabula à siccitate facile arescunt: hinc infœcunda redditur mulier. Sed tamen in lochiorū suppressione raro euadunt. Vbi mulier defraudata fuerit suo ge-

τοξαιέτος

περ τοξαιέτος
REY

*Hip. lib. De
superfuo.*

*Plethora va,
ponim in
Cerebro.*

*Pessaria
Remedium.*

*Cautio pra-
tica.*

nio, non euocationi menstruorum erit illi studendum. Sed illa euechymis utatur cibus. At si ab obstructione laborauerit menstruorum, ea aperiat. fit autem tribus modis obstructio, copia, materiae crassitie, & facultatis infirmitate. Nam ni mulier vicefimo sexto die purgetur à sanguine, aegrotat.

XXIX.

Τὰς κνύσας φαρμακείην τῶ ὄργᾶ, πειράμινα, καὶ ἀχει ἐπὶ μῶων, ἵασον ὅταν ταύτας. τὰ ὅ νύπια καὶ ὀρεστέτερον ὀλαβέει.

XXIX.

Gravidarū
purgatio.

Prægnantes quidem purgandæ si humor sit efferus, & quadrimestris purgatio, dum septimestris fuerit, quamuis hæminus. nam in minore & grandiore fœtu cautiùs relligiosiusque agendum.

Alius est scopus huius Aphorismi in initio libri quarti Aphorismorum, alius hoc loco. Quia in quarto libro docet tecmarfin purgationis conuenienter cuique exhibenda: quæ consistit in perspicientia humoris peccantis, affectus, & peculiaris natura eius cui medicina adhibetur idque adducto familiari exemplo quod perspicuitate vincit cetera. Hoc vero loco docet quam cautionem & prouisionem debemus adhibere ad uterinas affectiones quæ sunt è natura, ut seruetur & fœtus & facta. Sequentibus enim Aphorismus agit de affectionibus è natura: cum autem uterus instrumentum sit conceptionis: certè conceptio est affectio. Cacochyma mulieres, ni à fœditate illa vindicentur, abortiunt. Optime autem defunguntur eo periculo, si à quarto mense ad septimum ea fœditas effundatur. Vidimus enim sæpe naturam illis mensibus validam euacuationem at-

tulisse

*tulisse summa cum allevatione foetarum, quare iusto ca
uonymia plenitudo hoc tempore excluditur.*

*Observatio
practica.*

XXX.

Γυνή ἐν γαστρί ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα
ἐκπρωσθήσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μείζον ἐστὶν
τὸ ἔμβρυον.

*Ingravidata
ta temerè
non abdu-
cendus san-
guis.*

XIXX.

Mulier iugravidata si vena tundatur
abortit: eo que magis si foetus gran-
dior sit.

1. Defraudato foetu suo genio. & oborta
ipothymia, item laxatis vinculis, quibus
vetero foetus alligatur, & ab exhaustis coty-
ledonibus. Ut plantarum fructus nutritu
fraudati tabescunt, siccantur, ac cadunt: ita
foetus cadit fraudatis vinculis suo pastu.

2. Si septimum mensem attigerit. Hippo-
crates libro De morbis mulierum, sanguinem
emittendum suadet scilicet vena ad poplitem
vel malleolos, ut liberentur à difficultate pa-
riendi. Huic idoneae sunt mulieres iuvenes,
robustae, ac succi sanguinei plenae. Quare de
his venis pertundendis hic loquitur. Nam su-
periores venae, ut manus & brachi, tundi pos-
sunt etiam ad sanitatis tutelam quarto &
quinto mense, si abortioni non sit obnoxia
mulier: Imò in quadrimestribus & septime-
stribus secare tuto poteris in pleuritidis cura-
tione: maxime si mulieres sint voraces, qui-
busque ante graviditatem largius ac diu sole-
bant fluere menses. Verum tempore Hippo-
cratis, nihil aliud erat vivere, quam è natura
vivere. Vbi necessaria est phlebotomia in mor-
bo acuto, ut infarcta expediantur, phlegmo-
ne sedetur, metastasis reuocetur, corpusque
reddatur, citra foetus & foetae in-
iuriam

*Practica
observatio*

iuriam ruiditur vena brachij, vltimis etiam
 ingrauidationis mensibus, quod subsistens
 iam sanguis corpore adeo circumfluat, vt
 mammas etiam lacte impleat. Recreanda mox
 erit eupeptis. Si quis coegerit nos fateri Hip-
 pocratem hic loqui, non de venarum inferna-
 rum, sed de superiorum sectione, respondebi-
 mus cum loqui de ea sanguinis emissione, quæ
 tempore Galeni non erat libra minor; quem-
 admodum purgationes, quæ eius tempore
 erant ex elateriis remediis, quale elleborum,
 scammonium, colocynthis. Hodie verò beni-
 gnis non veremur purgare, nec minorem san-
 guinis effusionem auersamur, modo vires ad-
 mittant, morbusque validus id suadeat. Si
 plura velis, vide Fernelij De venæ sectione li-
 bri secundi caput duodecimum.

XXXI.

Γυναίκεν ἐν γαστρὶ ἐχέσθαι, ὑπὸ τινὸς
 τῆς ὀξείων ἰκστημάτων ληθῆναι, ἢ δυνά-
 σιμον.

XXXI.

Mulierem grauidam ex vilo morbi
 acuti genere laborare, ἢ funestum.

1. Qui magnam agnoscit causam.
2. Difficultate curandi, (nam fœtus aut
 fœtus incommodo remedia adhibentur) sym-
 ptomatū vehementia, & fœtus interitus.
 Præsertim si fœtus sit grandior. Eo quod mu-
 lier grauida duplo maiore vtatur respiratione
 quàm non grauida. Si ergo calor maternus in
 æstum degenerat, summa spirandi difficultate
 laborabit: instrumenta enim & facultas non
 possunt satisfacere vsui necessario. Difficultas
 autem respirandi in omni morbo acuto est
 lethalis.

Grauida
 cum morbo
 acuto.

lethalis. Secundo, in eunte morbo, quamdiu morbus est siccus, potius incumbendum est morbo, quam naturæ studendum. in muliere verò grauida potius naturæ est studendum quam in morbum incumbendum. Igitur quantum hic naturæ studebis, tantum morbum augebis. Non itaque licebit hic vti tenui diæta, qualem maximè morbus requirit. Sed obiicies, ex Hippocrate, mulierem grauidam, quæ vehementi morbo correpta, fuit seruata fuisse. Respondet Galenus, quod trimestri grauiditate in hunc morbum incidere: trimestres enim & quadrimestres aliis magis seruantur: quod maiorem habeant opportunitatem admittendorum remediatorum quam alia quæ sunt septimestres ac sextimestres. Illud meminisse conuenit, trimestres ac quadrimestres omnibus iniuriis præ aliis magis resistere. Quare *ἰανόσσιμον* interpretandum, quod plerumque ita eueniat.

Obiectio

1. Epid. 3.
Historia
13.

XXXII.

Γυναικὶ ¹ αἷμα ἐμεσση, τὴν κατὰ
μυῖων ² παύοντων ³ κύστις γίνεται.

Mulier sanguinem vomens
menstruorum

XXXIII.

Mulier sanguinem ¹ euoment, menstruis ² erumpentibus, vomendi ³ finis.

1. Apertis venis plethoræ vi, à menstruorum suppressione. Vt nulla tamen vel rupta vel exesi valis excusatio possit adferri: Sed si sit à palindrome menstruorum ad superiores partes. Quod si ille sanguis non effundatur, solebat scyrthum inferre lieni vel hepati, hinc hydropem.

2. Confertim fluentibus. Quasi dicat, Si verò his confertim effluentibus, vomitus tamen non cessauerit, ceterò tibi constet, venam ruptam

ruptam vel exesam esse. Quare his remediandum.

3. Aversione & euacuatione sanguinis, cuius copia & sursum refluxu cruenta excitabatur. Intelligatur hic Aphorismus de ea sanguinis vomitione quæ fit apertis vas, (non autem ruptis aut exesis,) ut nimirum ramuli illi, qui à supremo ramulo splenico in stomachum mittuntur, collecta sanguinis à copia dehiscant, & in ventriculum, per anastomosis sanguinem effundant, citra vasculorum aut stomachi vitium. Nam si hæc vomitio fiat à ruptis vas, talis non inhibebitur crampentibus mensibus: sed peculiarem sui rationem requirit. Hunc Aphorismum explicat Galenus

3. Methodi. 2. fol. 116. D. Nobilis puella Leydæ menstrualis cum esset, ruptum illi vas fuit in pulmone à catarrho acri, prodeuntibus mensibus nihil auxilii sensit, omnibus tentatis, obiit. Quinque aliæ inter quas vna matrona, palindrome his ad laryngem fuit, in eaque cancri lethales: duæ exesis carotidibus foras prodeunte sanguine abreptæ fuere: suffocata à coniuente larynge.

XXXIII.

Γυναικὶ τῆς καταμηνίων ἐκλιπόντων, αἷμα ἐκ τῆς ρινῶν ρύησαι ἀγαθόν.

XXXIII.

Mulierì suppressis mensibus, sanguinis è naribus profluuium bono est.

Dixit prius de locis incommodis quibus sanguis effunditur, iam de commodis.

x. Talis haimorrhagia inter cæteras principatum obtinet generisque nomen sibi adoperat, Suppressio menstruorum plethoricam adfere affectionem. Quattuor autem sunt viæ per quas hæc plethora auersione amouetur:

aut

Sanguinis
à naribus
effusione
agitur
mensis.

aut enim haimorrhagia, aut vomitione, aut haimorrhoidibus, vel dysenteria cructa. Auerfio autem ea quæ fit vomitione periculo non caret: nam quamvis sanguis non arguat calamitatem partium vnde manat, Si tamè cundetur in ventriculo, lipothymiam & mortem etiam sæpè adfert. Vt fit calamitosa hæc auerfio non ratione refluxus, sed ratione partis per quam effluit. Similiter periculi plena est auerfio per dysenteriam, quod hæc materia etiam in intestinis interdum grauissima excitet symptomata: sic etiam quæ fit per haimorrhoidas, sceliciffimè autem euenit hæc auerfio per haimorrhagiam. Profluuiũ vetti: hoc est si liberaliter sanguis fundatur.

2. Neque enim arguit calamitatem partis vnde effluit, significat enim vias eius iam esse apertas, quæ prius naturæ iucommodo erant occlusæ: Neque vlla ratione calamitosa esse poterit parti per quam fluit: eò quod fluat continenter per vasa, neque in magnam capacitatem fluat, vbi corrumpi vel conglomerari possit. Sed dicet quis, Si scopus est, vt naturæ consilium Medicus sequatur, cur igitur suppressis mensibus iubet Galenus potius tundi venam poplitis vel malleoli pedis, quam venam axillarem? imo ipse vult inhiberi fluxum menstruorum apertâ venâ brachij. Responsio est, Si id studeas vt fluant menstrua, poplitis vena necessario est secanda. si verò studeas vt plethoram tollas, (imitantes id quod hoc Aphorismo scribitur) axillaris è directo est pertundenda. Vt si à menstruorum suppressione ardentè febricitat, quia febris maximè vrget, non in menstruorum euocationem, sed in febris curationem erit incumbendum, ac vena brachij pertundenda, vt etiam in pleuritide & peripneumoniâ. In sanguinis effusione vltro oborta vide vnde, quò, quâ, & quamobrem fluat;

Notandum.

fluat: & num onere pressa natura onus excu-
riat. Notandum, quod à me vsu obseruatum
fuit, in hac haimorrhagia mensium suppressio-
ne quæ excitatur, longè alià idea, sanguinem
ferri, quàm in vulgari haimorrhagia: Hic
enim prodit intermixtus thrombis ac frustis.

XXXIII.

Γυναίκεν ἐν γαίτρῃ ἐχέσῃ ἢ ἢ κοιλίᾳ
πολλὰ εὐχῆ, κίνδυνος ἐκδῶται.

XXXIII.

Mulieri grauidæ si aluus profusior sit,
abortionis periculum imminet.

Nam fœtus hinc fraudatur genio suo, infirma red-
dita matre: imò extinguitur fœtus tetro à vapore ex-
crementorum quæ per intestina feruntur, nam intesti-
nis incumbit uterus: unde vena tetri fœtoris offensio
agitatur: Siue illud alui profluuium fuerit diarrhæ-
ticum, siue lientericum, siue dysentericum. Nam in
omni profluuio fit minor alimenti distributio, unde vi-
res fœta debilitantur, & genio fraudatur suo fœtus: ac-
cedunt præterea insomniæ, cum & crebra adesse surgen-
di de nocte necessitas in tali profusa aluo: & plerumque
nutritioni dicata una cum fœtus abiiciuntur. Ob so-
cietatem quæ utero est cum intestinis facile horum affe-
ctio in uterum deriuatur. Ita nuper cum muliercula
quædam parere non poterant, in ipsa parturigine iussi
plurimis mollem clysterem iniici intestinis, ac silico pe-
perere. Ita ut iam apud nos id agere incipiant mulieres
nobilissimæ. Clyster sit ex decocto herbarum emollien-
tium, ex malua, althæa, parietaria, tapsi barbati,
ehamcemel, arthemisia: colatura adde saccharum,
oleum amygdalinum dulce: & drachmam salis com-
munis. Quod verò uterus grauius afficiatur ab intesti-
nis, sæpe à me obseruatum, dum præfocati obnoxii
propinatur purgans pharmacum, tunc sæpè grauissimè
affligi solebant.

Historia
& curatioObservatio
practica.

Γυναί-

XXXV.

Γυναίκι¹ ἐπὶ ὑστερικῶν ἐνοχλημένη² *Vterinae suffocatio & partus*
 ἢ² δυσκοίση, παρμὸς ὀππυερόμεν³ *difficilis.*
 ἀγαθόν.

XXXV.

¹ Vterinae mulieris aut ægræ ² parienti,
 oborta sternutatio est ³ bona.

1. Quæ uteri symptomatis infestatur. hoc est, quæ præfocatur ab utero: sublato scilicet respirationis usu à feminis venenata qualitate & extincto calore, aut inde impeditis respirandi instrumentis.

2. Infirmirate fetus aut uteri. non ab os-
 sium mala conformatione, vel à malè affecta
 ceruice uteri, vel à fetus in dorsum aut pedes
 prodeuntis malo situ: iis enim in casibus nihil
 iuvat sternutatio.

3. Nam inde significatio fit calorem ferè
 extinctum redintegrari; quodque ea concus-
 sione expellatur materia feminis, quæ eius
 mali erat causa, quodque fœdus vapor qui,
 (natus à menstruorum corruptione, vel à re-
 tento semine,) caput ac diaphragma feriens,
 respirandi vim interceptabat, excludatur. In
 omnibus morbis acutis præclare facit ad sa-
 lutem sternutatio: sed si euenerit à thoracis &
 pulmonum affectibus, mala est, ut signum, &
 ut causa. Ut signum, quia significat malam
 anathymiasim ad cerebrum ascendisse à par-
 tibus spirabilibus. ut causa, quia hæc quassatio
 has partes magis distrumpit. Vbi verò par-
 turigo non succedit ex sententia, salutaris est
 sternutatio, etenim ad inferna validè propellit
 diaphragma compressio epigastrii, hinc ad
 inferna pellitur valido nisu uterus. Nos parum
 piperis & galangæ natibus ut sorbeat iubemus
 miscemus

Vbi dicitur
 iuvat.

Remedium
optimum
ad diffi-
cultatem
ad salutem
secundinae:
vfu nobis
comperitum.

miscemus interdum parum albi ellebori ma-
ximeque quid euphorbij. Sed antea propina-
mus hoc remedium: Accipe cinnamomi electi
drachmas duas cum semisse: myrrhae optima
scriptulos duos: succini candidi sesquidrach-
mam: rubiae tinctorum, castorej, cuiusque
scriptulum: boracis, semiscriptulum: croci
grana quinque. misce. fiat pulvis subtilissi-
mus: capiat drachmam vnam cum vino albo,
& saccharo. Eliso foetu, cum secunda retinen-
tur, hoc pulvere propinato, ilico redduntur:
nam tunc, haemorrhagiae metu, non fouemus,
h' *ὄστρα*, vterus: τὰ *ὄστρα*, secundinae, hoc est,
chorion.

ὄστρα.

XXXVI.

Γυναῖνι τὰ καταμύσια ἄχροα, καὶ
μὴ καὶ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γρόμενα, καθύπε-
ροῦ δεινῶσθημαίνε.

Mulieri vt
causa pur-
gationis pra-
scribi pos-
sit.

XXXVI.

Mulieri si fluxerint menses: decolores,
qui nec eodem modo bene² responde-
ant, purgatione³ opus esse significat.

1. Si aut sanguis menstruus propriae sub-
stantiae ratione in vitio sit, aut alieni humoris
permixtione infectus.

2. Vt periodi vtriusque, (hoc est vt singu-
lis mensibus hoc est 29. diebus eueniant: &
tunc septem diebus fluant) & excretionis
modi ratio desideretur: vt si non decenti flu-
xuferantur, sed liberaliori, vel parciori. In
mulieribus mulierosissimis tempus mensura-
lis profluvii est dierum septem; ita vt inter-
missionis dies sint viginti duo; In mediocri-
bus vero mulieribus, quattuor vel quinque
dierum profluvii tempus est, & vigintiquin-
que

que dierum intermissionis tempus. In vitagine verò vis. triseptem intermissionis, & duo profluuii. Desideratur igitur ratio periodi, si menstrua cunctantur vel anteuertant: vel si biduum fluunt, quæ olim triduum fluere solebant. Modi autem desideratur ratio, si guttatim vel *à spas*, celerius vel tardius, copiosius, vel minus copiose fluant.

3. Vniuersali & singulari corporis totius atque vteri. Sanguis menstruus propriæ substantiæ corruptione est in vitio, si sit melancholicus, si colore sit meracus ex resolutione partium. Alieni autem humoris permixtione infectus, si admixtam habet pituitam, bilem, vel melancholiam, aut serum. Purgatio vniuersalis totius corporis fit, adhibito eo pharmaco, quod respondet ei humori quo sanguis est infectus. cuius quidem notæ percipiuntur in linteis mulieris, menstruosæ. Particularis verò vteri purgatio adhibetur, si causa consistat in vitio & infirmitate excreticis vteri, vel in materiæ contumacia, vel in meatuum angustia. Vniuersalis purgatio his instituat ex idea eius humoris qui in sanguine emanante in vitio esse videtur. Si pituita in vitio est, agarico: si bilis, Rhabarbaro: si melancholia, fennæ folijs vacuetur. ita vel melle aut syrupo rosato, nam is etiam menses euocat. Sed in particulari purgatione instituenda rimanda sunt causæ tardantium mensium: hoc enim illis euenit coniuuentibus osculis venarum vteri, vel quod inflectitur ad dorsum vel ad latus vteri os, vel quod duritie id obsideatur, aut quod compactior sit substantia vteri, vel sanguis peccat parcitate vel crassitie. Vbi crassities in vitio est, diætam ineat attenuantem succos, suffitusque fiat atomatum, & pessæ præscribantur. Potio instituat ex vino cui incoxit calamintha, vel pulegium, aut abrotanum.

Remediū

Causæ
mensurorū
tardantium

*Pilula
mensetur
antes.*

tanum. Sed prius purgetur corpus, quod familiaribus his pilulis ego maximo cum succellu facio, Accipe aloes vnciam vnam; myrrha, gentiana, aristolochia, dictamni, croci, cuiusque semidrachmam: rubia maioris, mithridatii, cuiusque drachmam: cum sirupo de arthemisia, fiat massa. capiat pro dosi pilulas quattuor vel quinque cottidie, mane, decem aut duodecim matutinis continuis. ante solitum tempus purgationis menstrua.

XXXVII.

*Abortus
nata.*

Ἐπιπέσει ἐν γαστρὶ ἐχέσθη ἢ οἱ μαστοὶ ἐξ αἰφνης ἰσχυροὶ γένωνται, ἔκπιπτωσιν.

XXXVII.

Mulier ingrauidatae si mammae repente extenuentur, abortit.

1. Ut nulla excusatio tabescentis corporis totius adferri possit à visceris alicuius injuria.

2. Quae prius erant solidae & succi plena. cum foetus mouetur, tunc insurgescunt mammae. Hoc fit tertio quartoue mense.

3. Quod foetus suo genio defraudari significat, ut eo nutriendo sanguis necessarius satis esse non possit: eo que foetus defraudatus aliò tendit: vel quod graui morbo vterus teneatur, vnde anadrome fit sanguinis in vterum. dicat quis cibum sumunt foeta: igitur nutritus non deest. & diu post puerperium lacte nutrit foetum. Igitur abortus non fit inopia lactis. Sed hoc fit à plenitudine in vterum ruente. De sterilibus initio pag. 387. Quae dicit corrumpent foetus, his mammae gracilescent. si verò iterum durescant, dolor erit in mammis

mammis, vel coxis. aut oculis, aut in genibus & non corruptela fœtus. Quo modo durescent rursus mammæ, nisi recurrat materia ab utero. Quod hæ partes dolent, fit ob recursum sanguinis ad uterum. I. De morbis pag. 313. Quare utroque modo, & ab inopia alimenti, & à subito recursu ad uterum id fieri nemo negavit. Admonet nos hoc Aphorismo, ut cautè medicinam faciamus, ne in calumniam trahamur. Quasi dicat, Vbi notæ hæ in grauida apparent, vide ne quid remedii præscribas, vnde quis existimet te abortum promouisse: qui iam spontè naturæ eueniet.

*Cautio-
pragmatisca.*

XXXVII.

Ταυτικὴ ἐν γαστρὶ ἐχέσθῃ ἢ ὁ ἐπε-
μαδὸς ἰχνὸς γέννεται διδυμικὴ
ἐχέσθῃ, δάτερον ἐκτιτρώσκει. Καὶ ἢ ἡ
δεξιὸς ἰχνὸς γέννεται, τὸ ἄρρον. ἢ ὁ
ἀριστερὸς, τὸ θήλυ.

XXXVIII.

Quia & mulieri grauidæ si altera mamma extenuetur ac gemellos gerat, alterum abortit. Ac si dextra quidem extenuetur, marem abortit: si autem sinistra, foeminam.

Intelliguntur duo hi Aphorismi, modo nulla excusatio adferri possit inedia. Nam loquitur Hippocrates de inchoata extenuatione. Quum & erò mamma sola inter omnes partes qua sub sensum cadunt duplices habeant venas: proprias quidem quibus sanguinem ad summationem attrahant, & communes quibus sanguinem ad lactis generationem alliciant: ideo quoque in mamma duplex consideratur extenuatio; propria, qua est ab

*Mamma
sola dupli-
ces habent
venas.*

ab alimenti inopia, vel à vitio nutritus quo ipsarum membrana collabuntur: & communis ea est inanis extenuatio cum scilicet venis, quæ officium habent copie sanguinis denegatur, quod fœtus validior & alacrior plurimum nutrimenti capiat per venas epigastrii, quas veluti osculo excipiunt venæ mamillares. Fœtus enim tantum absurrit ad sui nutrimentum, ut non sufficiat materia generando lacti, aut sanguini quo fœtus nutritur. Quare non eadem ratio est extenuationis harum partium, quæ aliarum partium: mamma enim non solum sibi, sed etiam fœtui alimentum conficiunt. Preterea hic loquitur de extenuatione non propria, sed de ea qua habitus ipse subsidet. Sed rogabis, An, ut contrariarum contrarie sunt Indicationes, mammarum extenuatio abortionem significat, itæ earundem distentio, prosperam ingravidationem significet. Dico quod non. Equæ enim distentio apparet ad abortionem, atque extenuatio. Si enim fuerint mammae sanguine distente plus aquo, arguunt summam fœtus imbecillitatem. Ex euentis fieri potest ut utrumque factum abortiat. Uterus duos tantum habet sinus quare, ex lege natura duos tantum fœtus potest suscipere. Plures quidem aliquando suscipit, imò sex, non quod tot sint in utero sinus, ut volunt Arabes, sed hoc fit per superfætationem: ideoque illi posteriores fœtus non possunt esse vitales.

Fœtus qui
vitales.

Causa masculi vel
fœmini
fœtus.

6. Epid. cum
2. Aph. 29.
& commēt.
3. Aph. 37.
6. Epid. 4.
27.

1. Translato ad veterum sanguine ad fœtus nutritum ex inopia laborantis.

2. Quia fœtus qui mares sunt, dextra; fœminæ vero sinistra vteri parte continentur. Vasa spermatica dextrâ quidem parte ducuntur ex tunica venæ cavæ: sinistra, ex vena renali: Ideo ex dextra parte excernitur semen calidius, siccus & elaboratius, maribus procreandis aptissimum: è sinistra semen frigidius, aquosius, nec æquè elaboratum, fœminis procreandis aptissimum. Aliquando tamen contra naturam vasa hæc dextra parte ducuntur à vena renali; & sinistra à trunco venæ

venæ caux: in talibus corporibus fœtus ma-
 tes sinistra corporis parte: fœmina, dextra
 parte continentur. Imo aliquando vtrunque
 hæc ducuntur à trunco caux venæ; aliquan-
 do vtrunque à vena renali. Verum Hippocra-
 tes docet quid in natura ritè conformata eue-
 niat, & quid plerumque accidat.

ὡς ἐπὶ
 τὸ πολὺ.

Scalig. subtil. oper.

271.

XXXIX.

Ἡ γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκῦια
 γάλα ἔχει, ταύτη τὰ καταμήνια ἐκλέ-
 λουπη.

XXXIX.

Si mulier neque ¹ pregnans neque
 puerpera lac habeat, huic suppressa sunt
 menstrua.

Suppressorū
 mensurā
 morā.

¹. Sed à parte expedita, Ex eo lacte significa-
 tio & boni sanguinis & integræ mammarum
 partis quæ lac facit. Bonus is est sanguis qui
 est dulcis, purpureus, mediocriter crassus. Hinc
 adeo accidit vt si virgines huiusmodi sangui-
 ne abundant, & ab eâ sanguinis copia menses
 supprimentur, nisi eiusmodi plethora aut san-
 guinis emissionem, vel vomitu, vel per hai-
 morrhagiam, aut per haimorrhoides vel per
 dysenteriam haimatodæ excernatur: & si his
 mammae calidiores fuerint & atterantur, eò
 aliquando is poterit decumbere, & in lac con-
 uerti. Quin interdum attritu papillarum viris
 lac etiam nascitur, vbi eâ sanguinis supellex.
 Nam lac solum est elegantior pars sanguinis,
 quæ, vt natura hominem à crudelitate auo-
 cet, à glandulis mammarum in alborem abit.
 Sed non ita copiosum id lac manat quod mu-
 lieribus extra grauiditatē ac lactationem eue-
 nit. Quòd tamen rarum est in virginibus,

Virgines
 lac fundant
 aliqua.

Viris vnde
 lac.

Lac quidē ē

nam providentiâ naturæ (quæ vis quædam est à Deo infusa) gignitur lac in mammis, foetus causâ. Vnde ea providentiâ? ab animantium opifice, inquit hic Galenus. Octavo & nono, dicit hic Galenus gravitationis mense, turgent venæ utero & mammis communes.

XL.

Τὴν αἷμα ἐν ὀκόσῃσιν ἐς τὰς πτῦθὺς αἰμα¹ συσπρέφει, μανίαν² σημαίνει.

XL.

Quibuscumque mulieribus sanguis in mammis * colligitur, ¹ phanaticæ² fiunt.

* vel cœglo-
moratur.

1. Si is ibi collectus cunctando putrescit, vel exardescit: si putrescit, inde inflammantur mammae. si exardescit, ardore eo in atrocem uritur. *Ἄνεσθη* est omnis tumor præter naturam.

2. Quia ibi permanet pepâsmi expers. Cum fluit à suppressis mensibus sanguis in mammas pro ipsius sanguinis conditione, & partis in quam fluit temperie, aut phymatis, aut furoris consecutionem adfert. Si enim sanguis is fuerit bonus & natura partis integra, natura lac ex ea generabit. Si verò sanguis propriæ substantiæ corruptione vel alterius humoris admixtione in vitio fuerit, eius partis in quam effluit, substantiam labefactabit: & omne genus phymatum pro varia corruptionis conditione, vel humoris mixtura generabit. In aliis quidem phlegmonem, in aliis cancerum, in aliis aliud, ut hic in ardorem, vnde ambustus sanguis, fuligines nigras in cerebrum effundit indeque melancholescunt: vel fit eò metastasis sanguinis incendio conflagentis, vnde fit mania, hoc est furor febris expers. Nam

ea mania quæ febris est particeps, phrenitidem sequitur. De hac non loquitur in hoc Aphorismo. Nisi prouocentur menses, hinc cancri nascuntur. lac inquit Galenus hic, tanto est sanguine frigidius, quâto hepar est glandulis calidius. Si igitur in mammis ardore vratur sanguis, in lac abire non poterit Nobilissimam vidi puellam, annorum viginti, cui non ex sententia respondebant menses, hinc glandula in mamma induruerat. author eram vt menses excitarentur, ac mollia remedia imponerentur. Illa ad empiricum abiit, quî cauterium imposuit, ac manimas cum thorace exedit, vt anima thorace prodiret. Frequentique impositione acrium remediorum, cum intumorem à sanguinis affluxu abiisset diu, in veterum cancrum degenerauit.

XLI.

Γυναικα λυ¹ Σελης ειδέναι η κύς, επλυ² καθόδεν μέλλη³ μελίκερτον διδόναι πειν, κ¹ λυ² μ³ σρόφον έχη πει τλω⁴ γαστέρα, κύει: λυ⁵ η μη, ε κύς.

Mulier eu-
ne ida num
fo granides

XLI.

Si nosse velis an mulier vtero gerat vel conceperit, iam iam¹ dormituræ melicratum² bibendum exhibeto, quod si alui³ torminibus infestetur, concepita sin minùs, non concepit.

1. Nec incœnata. Eo enim tunc tempore crudum melicratum excitare potest tormina.

2. Crudum. sit ex vna parte mellis, & decem aqua.

3. Nam ventos intestinis ingenerat crudum nacl: qui retinetur turgido ab vtero pres-

sis intestinis. Sed non sic familiaris mulieri colicis dolor, nec æstuet corpore, id enim disti-
 cti ventos, nec assuetæ debet esse melicrator:
 nec sit durâ aut fluxâ aluo: nam vt in hac
 venti facillè euanescent, ita in illa facillè re-
 trahuntur, ac retinentur. Hæc sanè raro con-
 tingunt, nec inter *αυτοεπίμωσι* Hippocratica
 agnoscitur hic Aphorismus, Graviditatis tria
 sunt *σημεία*. Primum, si rem habuerit cum
 vito. secundum, si septem dies semen conti-
 nuerit, eiusque nihil excreuerit. tertium, si os
 vteri cum mollitudine ita sit coactum, vt ne
 acus quidem acutiem admittat. Præterea si
 venter & abdomen quodammodo collabatur
 & quodammodo deprimitur, colligente ni-
 mirum se vtero vt arctissimè semen contineat.
 Communia signa ex vrina & pulsu petuntur:
 pulsus enim non sunt maiores, nisi fœtu iam
 absoluto. Galenus hæc tormina ad angustiam
 quæ fit ab vtero in recto intestino refert. Sed
 dicas, in initio graviditatis (de quo solo tem-
 pore hic loquitur Hippocrates) vterus, qui re-
 cto intestino incubat, vndique se colligit, mi-
 nusque illud intestinum premit. Igitur illud
 intestinum non fit arctius, sed amplius. Hoc
 autem ampliore reddito, & reliqua intestina
 fiunt ampliora. Hic igitur Aphorismus non
 caret suspitione mendii. Quidsi legatur, quod-
 si non infesteturalui torminibus, concepit.
 Nam quod omnibus commune est, non po-
 test esse proprium gravidæ. Nostræ mulieres
 dant bastardicum, hoc est passum vinum cum
 saccharo, & lac dulce, quo moueat se fœtus:
 sed id ineunte conceptu locum non habet.
 Nam etiam, grandiore iam fœtu, manum ca-
 lidam vmbilico imponunt, mouet se fœtus ad
 illum teporem.

Tria signa
 gravidita-
 tis propria.

Communia
 gravidita-
 tis signa.

X L I I.

Γυνὴ ἐγκυῖα, ἢ ἂν ἀρρῆν κίβη, ἢ δὲ
 ἔξω ὄσιν, ἢ ἢ ἰπύου, ἢ δὲ ἔχρη.

X L I I.

Mulier grauida si quidem matrem con-
 cepit, ¹ colore est viuido: si autem fœ-
 minam, ² fœdo.

Num ma-
 rem vel fœ-
 minam ge-
 neret.

*Aphorismus hic non semper habet locum, nisi cata-
 ra sint paria, ut uisus, ratio, & talia. Ratio autem
 Aphorismi est. Qualis sanguis fuerit, talis est color:
 quia color similis effluescit humoribus. Mat. generatur
 a meliore sanguine, & elaboratiore semine, ab his ve-
 rò mulier uisidior euadit.*

1. Hoc est, est coloratior quàm cum fœ-
 mellam gestat esse solet, nam committit can-
 dem mulierem sibi ipsi.

2. Non tam bono colore, ac cum matrem
 gestat, & lentigine obsideatur facies. Mas
 tertio, fœmina quarto mense mouetur. In
 matre aiunt fœta oculi dextri pupillam maio-
 rem ac nitidiorē esse, & dexteras arterias tur-
 gidiores & commotiores, venasque sub lin-
 gua dexteras tumidiores, ut etiam mammam
 dextram: uterique dexteras partes.

Certa signa
 matris uel
 fœmellæ.

X L I I I.

Ἡ γυναικὶ κίβη ἐρυσιπέλας ἐν τῇ
 ὕσῃ γένηται, δυνάτω δὲ.

~ Vteri ery-
 sipelas.

X L I I I.

Si mulieri grauidæ in utero sit erysi-
 pelas, funestam.

*Ob febriū uehementiam, spirandi difficultatem, &
 ob summam curandi erysipelas difficultatem. Eò quod,
 ob metum fœtus nullius medicamentum utero adhibe-*

ve audeas, quo illa materia vel discutiat, vel concoquatur. Propterea quod erysipelas ad sui curationem vena sectione indigeat, huiusmodi vero auxilium & factui & facta est periculosissimum. Utero magna cognatione principes partes unguuntur. Funestum id maxime factui ob ardorem & interceptionem alimenti, conuenient enim inde ora venarum uteri, unde factus nutritur, in tali tumore. Iuenculam uterum gestantem tractavi hic nuper, cui tale quid euenit: ardentissime febricitabat, secta fuit vena, clyster iriectus, Die trigesimo quarto abortiit semiputridum factum. Perpetuo febricitabat, interdum aluius liquidus ferebatur. Suffocatio uterina saepe angebat: parum dormiebat: factorem sentiebat ipsa. Jalapium ex cicorei aqua, cum sirupo de acredine citrorum assumebat, tandem euasit. Verum hoc non fuit erysipelas exactum. Seniori olim adfuit mulieri grauida, hac primis diebus vehementer aestuabat ab utero, vena fuit secta; lenita aluius, tertio die obiit una cum factu.

Ysiptaria.

XLIIII.

Οκόσαι ὄρα¹ φύσιν λεπταί ἔσσαι ἐγασεῖ ἔχουσιν, ² ἐκτιτρώσκεισι τὸν ἢ ³ παχυθῆναι.

Abortus
causa.

XLIIIIII.

Quibuscumque grauidis extenuationis ¹ summa sunt omnia, ² abortiunt ³ priusquam habitiores fiant.

1. Hoc est, in quibus non inchoata, sed perfecta extenuationis signa apparent: qualis extenuatio esse solet ab exhausto partium solidarum, ybi nulla spes est redintegrationis. Vt si longo a morbo defraudata fuerint suo genio: quo tempore ad conceptionem sunt aptiores, vtpote purgatiore.

2. Bimestres, hoc est, simulatque factui nutritu

trictu

tricatu est opus, ut solet esse bimestribus, nec ante. Nam cum mulier sit extenuata, sibi solum cibum capit, indeque fœtus inopiâ redditur infirmus. nam quomodo fœtum alet, si seipsam fœta non aluerit? Tres enim sunt causas abortus continentis, fœtus imbecillitas, nutricatus inopia, & vinculoꝝ quibus fœtus utero alligatur laxitas.

3. Vel ante illud tempus, scilicet trimestris graviditatis.

XLV.

Οκόσαι μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐμπρῶτος κῆσι δὶ μνητα καὶ τριμνητα ἄτερ ¹ φανερῆς, ταύτησιν αἱ κοτυληδόνας, ² μύξιν μεσαὶ εἰσὶ: Καὶ ἔδύνανται κρατεῖν ἐπὶ τῆ βίβης τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ³ ἀπορροῦ γίνονται.

XLV.

Quæcumque verò corpore benè constituto bimestres, atque etiam trimestres abortiunt, nullâ¹ incidente abortionis causâ, his sanè² cotyledones mucco abundant: eoque fit ut præ gravitate fœtus potentes esse non possint, sed³ disrumpuntur.

Superiori Aphorismo abortionis causa consistebat in alimenti inopia, hoc autem in secundinarum & vinculoꝝ uteri laxitate. Fœtus enim alligatur secundinâ, secundinæ verò utero. Secundinam constituunt illa venarum & arteriarum oscula, quæ cotyledones appellantur. Quæ secundinæ diuelluntur, si vasa ac oscula illa mucosâ plena fuerint. Plena autem erunt, si mulier tali morbo, aut diasa vitio colligat in capite copiam pi-

Hipp. 1. De Morb. mal. & lib. De superfat. Praetia ob- servatio.
 iuncta vitrea, crassa & gypsea, à sanguinis concretionem segregata, quae neque per os, neque per nares, aut intestina, vel urinam excluditur: sed perenni fluxu in uterum delabatur, ut igitur foetus conservetur, exhaerendum est cerebrum ea pituita, vel alio est derivanda. Purgatio ergo instituitur ex agarico & Rhabarbaro commodis mensibus, vel etiam ante ingrauidationem. Matrona quaedam saepius abortierat pituitosa natura, cum vero medicinarum usum iuit, feliciter gestationem perficit.

1. Quia quibus mensibus fiunt labores, iisdem fiunt abortiones, si cotyledones mucoso circumfluant. dicit si fuerint corpore bene constituto, ut nulla excusatio adsit extenuationis, aut obœsitatis.

2. Nulla valida suborta euacuatione, aut uteri affectione; non ictu, casu, aut animi perturbatione: denique nulla re quae aut foetum infirmiorum faciat, aut suo defraudet genio, aut uteri secundarumque vincula laxet, vietaque faciat. nec foetorem grauem natibus conceperit. nec vociferatio valida praecesserit.

3. Hoc est venarum & arteriarum in utero fundo oscula.

4. Hoc est, à cotyledonibus secundinæ denuentur.

XLVI.

*Conceptio
 ut felici-
 tatur.*

Οκόσαι ὡς ἂν φύσιν πιχέϊαι ἐύσαι μὴ
 ξυλλαμβάνουσι ἐν τῇ γαστρὶ, ταύτησι τὸ
 ὀπίσσω τὸ σῶμα τῆς ὑπερέων ἄπο-
 πύσεως, καὶ ὡρὴν ἢ λεπνωθῆναι, & κύουσι.

XLVI.

Quaecumque [non naturâ, sed edu-
 catione] supra modum habitæ concipe-
 re ne-

te nequeunt, iis 3 omentum os vteri 4
 comprimit, nec 5 ante concipiunt, quam
 graciliores fiant.

Ut concipiant haec, author est Hippocrates ut phle-
 magogis vacuentur, ac dein ut uterus purgetur, tan-
 dem ut illa dentur qua flatus gignunt, hi enim expan-
 dunt contractum nimis uterum. Sagax natura id sepe
 postulat a muliere iam iam ingratiata, qua mire de-
 siderio iam tunc fertur in poma, cerasa, pruna, aliisque
 qua in flatu foecunda sunt. Quare vteri os & col-
 lum non verti ad latus aut dorsum debent, nec pre-
 cludi debet collo aut omento, nec lente in se rapere de-
 bet uterus.

Cur vari-
 appetans
 ingrati-
 data.

Vteri os &
 colli vterini

3 Hoc Philoteus refert ad pinguedinem
 vtero adnatam. Galenus proprie ad dictum
 omentum. Ita scilicet ut collum vterinum
 quod adnatum est ori vteri comprimatur a deo,
 ut aditu ad vterum semen viri prohibeatur.
 Ita nimirum ut pudendum muliebri primo sit
 loco, secundo, collum vteri: tertium os vte-
 ri; quarto, ipse vterus. Hæc sectio corporis
 humani aperte monstrat.

4. Eoque fit ut semen virili os vteri ratiâ
 subire nequeat: sed in via refrigeratum cor-
 rumpitur. Et his sanguis in corporis molem
 abit.

Arista. De
 part. ani-
 mal. 5. Es
 1. De alie-
 nat. animal
 18.

5. Sterilitatis multæ sunt causæ, aliæ ex
 euentu, aliæ per se. Hæ crassæ, ex euentu sunt
 steriles: quia virile semen excipere nequeunt
 ob pinguem aqualiculum, qui os vteri com-
 primit. Quod scilicet hominibus maximum
 fit omentum: ampliusque quam boui, pro ra-
 tione sui corporis.

Sterilitatis
 causas

XLVII.

Hy úsēsη εν τῷ 1 ἰχίῳ ἐγκειμένῃ
 διαπύσῃ, ἀνεύκῃ 2 ἔμμοτον γένεαδς.

a 5

Si

Si uterus ¹ coxendici incubans suppu-
ret, ² emmotum vlcus fieri necesse est.

1. Ab excitata phlegmone in utero, si per-
uertatur uterus ad coxam.

2. Sinuosum vlcus fit, ad cuius curatio-
nem conceptis lineamentis opus est, Nam per
emmotum ipsam affectionem denotat: alio-
qui significat remedium quod sinuosis vlceri-
bus admouetur, ad absorbendam materiam
humoremque illum qui ibi cunctatur. Hoc
autem remedium varium est, pro varia eius fi-
gura & materia. figura, nam interdum refert
elychnij formam, interdum glandis. materia,
alia fiunt ex argento, auro, plumbo; alia ex
materia solida, alia ex perforata. Ratio Apho-
rismi est, quod non solum ex ipsa parte qua
vlcus concepit materia illa educi debet, sed
etiam ex utero, vnde perpetuo noua materia
suppeditatur. Quasi dicat, euacua ergo totum
corpus, ne sordi succi irruant in uterum affli-
ctum, & quae sorda in utero sunt, illa pestis
prolice. hoc est, vt os uteri rectum fiat sude,
vt effundere omnia contaminata possit, ne ad
vlceris incrementa faciant. Suidas scribit *μο-
ταρην* esse, quod vulnere immissum prohibet
coalitum, vt iam strepta sunt. Falluntur Me-
dici qui pro Ischiadica affectione hunc affe-
ctum medicantur, venam malleoli incidendo.
Nam & ipse mulieres falluntur saepe, exi-
mantes se ischiade laborare cum claudicent
interdum altero cruore. vide Roussetum de
partu Casareo in fine capitis noni.

Ratio
Aphorismi.

Εμβρυα τὰ μὲν ἀρσενικά ἐν τοῖσι δὲ
οἷσι,

οἷον, τὰ δὲ θήλασα, ἐν τοῖσι ἀεισεροῖσι
 μᾶλλον.

XLVIII.

Fœtus qui mares sunt ¹ dextra, fœ-
 minæ sinistra magis ³ sunt.

1. Quia dextra parte calidior est uterus &
 solidior: & ea parte nutritum fœlicius mi-
 titigatum suscipit: nam ea pars est collocata
 κατ' ἴξιν ad hepar. Sic ait 2. Epidemiôn, cit-
 ca naturam magnam vim habet oculus dex-
 ter. quasi dicat. Dextra validior est homo,
 quam sinistra. Hinc quoque affectiones con-
 tra naturam potius eueriunt sinistra parte,
 quam dextra. Si tamen in dextram inciderint
 λόγῃ sunt periculosiores, quam si in sinistram.
 Antiqua est hæc sententia, à Permenide & Em-
 pedocle prodita. At tamen ea interdum vis est
feminis, ut utroque sexu masculos proferat.

2. Epid. vlt-
 ima secto.

3. Quia hoc non est perpetuum: quibus
 enim dextrum vas spermaticum à renali, &
 sinistrum à vena caua descendit, iis sinistra
 mares, dextra verò uteri parte potius fœminæ
 gestantur.

Arist. 4. De
 gener. ani-
 mal. Hip-
 pocr. 6.
 epid. iustio.

XLIX.

Ἐς ὕδρων ἐκπλώσας ² πικρὰ μὲν ἐπι-
 τιθεῖς, ἐπιλαμβάνειν πρὸς μωκτῆρας ³ ἢ
 τὸ σῶμα.

Ad secun-
 dinarum
 exclusionem
 quid confes-
 tat.

XLIIX.

Ut excludantur secundinæ adhibito
¹ sternutatorio, comprimere ³ oportet,
 nares & os.

Cum natalis est puer, ut mense 7. 9. & ad sum-
 mum, inquit Holerius, 10. Copulationes secundina-
 rum cum acetabulis siccantur & solvantur. & sensim
 cum factis nato iam prodeunt. Sed interdum rumpitur
 umbilicus.

umbilicus, ut cum inuoluitur fœtus collo. Hinc phlegmone febris, rigor, à putredine Secundinæ quæ nisi excendantur, vel ilico vel ante octauâ diē pieramq. eueant.

2. Ex oleori puluere cum castoreo maximeque euphorbio. Holerius propinat succum arthemisæ cum vino expressum. Ego summi Dei beneficio plurimas liberaui hoc puluere. Accipe cinnamomi electi drachmas duas cum semisse: myrrhæ optimæ scriptulos duos: succini candidi fessquidrachmam: rubiæ tinctorum, castorei, cuiusque scriptulum: boracis semiscriptulum: croci grana quinque misce fiat puluis subtilissimus: capiat drachmam ex vino, adiecto saccharo.

3. Quo denegato spiritui exitu qui à cerebro excluditur, in partes inferiores irruat. Corrupta autem vena quæ in umbilicum inferitur, editur fœtus sine secundinis. Quæ, si in utero remanserint, statim corrumpuntur, & subitariam mortem inferunt. Agitato autem per sternutationem utero, excutitur secundina. Admoneant Medici tunc obstetrices ne vnquam digitum ab interno ore uteri amoueant: dum enim à digito irritatur, restum manet id, ac sæpe hac irritatione excludit secundinas laceras. digitusque ab altera manu perpetuo madescat oleo lilino cum croco & myrrha, & mucagine seminis psyllij. Si abstulerit obstetrix digitum, vertet sese ilico uteri os, ac ita coniebit ut nulla postea arte aperiri poterit. Cautio obstetrici adit hæc, ne vnquam trahat validè umbilicalia vasa, renerrimis enim à secundinis facillè auelluntur. Antiqui propterea fœtum, integro adhuc umbilico, utri aqua pleno imponebant, ac sensim effluente aqua sudebat uter, modestoque lapsu secundinas vna proliciebat.

Ad secundinas reseruas procellens remedium.

Cautio obstetrica.

Γυναικὶ τὰ ἰατρὰ ἡμετέρα ἐν Βουλῆσι
ἔστιν.

ἀποχρῆν, σικύνην ὡς μεγίστην πρὸς τὰς
 τῆς αἵματος ἀπορροῆς.

Haimor-
 rhagia 70
 68 Rendo.

L.

Si mulieri immoderatius fluentia
 menstrua vis inhibere, quam maximam
 cucurbitulam ad mammas defigito.

Aphorismus hic accommodari potest ad omne im-
 moderatum sanguinis profluvium, cuius sistendi ratio captan-
 da est ex ratione causarum efficientium & instrumenta-
 riarum, unde, quo, quia, & quomodo sanguis fluat. Puer-
 peris saepe hoc evenit, ut confertim ab utero ruat sanguis.

1. Immoderatius fluunt menstrua, cum
 nulla servatur ratio neque periodi univ ersa-
 lis, aut particularis; neque quantitatis aut
 excernendi modi. Fluit autem sanguis, quia
 ipse actor vel subtilior, vel multo sero tum
 pituitoso, tum bilioso perfusus; nam venas
 aperit, aut erodit: vel copiam rumpit. Qui qui-
 dem fluxus tribus modis sistitur, revulsione,
 repressione, obstructione: hic solius revulsio-
 nis meminit. Uterus habet quasdam venas of-
 ficiales, quasdam ministras. Officiales sunt,
 quibus excipiunt sanguinem non sibi, sed
 foetui. Ut etiam mammis evenit, quibus ve-
 nae mammariae rectae feruntur ad umbilicum
 quo loco venas epigastrii veluti osculo quo-
 dam excipiunt, (saepius tamen animaduer-
 timus per sectiones corporum humanorum,
 continuas vnaeque illas venas esse) ita a mam-
 mis in uterum fluit sanguis per mammarias.
 Quare si mammis (inferno nimirum earum
 loco) cucurbitulam affixeris, revocabis eum san-
 guinem qui ad uterum tunc fluit.

Sanguinis
 fluxus
 causa.

Medela.

Vena ute-
 rina dupli-
 ces.

3. Nam venae mammariae non sunt foris
 sitae, sed in profundo corporis collocatae, pro-
 pterea cucurbitulae his adhibentur sine scarifi-
 catione. Nam ad revulsioneis consilium, ad-
 minuendo

inouenda sunt remedia iis partibus vnde sanguis fluit. Porrò hæc reuulsio fit duobus modis, aliquando aspectabili, vt emissio sanguinis, aliquando inspectabili; vt vinculis, cucurbitis. Post adhibitas cucurbitas danda sunt astringentia, vt pars confirmetur, meatus claudantur, & sanguinis imperas prohibeatur. Itaque mammis adhibebimus cucurbitam reuulsionis, ergo, cum largiore copiâ, vel longo tempore vltraque dies septem effluat sanguis. Potest etiam sanguis auferri ex brachio, si plenitudo sanguinis adsit: & succus plantaginis ad-moueri. Nos hunc puluerem maximo successu propinamus, Accipe seminis hyosciami albi, seminis papaueris albi, cuiusque drachmam; hamatidis, coralli rubri, cuiusque semi-drachmam: caphuræ scriptulum semis. sumat mane & vesperi semidrachmam.

Puluis ad
omne san-
guinis flu-
xum.

L I.

Ingrauida.
Bonis signis.

Οκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τετέλειον τὸ σό-
μα τῆς ὑστερῶν² συμμέμωκεν.

Quæcumque sunt grauidæ, illis os
uteri² conuiuet.

Continet hic Aphorismus inter tria τελευσία con-
ceptioni supra Aphorismo 4. explicata, vnum: nimirum
uteri omnimodam occlusionem, Sed quæres, Cum
constet superfætationes fieri, an igitur post conceptum
uterus aliquando aperiatur, Maxime id euenit priu-
mensibus, cum uterus avidissimè alterum semen exci-
p̄t. Cæterum nos signum intelligitur de illis mulieri-
bus que operam dant liberis. nam in virginibus etiam
conuiuet.

2. Ne aër subeat & semen corrumpat,
vtrique ne calor euanescat, quo vtitur potis-
simum ad fortis conformationem. Si scilicet
conuiuet

coniuget sine dolore & renixu. modo quoque nulla excusatio malæ conformationis adferri possit. Quibus enim ob malam conformationem coniuget os vteri à purgatione menstrualis præscribit Aristoteles vt statim à menstruis, hoc est sub finem menstrualis profluentem cum viro habeat. Quæ non excipiunt, non concipiunt.

LII.

Ἡ γυναῖκί ἐν γαστρί ἐχέσῃ γάλα πολλὸν ἐκ τῆς μαστῶν ῥυῆς, ἁδενές τὸ ἔμβρυον σημαίνει· καὶ ὅς σερροὶ οἱ μαστοὶ ἴσῳσιν, ὑγιένότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

LII.

Si cui mulieri gravidæ lactis copia è mammis profluat, 1 infirmum esse foetum significat: si autem 2 solidæ fuctique plenæ fuerint mammae, sanioerem esse foetum significat 3.

1. Id significat, foetum propriâ infirmitate, qua cibum respuit vel cibum capere non potest in vitio esse. Cum enim lac fluat, indicium est nutricatum sufficere, quod cum foetus respuat, minimeque potentiâ habeat fruendi alimenti, regurgitat in mammæ, quæ distentæ copiâ, lac profundunt.

2. Non extenuatæ nec flaccidæ nec distentæ. ita nec inopiæ alimenti, nec imbecillius foetus notas edent. Sint tutgidioree quam erant cum non gestaret adhuc vtero: nec sint flaccidioree quam cum non gestaret vtero.

3. Hoc est, Nec propria infirmitate, nec inopia succi alibilis abortioni eum obnoxium esse significatur. Nam alimenti copia fructus abunde,

*Mamma
multiplici va-
riatione affri-
gitur.*

abundè, & tamen mammis relinquit quod factis est ad earum soliditatem. Mammæ, ut partes officiales trahuntur in Sympathiam veteri vel benè vel malè affecti, idque tribus modis, generis similitudine, operis societate, & vasorum communione. Sequitur ut, si vetus benè affectus concepto iam fœtu valido & viuido, excitetur per sympathiam calor mammarum natiuus. Atque mammæ (aucto calore natiuo) non solum nutritus causa ex vena thoracica trahunt sanguinè, sed etiam è venis mammariis. Alia enim est ratio materiæ quæ per venas mammarias in mammas deducitur, alia eius quæ è vena thoracica. Nam per venam thoracicam proprii nutritus materiæ trahunt: per venas autem mammarias, lactis materiæ. Extremis mensibus gestationis prouenit lac. Si copiosè aquosum lac marcidæ mammx fundant, certum indicium est abortiõnis, Sanguinis palindrome ad mammas, aut strumas excitat, aut carcinomata, aut furorem, aut lactescit.

*Gal. 14.
De vñibus
partium.*

LIIII.

*Αδούθησι
βραχά
μαμμάδ.*

Οκδομή: Διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτησιν οἱ τριτοὶ ἰχνοὶ γίνονται. Ἡ δὲ σάλιν σκληροὶ γίνονται, ὀδυνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τριτοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσι γένασι, καὶ ὁ διαφθείρουσιν.

LIII.

Quæcumque sunt abortionem factura, iis mammæ extenuantur. Contra si duræ fiant, dolor erit vel in mammis, vel

vel in ischiis vel in genibus, nec abortiunt.

Signa sumpta ex charactere, mole, colore, operationibus & excrementis quibus de abortione indicare licet, hæc ferè sunt apud Hippocratem: fœtu mortuo vel moribundo, venter & mamma concidunt. Frigescit pubes sinusque pudoris, ore ac pudendo redditur grauis halitus, cauantur oculi, arteriarum motus languescit: facies, crura, totumque corpus intumescunt, pueri nullus motus, sed pondus sentitur. Deuoluitur cum se mulier conuertit. liuent labra, summa nares & auricula albiant, grauitas lumborum & fœmorum adest, sanies cruenta ex utero manat.

1. Nam διαφθορὴ & ἀποφθορὰ Hippocrati idem est quod ἐκτρωσμός, hoc est abortus & corruptela fœtus.

Signa.
Abortus
fœtusque
mortui si-
gna.

2. Concidunt alimenti inopia, vel sanguinis & spiritus ad vterum translatione, cum vterus graui affectu, vt inflammatione vel dolore, vt ab ictu, lapsu. Subito extenuantur mammae: Nam lente interdum sine metu abortionis mammae extenuantur: vt in grandiore fœtu: vel à crassiore sanguine quod non ita fiat impetus & excursus in mammæ: vt etiam ab infarctu vel à tenui venarum capacitate, vel à præcedente morbo attrita si sit sanguinis quædam copia: tunc ilico iterum turgidulae fororiant.

3. Si mammae tendantur à sanguinis benigni copia eò translata: talis tensio est signum abortionis: quia vterus & fœtus fraudantur suo nutritu. Si verò tendantur à prauo sanguine eò translato ab utero malè affecto, talis destentio fœlicem futurum partum indicat. Quare succi alibilis ad mamas translationem indicat lac multum è mammis effluens: at vitiosum sanguinem indicat dolor: durities, phlegmone. Ibi si permanserit dolor, ita vt

non fiat recursio pravi illius sanguinis in vterum. Non caret hic locus suspitione mendii, videturque legendum, Si contra mammae sint duræ, atque dolor absit, hoc est inflammatio; sed sine lactis effluxu.

4. Eo translata materia quæ in vterum alioqui & mammæ se effunderet.

5. Diadosi facta vitiosa materiæ ab vtero in alias partes. Atque ita fœtus & vterus morbo detunguntur. Ichilis vterus est alligatus. Sed rogabis, Si igitur ab ictu, lapsu, casu, & ex fœtore extinctæ candelæ fiat abortio, an his quoque mammæ extenuabuntur? Respondeo, cum doloris vi alio trahitur à mammis sanguis & spiritus, tunc sine dubio gracilescent mammæ: & à talibus rebus vehementer alligatur vterus: quare etiam mammæ gracilescent; nam ea est cognatio his cum vtero, ut trahantur illico in sympathiam ab eo.

Vterus phos-
phorici.

6. Quasi dicat multò minùs illæ abortient. Quasi dicat igitur euacuate eas mulieres à talibus succis.

LIIII.

Exceptio ad
signa ingra-
uidationis.

Οκόσσισι τὸ σῶμα τῆς ὑπερέων σκλη-
ρον ὄσσι, ταύτησιν ἀνάγκη τὸ σῶμα τῆς
ὑπερέων συμμύσθ.

LVIIII.

Quibuscumque os vteri durum est, id conuiere his necesse est.

1. Distinctione: ab inflammatione, vel scyrrho.

2. Quia colligitur & contrahitur. Sed tamen talis contractio, quia dura & dolorifica, non potest esse conceptionis nota, vide Aphorismum præcedentem. In conceptione dolor & durities absunt. In quibus præter naturam.

Remedia.

Non

ram.

ram, immitte haptum ex oleo lilino, amygdalino & violaceo, remisce adipem caponis, anseris, vtlanatis, cum muccagine seminis psyllii, lini, cydoniorum. Si calor absit, iunge quid croci. Utilitatem maximam ad curandum hic Aphorismus habet, nam plurima mala eueniunt mulieribus à palindrome mensum ad viscera. Hoc cum sit, interdum existimant se ingrauidatas: quare nec medicinam tempestiuam admittunt, nec vt reuellatur ille incurfus à visceribus admittunt. Quare obstetrix digito exploret num molliter conuiueat os vteri. Si cum duritie & dolore conuiuet, non concepit: ergo Medicus tutò remedia solemnia ac magna admouere tutò poterit.

Vfus Aphorismi.

L V.

Οκόσαι εν¹ γαστρι έχουσαι² υπό πυρετων λαμβάνονται, η³ ισχυρως ισχναίνονται⁴ ανδ⁴ αφορασι⁵ φανερης, τικτυσι⁶ χαλεπως η⁶ οπικινδυνως η⁶ εκτιρωσικουσι⁶ κινδυνωδισιν.

L V.

Quaecumque mulieres¹ grauidae² in febres acutas incidunt, si vehementer³ extenuantur, nullâ incidente aliâ, (quàm febris vi) extenuationis⁴ causa,⁵ grauior est illis, & periculosior partus: aut⁶ certè calamitosa est illis abortio.

Ingrauidatae calamitosus est morbus acutus.

1. Instante iam partus tempore.
2. A motu, putredine, & coacervatione humorum in maioribus venis & arteriis, aut in visceribus. Loquitur enim de febribus essentialibus, & non symptomaticis. Si lenta sit febricula, difficilem partum & periculo-

lum experietur mulier, sed uon abortiet. Si acuta sit febris, abortiet, non sine periculo.

3. Ita ut non solum inchoata, sed etiam perfecta extenuationis notæ appareant. Hoc est, cutis distentio cum pallore coniuncta.

4. Ut sanguinis effusio, purgatio, inedia &c. quæ resarciri possunt.

5. Uteri, fœtus, & respirationis infirmitate, & musculorum abdominis extenuatione & aquæ consumptione quæ in secundinis est. Partus scælix fit à robusta matre, fœtu ac utero.

6. Quasi dicat, Quoties ad calamitosam vim morbi seu summâ viriû infirmitatē accedit noua infirmitas, hic spes in angusto est. Grauidis enim extenuatis accidit abortio. Omnis morbus acutus in grauidas incidēs est funestus quia si in curationē morbi incūbas, ipsum fœtum pessundabis. Huc accedit, quod cum duplo maior sit pulsus in grauidis quam in non grauidis, propterea aucto iam usu respirationis & transpirationis, si insuper accesserit calor febrilis, vsui nec motui arteriæ nequēunt satisfacere: hinc fœtus & fœta strangulantur. Propterea quia tum diætæ & euacuationis vtriusque (nimirum pharmaciz & phlebotomia) ratio desideratur, fit, ut morbus vires acquirat cundo, & ut mulier vi febris extenuetur. Itaque fœtus vnâ cum matre suo defraudatur genio: atque hinc abortio. Vidi robustam mediæque ætatis mulierem, quæ extremis mensibus febris ardenti correpta ab abortu ilico interiit.

Axiomata,
Historia.

Historia.

LVI.

ἰσχυρῶς
αικείος.

Ἐπὶ ῥῶ γυναικίῳ πασμοδῶς καὶ ἄλλῳ
ποδυμῆνῃ ἢ ὀπιγένη, κακόν.

Si

LVI.

Si ad muliebre profluuium, conuulsionis vel defectiōnis animi accessio adiungatur, calamitosum.

Ino funestum quia uterus exhauritur, & in sympathiam omnes nobiles partes trahit. Omnis autem conuulsio ab exhausto est calamitosa ut figuum & ut causa. Ut signum quidem exhausti humidi primigenij: ut causa, quia intercipit actionem partium officio quatuor natura ad punctum temporis carere nequit.

1. Ab exhausto: sublato usu respirationis.

Tria autem sunt genera excrementorum muliebrium: duo naturalia, tertium verò contra naturam. Naturalia sunt menstrua, & lochia. Lochia pari temporis interuallo fluunt à partu, quo menstrua ante partum. Tertium est contra naturam, & dicitur Profluuium muliebre *κατ' ἐξοχλήν*: quod nihil est aliud quam sanguinis seroli atque sero aliorum humorum, pituitæ salsæ, bilisque vtriusque imbuti petennis vel repentina excretio. Non autem est vna eademque in his profluuiis conditio. facit etiam hoc cœli status, ut pluuiosus austrinus a ventis placidus quo cœli statu sanguis vix suis vasibus contineri potest. Refert sanguis autem ideam ac colorem eius humoris cuius sero diluitur. Est etiam ob admixtam pituitam salsam acrior. Desideratur etiam ratio quantitatis, cum menstruatibus solæ fluant duæ hæminæ ex lege naturæ, Præterea ratio temporis desideratur, nam sine vlla temporis distinctione excernitur. Postremò desideratur modus excretionis, quia menstrua paulatim fluunt, hic verò confertim. Quædam seminis est etiam effluxio acris ac falsi, à resolutis vasibus spermaticis: hæc rarò curantur, nam totum corpus exhauritur, summoque cum fœtore tandem extinguuntur. Vidi nobilem matronam

Mulieribus triplex genus excrementi.

Lochia. Profluuium muliebre.

Genorrhæa muliebris.

*Histeria.**Profluuium
muliebre
pituitosum.**Curasio.*

nam quæ hoc profluuium extabuit, & tanto
 fœtore effundebatur vt nullus non existima-
 ret alio venite. Sed hic fœtor longè alium
 superabat. Existimo totum eius vterum in te-
 terrimum tabum eliquatum vna effusum fuisse.
 Languabat hæc mirum in modum, ac quasi
 lethargo oppressa stupebat mente. Lentè obit
 intolerabilibus fœtoribus. Ego sanè nil fa-
 dius vnquam olfecì. Quin his nonnunquam
 euenit pituitosum profluuium, cum pituitæ
 per alias partes denegatur exitus, hæc per dor-
 sum ad vterum defluit. Siccabimus in his ca-
 put, & siccabimus illam pituitam decocto
 guaiaci & sirupo Montagnanæ: nam fotu &
 suffumigiis curationem recipiunt inquit Hip-
 pocrates. De morbis mulierum.

*Muliebrinū
morborum
causa.*

LVII.

Καταμείων νομέων¹ πλείονων²
 ἤ σοι συμβαίνουσι, ἢ μὴ³ νομέων ἀπὸ τῆς⁴
 ὑσέρης συμβαίνουσι ἤ σοι.

LVII.

Si menstrua¹ plura fiant, eueniunt
² morbi; & si³ non fiant vel sistantur, ex
⁴ vtero morbi eueniunt.

1. Si copia ea excernantur qua superant
 duas heminas Atticas vini aut aquæ, & vtriuf-
 que periodi ratio desideretur. Fit hoc vteri
 acetabulis hiantibus, ac tenui calidoque à san-
 guine eoque abundante.

2. Cachexia, hydrops, paralysis: ab exhau-
 sto calore natiuo.

3. Nec vlla ætatis, lactatus, morbi ante-
 acti, aut graviditatis excusatio adferri possit:
 sed si supprimantur scyrrho, aut erysipelate,
 aut materiæ copiâ vel contumaciâ, aut ve-
 narum

*Cause ob-
structionis
menstrui.*

narum angustia, vel facultatis infirmitate.

4. Quorum essentia in variatione humoris & partis male affectæ consistit. Inde enim Pleuritides, peripneumonix, anginx, furores, apoplexiæ. Si neque hæmorrhoidibus neque sanguinis vomitione, nec dysenteria cruenta, nec narium profluvio huiusmodi calamitates arceantur. Menstruorum debite fluentium quanta sit utilitas alibi prodidit Hippocrates ubi ait, Menstruis fluentibus omne malum evalesse feminas. Cum verò eadem sisterentur, plethoricis symptomatis reddebantur obnoxia totius corporis, & singularum partium. Quemadmodum autem viro mutilato fluit sanguis per alium, ita mulieri infructifera necesse est ut fluat sanguis superfluus per uterum; qui alioqui fructifera cederet in nutritum foetus. Dicit *ὁ δὲ ὄσιπρος*: ut significetur translatio materiæ, vel sympathia uteri male affecti. Trimestre per spacium explendescit vis suppressorum mensium: tunc enim morbi eueniunt ab eis: interdum tandem sexto mense in morbos quædam trahuntur. Cum enim restagnat is sanguis putrescit, vnde febres, utriusque phlegmone, aut carcinoma. Quibusdam turgent crura ac pedes, quin aliæ coxarum redduntur. Interdum recurrit sanguis in faciem ac caput, vnde Mania: si ad partes spiritabiles se effuderit, pleuritis, peripneumonia, phthisis. Si in totum corpus abierit, anasarca nascitur. Sistuntur autem menses, paucique fluunt ob angustiam venarum quæ ad uterum sanguinem vehunt, vel ob osculorum venarum ad uterum pertingentiû obstructionem, vel ob sanguinis crassitiam & frigus, vel ob robur vasorum uteri sanguinem affluentem non admittentium. Quæquid horum fuerit, tandem uterum trahi in huiusmodi affectam, ut in phlegmonem, erysipelas, scyrrum, vel

1. Epid. 2.
Mensurorum
commoda in
commoda.

Menses
suppressi
quando nocere incipi-
ant. Et
quos mor-
bos adferant.

Causa mē-
sum sup-
pressorum
Gal. in
com.

cancerum est necesse : tandemque totum corpus in contagionem abduci.

LVI I I.

Stranguria
causa.

Ἐπὶ ¹ ἀρχῶν ² φλεγμαίνοντι καὶ ὅτι
³ ὑσέρῃ φλεγμαινέσῃ καὶ ὅτι νεφροῖσιν ἐμ-
πύοισι. ⁵ στεγνυμένη ὀπιγίνεθ. ὅτι ὅτι ἴπα-
τι ⁰ φλεγμαίνοντι λύξ ὀπιγίνεθ.

LVI I I.

Recto ¹ intestino vel ² utero ³ inflam-
matione obsessis, & suppurato renum,
urinæ ⁵ stillicidium superuenit. Sin au-
tem hepar sit inflammatum, singultus
succedit.

1. Vocat rectum intestinum ἀρχὸν, quod
videatur omnium intestinorum esse princi-
pium.

2. Per inflammationem intelligitur ardor
& tumor contra naturam à pituita putri quæ
abradendo intestinis, sensu exquisitissimo præ-
ditis, est molesta. Vocamus tenesmum illam
inflammationem, nam vnâ sphyceteres affigit.

3. Uterus inferiore parte alligatur intesti-
no, & vesicæ collo.

5. Recto intestino in viris inflammato su-
peruenit stillicidium non quidem per diado-
sin, sed per sympathiam generis similitudine
& vasorum communione, eò quod vesica in-
cumbit intestino recto, & vtraque pars sit
membranosa. fit itaque hæc stranguria, reso-
luta facultate retentricæ vesicæ, & urinæ acti-
moniâ. Sic quoque utero inflammato in mu-
lieribus fit stranguria : quia vesica his non in-
cumbit intestino, sed cæuici uteri : non qui-
dem utero: nam si utero incumberet, in gra-
uiditate

uiditate ne ad punctum quidem temporis vrinæ contineri possit, vterus enim dilatatur, cervix eius nequaquam. Quasi dicat Hippocrates. Tribus de causis nascitur stranguria, vicio partium vnde fluit, qua fluit, & vnde excipitur. Recto autem intestino laborante, accidit stranguria vicio partium vbi excipitur vrinæ. Quare dabis operam vt recti illa intestini inflammatio curetur. At renibus purulentis stranguria accidit vicio partium vnde manat. Nec tamen vlla stranguria fit, nisi affecta vesicâ. hæc autem hic afficitur per *διὰ τὴν ἐξωσθῆσαν*, per diadosin & translationem materię purulentę. Vicio enim puris vellicantis vrgetur vesica ad excretionem. Porro purulentarum vrinarum tria sunt genera, ipsis partibus vnde pus fluit distincta. Aut enim fluit pus ex vesica exulcerata, aut renibus, aut partibus diaphragmate superioribus. Quod à vesica manat pus, nullo modo est cum vrinâ permixtum: si verò permisceatur inæqualiter, à renibus est; si æqualiter, à partibus diaphragmate superioribus.

Stranguria triplex.

Urina purulenta tria.

6. Ad inflammationem hepatis, sequitur singultus vel affecto ventriculo per *διὰ τὴν ἐξωσθῆσαν*, idque per sympathiam vel per diadosin. per diadosin quidem, quia influit biliosus humor, qui ab inflammato hepate excidit, in os & finem ventriculi, qui vellicando consecutionem adfert singultus. Per sympathiam verò, quòd hepar inflammatione obsessum tumidius fiat, & ita opprimat diaphragma & ventriculum: à qua oppresseione singultus, item vasorum communione, nam rami nerui sextę coniugationis inferuntur stomacho & hepati. Sequitur etiam singultus ab exhaustu, quia calor febrilis hepatis exhaurit ventriculum. Quare hepati ita affecto succedit singultus, oppresso ventriculo ab exhausto,

Singultus vtriusque causa.

sto, vel à refluxu biliosi humoris ab hepate ad
 ventriculum, & ob sympathiam hepatis &
 ventriculi per nervos hepatis & stomacho
 communes. 2. Epid. 4. τὸν κατὰ ἐπιπέδου
 Hippocrates.

L I X.

Sterilis mul-
 tier unde
 nascas.

Τὴν δὲ ἢ μὴ¹ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ βέλ-
 λῃ ἢ εἰδέναι εἰ² λήψεται, περιβαλὺν
 ἱματίοισι³ θυμῖα κάτω, καὶ ἢ μὴ πορδέδαι
 σοι δοκῆν ἢ ὀσμὴ⁴ διὰ τοῦ σώματος ἐς
 τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐ-
 τὴ ἔστι ἐαυτῆ⁵ ἀγονός ἐστιν.

L I X.

Si mulier non¹ concipit: scire autem
 velis num² conceptura sit, circumtectam
 vestibus infernè³ suffito, si odor⁴ per
 corpus, ad nares, & os viam afficiat, scias
 velim & persuasum certò habeas ipsam
 suo vitio⁵ infœcundam non esse.

1. Ita ut sterilis & infœcunda videatur, cum
 tamen dat operam liberis: nec ante concepit.

2. Vel num possit concipere.

3. Ut styrace, cassia, beniuino. metrenchy-
 ta utero inhalet.

4. Hoc est, si odor natibus & ore percipia-
 tur: nec vllà coacti uteri à mensruis accusa-
 tio possit adferri.

5. Quod nimirum ex eo suffitu naribus &
 ore percepto significatio fiat uteri ad conci-
 piendum conuenienter affecti in habitu &
 temperamento, nec vllam materia spermaticæ
 & sanguinis mensruoi rationem desiderari.

Quæstio.

II. Quæro igitur, An cui anathymiasis aro-
 matum

matum ab imis partibus ad os, & nares transmittitur sit signum τεκμήριον fecunditatis? Maxime, quia si uterus in vitio sit aut mala collocatione, aut figuræ peruersione, aut distorsione, non transmittetur odor ille ad nares. item quibus frigidior fuerit atque densior. Addo, modò nulla excusatio adferri possit vteri post menstruam purgationem coniuuentis. Sunt enim quædam mulieres quibus à menstrua purgatione ita coniuuet vterus ac si concepissent. Alia quoque sunt signa. Nam si fuerit fecunda, aliunde detractio cortice immisum in sinum pudoris, odorem suum postridie imprimet in pileum mulieris, atque adeò is fœtor naribus percipietur. Hæc, inquit Galenus, ut asserit Plato in Theæteto, ais erat doctorum pronubatum.

Ar. 1. De hist. animal.

LX.

Ἡ γυναῖκί ἐν γαστρὶ ἐχέσῃ αἰ καθάρσις ποροῦνται, ἀδύνατον τὸ ἐμβρυον ὑγαίνεσθαι.

LX.

Si mulier grauida sit ¹ menstrualis, non potest fœtus esse ² sanus.

Conceptionis signa.

1. Ut menstrua benè illi respondeant in qualitate, quantitate, excernendi modo, & vtraque periodo. ποροῦνται dicit Galenus, est sæpè & multum fundit sanguinem.

Dubia duo.

2. Quia suo defraudatur genio. Circa hunc Aphorismum duo sunt inquirenda, vnum est, An mulier grauida possit esse menstrualis. Alterum, An menstrua fluentia grauidæ, sint τεκμήρια fœtus non sani. Quod ad priorem quaestionem attinet, videtur quod non? Quia concepto fœtu ita os vteri coniuuet, ut ne acus

acus quidem ipsum subire possit. Et si menstrualis illa materia feratur per venas & arterias in sinum vteri, sanguis is non foras prodibit, sed in fœtus nutritum abibit. Nam venæ spermaticæ illæ & arteriæ, constituunt cotyledones, ex cotyledonibus fiunt secundinæ, ex his venæ & arteriæ coeunt per umbilicum in fœtum. Respondeo quod sanguis non feretur per illos ductus, sed per cruales, quæ feruntur in cervicem vteri, per quas etiam virgines sunt menstruales. Ad alterum dico esse *τεκμήρια* non sani fœtus. Si toto graviditatis tempore fluant & post perfectam typosin: quia perfectam typosin, hoc est vsque ad 35. vel ad 45. graviditatis diem potest mulier esse menstrualis, salvis rebus fœtus. Nam cum ante secundum mensem graviditatis (35. enim dies est initium secundi mensis, & 43. eiusdem medium) fœtus non capescat nutritum ante perfectam typosin (quæ maribus est 35. die, & fœminis 45.) si mulier sit bene morata beneque constituta, ipsa debet esse menstrualis. Quare primo aut secundo conceptionis mense bene fluunt menses id est ante 35. aut 45. diem. Quare post hos dies nec largè, nec stata periodo fluere debent, nam id genio fraudaret fœtum. Semel si fluxerit etiam copiosè, innocuè fit: nam natura onus deponit ita interdum. Scribit enim Hippocrates, sanguinem illum qui allabatur vtero toto gestationis tempore, in fœmella affluere ad libras ferè triginta; in masculino, ad viginti duas. Si igitur copia vel qualitate peccat hæc quantitas, bene semel excluditur: ut si plena manu mulier menses fundere solet, & si fœtus fuerit imbellior. His secetur vena 3. vel 4. mense gestationis. Nec necesse est ut in gravidis per cruales venas effluant menstrua, ut virginibus singulis evenit mensibus:

sed

Responso.

Hip De
natura in-
fantium &
De morbis
mul.

lib. De na-
tura pueri.

sed etiam funduntur per vteri capacitatem, non enim omnes vteri venæ annectuntur scētus membranis: nam fit superfœtatio: & copia tanta quæ gravidis interdum effluit, sine dubio ex capacitate vteri fluit. Hippocrates etiā ait Menses supprimi conciufo ore vteri: ergo inde fluunt. Si menses sistantur sine rigore & febre; & si adsit malacia id est pica, fastidium & frequentia sputi, cauantur oculi, mammae deinde sensim turgent, & venter initio concidit: signum est conceptionis. Hippocrates dicit si adsit oris vteri mollis oclusio, tormina ab hydromelite, & suppressio mensium sine horrore, & a suppressis mensibus cibi fastidium. Vt ait in sequenti Aphorismo.

Ar. 5. De
hif. anim.
Contra Gal.
leuā in huc
Aphor.

De morbu.
mulier.
Nota grauiditatis.

L X I.

Ἡ γυναῖκί καθάρσιες ἢ μὴ περιδων-
ται, μήτε φέικης μήτε πυρετῶ ὀπιγνομέ-
νη, ἢ ἀσαι ἢ αὐτῇ προσπίπτωσιν, λογίζε-
ται τὴν ἐν γαστρὶ ἔχειν.

L X I.

Si mulier non sit ¹ menstrualis, nec rigor vllus nec febris illi superueniat, ipsa vero in cibi fastidium ² incidat, certo scito hanc vterum ferre ac gravidam esse.

Concep-
tio nota

1. Cum tamen illi ante-responderent menstrua, & si iam nulla repentina suppressio-
nis causa possit adferri vel a vitio vteri, vel sanguinis à copia accisa vel imbecillitatis facultatis excrettricis, vel obstructorum vasorum, aut mœroris, quod Phaeturae euenit.

Pica vt con-
vanda.

2. Ex sanguinis menstrualis corruptione, nec enim ineunte graviditate eo adhuc fru-
tur foetus. Si non sit gruidam, purgatione hoc fastidium

2. *Perturbat.*
44.

fastidium curabitur. Si grauida, non antequam trimestris fœtus fuerit, erit putganda, vel dum fuerit quadrimestris, potissimum humido calî statu, quo omnes ab ortum prona sunt: eò quòd cotyledones sunt pleni mucoco & pituitâ à tali aura. Ob maiorem aliquando supprimit menstrua docet eleganter Hippocrates in epidemiorum libro 6. historia vltima. Non poterat Phaëtusa *ἡ ἰσχυροτέρα*. Id est mulierescere, & muliebritatem tuos naucei. Omnis enim animi perturbatio spiritus & sanguinem ad pulmones trahit. Rigorem tempore Hippocratis sequebatur febris, quia tunc temporis non erat aliud viuere ex more, quam naturæ conuenienter viuere. Agimus autem de illo rigore qui agnoscit causam internam sui effectricem: non de eo qui ab externo fit rigore. Quasi dicatur autem mendendum mulieri non menstruali, ac perpendicularendum antequam eò venias, num grauida sit.

Perturbatio effectus.
Rigor.

Vfus Aphorismi.

LXII.

Stenilitas causa.

Οκόσαι ψυχράς ἢ πυκνάς τὰς μήτρας ἔχουσι, ἢ κλίτικου, ἢ οκόσαι καθύπερθε ἔχουσι τὰς μήτρας, ἢ κλίτικου. ἢ οκόσαι βένκυται, ἢ ἀνταῖς ἀγόνται, ἢ οκόσαι ἐπὶ εὐρὴς μῆλον, ἢ ἀνταῖς ἀγόνται, ἢ οκόσαι ἐπὶ φησὶ φθίρεθ τὸ σπέρμα. Οκόσαι ἢ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κέρας, ἔχουσι σύμμεθον, αἰτιαυθὴ ἢ ἡπίτεκνοι γίνονται.

LXIII.

Quicumque frigido & denso vel compacto sunt utero non concipiunt.

Item

Item quæ præhumido sunt utero non concipiunt: nam iis semen genitale extinguatur. tum etiam quæcumque ardentia sunt utero & sicco: nam alimenti inopiâ semen corrumpitur. At verò quæcumque ex utriusque oppositionibus modico & temperato sunt utero, huiusmodi sanè sunt foecundæ.

1. Quamvis excipiant, non tamen concipiunt. quod refrigeretur semen virile, proptereaque vis prolifica deleatur. Deinde quod tales mulieres semen non excernant, quia frigida; præterea quod secundinæ, ob angustiam, cotyledonibus adnasci non possunt: deinde quod succus alibilis foetui non suppeditatur: nam hæc menstruis fraudantur.

2. Nam iis semen genitale obruitur humoris copiâ: ut semina in locis palustribus & cœnosis. Horis paucis retinetur semen, mox lubricos ob locos elabatur.

3. Qualis uterus viraginum quæ paucos menses fundunt. Retinetur paucis diebus semen, mox effluit. Sabulosis ac arenosis locis nihil sobolescit.

4. Nam foetus conformatio à femine animato, non per corruptionem, sed motu & nutritu perficitur. Sed ab hac intemperie omni motu & nutritu fraudatur. & secundinæ gigni nequeunt, coactis uteri vasibus.

5. Temperatè humidi uteri, concipiunt semen paulo siccius virile. Præterea sterile-scunt si uteri os obliquetur, ulceretur, vel obduretur, his prodit ilico injectum semen: quibusdam coniuget semper uterus præterquam in periodo menstrua, hæc nō nisi ultimo die illius periodi concipiunt. Eleganter & doctè hunc Aphorismum interpretatur Galenus, & hæc

hac magna arte etiam ad viros traducit. ipse
consultatur.

LXIII.

Παραπλησίως ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρένων. ἢ
καὶ δι' αἰσχύνην τῆς σώματος (τὸ πρὸς
μαῖαν ἔξω φέρει), πρὸς τὸ μὴ ἐξέρχεσθαι
πρὸς τὸ σπέρμα, ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ
ὑγρὸν καὶ διαχωρῆσαι ἔξω. ἢ διὰ τὴν λι-
χρότητα ἐκ ἐκπυεῖα, ὥστε ἀπορῖζει
πρὸς τὸ τόπον τῆς τῆς, ἢ διὰ τὴν δερμασίαν
τὸ αὐτὸ τῆς γίνεσθαι.

LXIII.

Par est de maribus ratio. aut enim ob
corporis raritatem spiritus : foras fertur,
ita ut genituram effundere nequeat ; aut
propter densitatem humor foras non
exilit : aut præ frigiditate non incendi-
tur, ut eo loci coaceruari possit : aut pro-
pter caliditatem id ipsam illi euenit.

Hippocra-
tica maie-
stati indi-
gnus
Aphorif-
mus. &
Galeno etiā
spurius
est.

Steriles viri.

Steriles sunt viri ob fractam corporis œconomiam
adeo ut prolifica inde vis stupefeat : vel quod in intem-
periem deflectat semen prima vel secunda qualitate.
nam etiam usus rerum frigidarum id facit, ut caphu-
ra, mandragora &c. vel quod mala conformatio occu-
pat partes generationi dicatas : vel paralyti harum
languet vis ; vel si testes induruerint aut morbo alio te-
neantur. arteria temporales, inquit Hippocrates, inci-
sse, fecunditatem adiungunt.

De aeribus
aquis &
locis.

I. Id amatores iuuenes interdum experi-
untur, cum multum amata puellæ copia da-
tur, unde toti cum feruore æstuent ac sudore
sueuant, potis non est, ut arrigant.

Γάλα

LXIIII.

Γάλα δίδοναι¹ κεφαλαλγέσσι, κακόν. κακόν ἔκ² πυρεταίνεσι, καὶ οἷσιν ὑπο-
 χόνδρια μετέωρα³ διαβορβοεῖζοντα, καὶ
 τοῖσι διψώδεσι. κακόν ἔκ⁴ οἷσι χολώ-
 δεις αἱ διαχωρήσιες, καὶ ἐν τοῖσιν ὄξεσι
 πυρετοῖσιν ἐκ⁵ οἷσιν αἵματ⁶ πολ-
 λὰ διαχώρησις γέγονεν. Ἀρμόζει ἔκ⁷ τοῖ-
 σι φθινώδεσι μὴ λίω πολλῶ πυρέεσσι
 δίδοναι γάλα, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι,
 καὶ βληχρῶσι, μηδενὸς ἤδ' αὐτοῖσι περιεξημένων
 σημείων παρεόντ⁸, ὡσαύτ' λόγων ἔκ⁹ ἐκ-
 τετηκόσι.

Lactū com-
 moda est
 incōmoda

XLIIII.

Lac¹ cephalicis exhibere malum. ma-
 lum est etiam² febricitantibus & quibus
 suspensa quasi que pendula³ hypochon-
 dria murmurant, & etiam siticulosis.
 malum est etiam quibus⁴ biliosa fece-
 dunt cum febre acuta, & his qui sangui-
 nis⁵ copiam profuderunt. Sed consen-
 taneum est⁶ tabidis modò non admo-
 dum febricitent, sed conuenienter etiam
 ad diuturnas febres & lentas præscribi-
 tur, si nihil eorum quæ dicta sunt adsint,
 & supra modum⁷ extenuatis.

Agit Hippocrates de tectarsis conuenienter inuen-
 da cuiusque medendi propositio familiari exemplo de la-
 cte

Tecmaris
in quibus
constat.

Lac quid.

Lactis va-
rietas vult.

Etis usu, Hac autem tecmaris consistit in duobus, in
perspicentia opportunitatum quas habent singula re-
media singulis morbis dicata. deinde in distinctione vel
delectu eorum remediorum, secundum qualitatem, quan-
tatem, utendi modum, & occasionem. Lac itaque ex-
crementum est benigni excrementi tertie coctionis, ex
bina sanguinis concoctione confectum in mamma mu-
lierum. Cuius quidem multa sunt vires, ut sunt ani-
malia ex quibus sumitur, ut est sanguis, ut sunt pa-
bula, ut est anni constitutio, sic lactis quoque sunt
discrimina. Atque haec lactis sunt opportunitates tum ad
nutricatum, tum ad morborum curationes. Ad dele-
tum, quae altera erat *ταυτάπρεως* pars, iam venia-
mus. Hac autem in eo consistit, ut nunquam exhibea-
mus lac ei, cui ventriculus vel frigidior fuerit, vel ca-
lidior. Nam ut proficit lac, haec adsunt oportet: Ut co-
quatur ex facili, distribuatur ex facili, non vertatur
in nidorem, non acescat.

1. Siue is dolor à flatulenta materia, siue
ab acri vapore per sympathiam accidere vi-
deatur. Quia in omni cephalalgia laborat quo-
que ventriculus, propterea his lac non conue-
nit. Crassior pars lactis in flatu: butyrofa in
nidorem vertitur: propterea auget capitis ple-
thorica symptomata.

2. Quod butyrofa pars in nidorem verta-
tur sanguine incendio conflagrante, & impu-
ro ventriculo: nam multa refluunt in fundum
cius per febres,

3. Flatu distenta cum tumore hepatis re-
centi, sine phlegmone. quasi dicat, Ut qui
ventre sunt calidiore, iis nidorosum est lac: sic
etiam iis qui frigidiore sunt ventriculo ace-
scit. Si is Meteorismus fuerit recens cum
borborygmo, significat flatus qui fiunt ab in-
temperie frigida: Huiusmodi autem corpori-
bus lac acescit. Si vero fuerit meteorismus re-
cens sine borborygmo, nec tunc conuenit:
quia is meteorismus euenit à phlegmone, ar-
qui

Multa refluunt
in fundum
ventriculi
in febribus.

qui tumorem auget lac crassâ suâ substantiâ.
Si verò fuerit meteorismus vetus cum borbo-
rygmo, hic fortè exhiberi lac possit, quia fit
à scyrho: potissimum si benè affectus sit ven-
triculus.

4. Quia butyrofa pars illis in bilem verti-
tur. Id est non conuenit picrocholis ætæ, nec
ætæ.

5. Coquendi & distribuendi difficultate: *Cum non possit*
coquendi, refrigerato ventre: distribuendi ve- *Epate.*
rò, venarum collapsu habitu. *Par cogit ve-*
na distribuunt.

6. Exulceratis pulmonibus: tum ad sub- *Triplicis sub-*
stantiam triplicem resarciendam, quod & co- *stantia*
quatur & distribuatur ex facili, acres humores
temperat, naturæ nostræ est consentaneum,
ideoque facile coquitur, bonum succum gi-
gnit quod succi boni sit: adeoque naturæ stu-
deat, ac pugnet cum morbo. Nam vlcus sero
suo deterget & siccatur: butyrosâ suâ substan-
tiâ partes conglutinat (praesertim caprillum)
& cicatricem inducit. Intellige semper nisi
pàthicus imputo sit ventriculo, aut capite
doleat: quia tunc nec facile lac coquitur nec
distribuitur. Nec, dicit, admodum febricitant:
nam butyrofa pars verteretur in vapores, vn-
de fluxio maior in pulmones.

7. Diuturno morbo confectis, modo ven-
triculus possit coquere. vt puellis quibus sup-
pressi sunt menses. Puro detur lac ventriculo:
non validè quatiatur post corpus. Sit corpus
meabile, alioqui cunctando putrescit: non bi-
liosus non frigidis ventriculo, (nam alioqui ex-
haustis dari potest, si frigus non tetigerit ven-
triculum) nam in ventriculo validè refrige-
rato acescit, sed sicis detur. Diocles conua-
lescentes omnes lacte recreabat. Caprillum
anceps est inter bubulum & asinum, Sit lac
tenue, splendidum, & dulcissimum. Sit asina
mediæ ætatis, benè habita, vtatur fœno &c

hordeo. Asina lactat pullum annis binis. Secundo anno die tantum lactet pullum. Arthriticis confert dicit Plinius. Venerea à lue extenuatis a c doloribus artuum afflictiis confert, nam etiam auctore Dioscoride, argento vino reluctatur lac. Senium tollit vsus lactis, ac rugas. Hinc Poppæa Neronis vxor 100. asinas nutriebat in cottidiani balnei vsu ad candorem & mollitiem cutis. Saccharo conditur lac. Lac à plurimo calore in nidorem id est, in adustionem abit: à paucio, in acorem.

Gal.

L X V.

Vulnerum
ac vicerum
causam.

¹ Οκόσσιςιν οιδήματα ἐφ' ² ἔλασι φαίνεται, ἔ μάλιστ' ³ σπῶν, ἔ δ' ἐ μάλιστα: τετέων ⁴ ἀφανισθέντων ἐξ αίφνης, τοῖσι ⁵ ὄπιθεν σπασμοί, τέτανοι, τοῖσι ⁶ ἐμπεδισθῆναι μανία, ὀδύνηαι πλευρῶν ὀξείαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ ¹⁰ δυσεντερίων ἐρυθρὰ ἢ τὰ οιδήματα.

L X V.

Quibuscumque ¹ tumores in ² plagis apparent, ij non facile ³ conuulsione tentantur, nec facile his infania subnascitur: sin autem repente ⁴ euanescant, iis parte ⁵ postica, conuulsiones vel tetani: antica ⁶ verò, infania, aut lateris dolores acuti, aut suppuratum, aut ¹⁰ dysenteria, præsertim si fuerint illi tumores ¹¹ rubro suffusi.

¹. Oedemata propriè dicta, id est tumores molles & laxi,

2. Id

2. Id est in vulneribus atque vlceribus: quia ἔλκος Hippocrati vtramque significat.

3. Nec parte obsessâ vlcere, nec toto corpore: quod tum materia feratur extra neruosum genus, & quòd nulla fiat materia in cerebrum metastasis.

4. Nimirum illi tumores, nec alius feratur, *Patis vlcera* aut vrina profluat. Nam vulnerariâ potiones *neruosa.* argumento sunt, ob eam quæ fit per vrinas reuulsionem & euacuationem, abduci tenuem illum ichorem à sanguine? quo is viam, tanquam vehiculo quodam, ad partem vulneratam affectare solet.

5. Exulceratis, aut inde tumoribus euanescentibus, ac ad neruos refluxis excrementis. Sunt enim postica neruosa.

6. Tumoribus euanescentibus ac ad cerebrum translatis excrementis. Vidi Domicellam quæ in humeri & scapulæ articulo vulnus acceperat: nullus tumor apparebat: leniter insaniebat, ac claudij ianuas ac fenestras volebat, ne alicubi mors ingrederetur. obiit. Virum vidi qui lapsu humeri carnem læserat: nullus tumor, leniter insaniebat, edere volebat, verebatur enim ne cochlearia ac patinæ itreperent in ventriculum, obiit. Antica fuit venosa, vnde reperit sanguis in caput, vel in latus, aut ad inferna, vnde cruenta deiectio. *Historia.*

10. Cruenta deiectio cum difficultate intestini coniuncta. cum per venas aut arterias in inferna fertur materia.

11. Si fuerint pblegmones vel erysipelata, quibus euanescentibus fit cruenta dysenteria. Omne ἔλκος magnum, necessariò adiunctum habet tumorem: ex quo significatio fit naturæ victricis, quæ procul, intus, foras, materiam propellit excrementitiam. vel quod alio translatio materiæ tumorigicæ fieri non possit. Quod si igitur non adfuerit is tumor, signum

erit vel aliò translata: materia, vel infirmæ naturæ. Queritur an in omnibus partibus corporis locum habeat id, ut à parte postica fiat conuulsio; & ab antica, insania. ut nimirum fauciata parte postica cruris. Dico locum habere in corpore definito ab osse sacro vsque ad ceruicem: quia in crure non antica, sed postica est calidior,

XLVI.

Vulnera &
vulnera.

Ἡν τραυμάτων ἰχυρῶν ἐόντων ἢ
 2 πονηρῶν οἰδήματα μὴ φαίνῃ, μέγα
 3 κηκδν.

LXVI.

Si in vulneribus 1 magnis & 2 malis tumor non appareat, ingens 3 calamitas.

1. Vel κενανθεσία Id est malignitate, vel dignitate partis, vel essentia. Id est, vbi est magna violatio continui.

2. In capitibus & caudis musculorum, hoc est, ad articulos. Maligna sunt hæc vulnera, quia caput musculi excipit integrum neruum & ligamentum. Hippocrates lib. 2. De vlcibus in initio. Finis musculi vero, tendo est.

3. Nam parte posticâ conuulsionem: anticâ insaniam indicat. οἰδήματα dicit. hoc est laxi mollesque tumores. In parte neruosa vulnerata vtendum est lenibus ac dolorem placentibus, ne à dolore fluxio incumbat parti. Quare pax sit à validè refrigerantibus & strigentibus. potius calidis siccantibus curentur. Sæpè non sine successu, author sui chirurgis, vt in his vterentur oleo extuso, ex semine hyperici, cui immacerati fuerant flores hyperici.

Remedium
grecorum.

LXVII.

Τὰ ἁλῦνα ἤ ἤσασα, τὰ δὲ ἔνωμα *Tumores qui boni aut mali in vulneribus & ulceribus.*

XLVII.

Molles ¹ & rari [quod ad tumores attinet] ² boni: ³ crudi verò, mali.

ἁλῦνα nimirum œdemata.

1. Id est, doloris & inflammationis expertes, ut œdematosi: qui cedunt pressioni. Fungosi sunt tumores hi, sine pulsu. Quales quædam parotides erant 1. Epid. 84. quæ iuuenibus sine noxa euanuere, ut bubones venerici molles, boni sunt.

2. Ut signum, & ut causa. nam pepassimi capaces erunt, ac naturæ vim indicant: nec metastasin aliò faciunt.

3. Tactui non cedentes: sed dolorifici cum phlegmone coniuncti, & sine pepassimo. ut parotides rubræ tensæ & cancri in mammis. Bubones venerici duri, leuæ scædam denunciant nam materiæ contumaciam indicant. Molles enim vel mitificantur, vel resoluuntur.

LXVIII.

Τὰ ὀπίθεν τῆ κεφαλῆς ὀδυρομένη, ἢ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλέψ τμηθεῖσα, ὠφελεῖ. *Dolor capitis ut mendans.*

LXVIII.

Cui postica pars capitis dolet, sceta in fronte recta vena est adiumento.

Reuulsio fit sep modis.

Vacuatione & reuulsione materia morbifica. Omnis reuulsio fit reuocando humorem unde fluere cepit: quod non fluat quò fluere debet. vel è superioribus ad inferiora, vel contra; vel è dextris ad sinistras, vel contra

2 4

S. 6.

vel ab anterioribus ad posteriores, vel contra. Praescribitur igitur hac remissio ad loca contraria, & ad exhauriendam causam antecedentem & coniunctam qua per se immutat habitum & temperamentum partis, unde dolor. Agitur autem hoc Aphorismo de dolore capitis qui evenit non per Sympathiam sed per idiosyncrasiam à materia, qua si fuerit crassioris consistentis, in parte postica capitis erit: si tenuior ac acrior, erit in partibus anticis, ibique distendendo membranas, dolorem excitabit. Hunc vero dolorem curat secta vena in fronte recta. Hanc secat ut proximam, ad educationem materiae coniunctae. Porro vinculum iniciendum est collo, ut ita intumescat hac vena. & obliquè erit secanda, cauendo diligenter ne laedatur tunica pericranii. Non sine causa dixit Hippocrates, Si calet pars capitis, & non pars cerebri. Producit iugularis vena duos ramos, unus occiput petie, alter frontem, hinc illa conuergit anticarum ac posticarum capitis. Sed si plebora adest, primum tundatur brachij vena: si ab utero est, pedis vena etiam antea aperiat. Oculis dolentibus ita emittimus sanguinem ex occipite.

LXIX.

Ρίγες ἀρχεῖν γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἐστὶν οὐκ ἄλλοι, καὶ διὰ τὸ εἶναι ἐς κεφαλῆν: ἀνδράσι δὲ μᾶλλον ὅπου εἶναι τὸ σῶμα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπὸ τοῦ πηχέων καὶ μηρῶν, ἄτερ καὶ τὸ δέρμα ἀεγίον, διλοῖ δὲ τὰ ἦ ἄριξ.

LXIX.

Rigores incipiunt mulieribus maximè ex lumbis [& per dorsum] ad caput: viris autem parte postica potius quàm antica corporis, ut cubitis & femoribus,

moribus, argumento est cutis raritas, quam pilus ostendit.

1. Hoc est ducuntur, id est principium ducunt: non tamen causas inde ducunt.

1. Natura frigidioribus: proptereaque rigoribus opportunis. Quod intemperata natura similem intemperiem facilius suscipiat, quam temperata contrariam.

3. Id est parte, postica nervosa proptereaque frigidiore. Maximè ibi sentitur vis rigoris, & per nervos spinæ caput afficit. Lumbis vehementer mulieres affliguntur.

4. Quod antica pars sit calidior ob venas & arterias. Sed aliis etiam partibus foris quam intus magis rigent.

5. Quæ partes intus, interna parte, & domestica, quam foris hoc est, externa parte sunt calidiores.

6. Ea raritas caloris soboles est.

7. Qui ex raritate cutis caloris vi, & motu materiae spermaticæ primordia ducit & generat. Quasi dicat, qua parte pars aliqua pilosa est, ea quoque est calidior: antica est piliosior: quia in rara parte nascitur pilus: Raritas à calore est. Restituendus est hic Aphorismus ex 6. Epid. 3. 29, ubi ita, Ρίγαι ἀρχῆ

γινώσκουσιν μὲν, μᾶλλον ἀφ' ὀσφύος, καὶ διὰ τῆς, καὶ τῆς ἐκ κεφαλῆς. Ἀπὸ καὶ ἀνδρῶν ὀπίσθεν μᾶλλον ἢ ἰμωπῶν. φρίσσομεν * γὰρ μᾶλλον τὰ ἔξωθεν, * 203 2.

ἢ τὰ ἐνδοθεν τῶ σώματος. αἰὼν πηχίων, μικρῶν. ἀπὸ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον, διλοῦς ἢ ἢ σπρίξ.

&c. Hoc Aphorismo perstringit primò naturam communem, dein peculiarem cuiusque. Non agit autem de rigore critico neque symptomatico neque periodico: Sed de externa illa refrigeratione & frigoris tensione, quam barbari horripilationem dicunt.

Sensus est, frigidiora afficit facilius rigor.

vt mulieres, & partes posticas (neruofas & membranofas) & inter illas quæ minus tectæ sunt, vt femora, cubitus, vbi minus tectæ sunt afficiuntur à rigore prius, id est in externis, id est posticis, vbi non ita sunt pilofa.

L X X.

Epileptica
conuulſio
cum quartana.

Ἐπιληψία
hoc loco.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἀλισκόμενοι,
ὑπὸ ἑπασμῶν ἔπι πάντι ἀλίσκον. ὡς δὲ
ἀλίσκων ἑπείτερον, εἴτα ὀπιγένηται τε-
ταρταῖα, ἔπι πάντωνται.

L X X.

Qui febris quartanæ dominatu tenentur, haut faciè conuulsione infestantur: quod si ante laborauerint, superueniente quartana, morbo illo defunguntur.

6. Epid. 6.
7.

Videtur propriè accommodandus hic Aphorismus ad epilepsiam.

1. Quia periodica materia exclusio, occasionem & causam conuulsioni præcipit: nam tanta melancholix copia nunquam congeritur, quin ita excludi potest. Verbo ἀλίσκων & diurnitatem temporis, & morbi vehementiam significat: vt sit sensus, Qui non leuiter eo morbo laborant, vix tentantur conuulsione nec à repletionem, nec ab exhaustu. Quartana enim quia periodum habet 72. horarum, cumque eius ferè 12. vel 16. sint paroxysmi, & intermissiones 56. vel 60. non potest adferre exhaustum: neque conuulsionem per se; nec ex euentu.

3. Ad pepasimum prouehit lentum succum, ac excludit. Quare hoc dicere videtur Hippocrates, moderatè calidis remediis epilepsiam fugari, quæque corpus modestè vacuant

Ἐπιληψία.

quant hic utilia esse: ut purgationes medio-
cres, & sudorifica, quale est decoctum ligni
guaiaci, & radicum chinæ.

LXXI.

¹ Οκόσσισι δέρματα ὀφειτίνε ² παρ-
φαλία κὺ σκληρῶ, ἀνδ ³ ἰδρώτων τιλδ-
τῶσι. ὀκόσσισι δ̄ χαλερῶ κὺ ἀραιῶ, σὺν
⁴ ἰδρώτι ⁵ τιλδ τῶσι.

LXXI.

¹ Quibus distenta est cutis ² rigida & *Cutis tensa
& aspera
in febribus*
sicca, sine sudore ³ vitâ defunguntur:
quibus autem laxa & rara, cum ⁴ sudore
⁵ intereunt.

1. Nimirum febre correptis.
2. Id est scabra & aspera: quæ antea erat mollis. Scilicet ex partium solidarum exhaustu ac spirituum.
3. Quia est perfecta extenuatio. humoris inopia, & corporis densitas. Hi tremunt cum convulsione. ut Dealcis vxor in Thaso. & adolescens in Melibœa.
4. Resoluta œconomia facultatis retentis. Si cætera vt in morituris signa appareant. Die in critico non fit. Quare Medici hypochondria tentant etiam, vt cutis tensionem notent. Crebrò hoc vidi sudoribus symptomaticis illis obortis homines vita-fungi. In aliis qui non ita madent contractionem tendinum ac neruorum manus, dum pulsum tentant pollice, sequentissimè notauit.

*Observatio
practica.*

LXXII.

Icteric.

Οἱ ικτερώδεις ἔστανυτι πνέματῶ
δῆς εἰσιν.

LXXII.

Icteric non admodum sunt flatu-
lenti.

Hoc est, non infestantur ructibus, torminibus, vel fla-
tibus. Intelligendus est Aphorismus de ictericu natu-
ra: hoc est de hominibus biliosis, vel picrocholis τὰ ἴζη:
hoc est, quibus non symptomaticòs, sed naturali habitu
bilis diffusa est per totum corpus. Haussmodi enim ho-
mines sunt calidi. Atque etiam de Ictericis criticis
hoc dicendum: maxime si nulla morbi reliquia su-
per sint. Sed nequaquam de Ictericis symptomaticis.
Nam siue acciderit Icterus symptomaticòs à viciata
qualitate, siue à motu morbi, ut Hermocrati, siue à vi-
tio partu, hi possunt esse flatulenti: ut enuntiat Apollonius
qui erat Ictericus & flatulentus.

3. Epid. 3.

82.

HIP.

413

HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER VI.

I. HEVRNII.

*paraphrasticâ versione, & breuibus ad
obscuriora loca Notis siue Com-
mentariolis illustratus.*

I.

Ἐν τῆσι χρονίῃσι ¹ λαιεντεείησι ² *Lienteria
ad intum-
feris.*
² ὄξυσεγμὴν ὀπιγυνομένην μὴ γενομένην
ἄλλοτερον, σημεῖον ³ ἀγαθόν.

I.

In diuturnis lienteriiis ² ructus si su- *Argumentum
sum libri.*
perueniat acidus qui antea non extiterat,
³ bonum.

Hic liber περὶ τῶν ὀπιγυνομένων, hoc est, de superue-
nientibus morbis & symptomatibus qua in corpus in-
cidere possunt. Aut enim superueniunt morbi morbis,
aut symptomata symptomati, aut morbi symptomata,
aut symptomati morbi: ex quibus perspicimus an ad
salutem aegri, vel num ad mortem res sit abitura. De-
sumpta autem est omnis materia ex libro de internis
affectionibus. Neque possunt huius libri Aphorismi ad
certa capita deduci. Continet hic Aphorismus sympto-
ma epigenomenon partium ventris inferioris, partium-
que omnium qua nutritioni dicata sunt. Aut cœctionis,

ANZ

aut distributionis, aut excretionis vitium offenditur. Agitur de lienteria qua primum & per se venit, à simplici intemperie ventriculi frigida, in cuius initio, est impossibile, ut ructus acidus eueniat. Est autem triplex, pro causarum varietate, lienteria differentia, una intemperies frigida & humida ventriculi, & hæctica intestinorum: fluxio è cerebro: & cum ventriculus & intestina atrophica euadunt. In prima specie commemoratur ructus acidus.

1. In excretionem cibi nullo modo mutati neque alterati: in consistentia, colore, odore: à fracta retentrice ventriculi; unde elapsus causa est cruditatis, non ex aduerso.

2. Ut lienteria causa retentricis facultatis infirmitati; sine vlla pituitæ acidæ accessione sit tribuenda.

3. Est enim signum incipientis restitui ventriculi, & cum cibo quodammodo in gratiam redeantis, ac cibum iam auidius diutiusque amplectentis. Nam ex eo complexu concoctio quædam sequitur, quæ antea nulla erat sed aderat absoluta concoctionis priuatio. inchoatam enim concoctionem sequitur ructus acidus. In lienteria excrementa excernuntur sine vlllo dolore, nec vlla ratione à cibo & potu mutata sunt, sed eadem referunt in consistentia, qualitate, quantitate, colore, odore: nec cholera aut cruore sunt tincta: verum subalbida. Sed in cæliaco malo semicocta ac semichylosa deiciuntur. eleganter hoc in commentario lienteria diuersas causas aperit Galenus; ac veterum sententias de nomine lienteria recenset.

II.

Sanitatis
securæ; aut
nonsecuræ
iudicia ab
extremis.

Οἷοι πῖνες¹ ὑγρότεροι φύσι καὶ ἢ γο-
νῆ² ὑγρότερον, ὑγροίνας³ νοσηρότε-
ρον⁴

πορ' οἷα τ' ἀνατῖα, ὕγιαυότερον.

II.

Quibus nares naturâ sunt humidiores & semen humidius, sanitate sunt morbosiore, & viuuntque valetudinarij: At qui contra sunt affecti, salubrius degunt.

Naturarum distinctio potissimum sumitur ex partibus principibus: ideo per has partes descripsit hoc Aphorismo vitium temperamenti humidioris & frigidioris totius corporis. Quasi dicat, qui non solum cerebro, sed toto corpore excrementis abundant humidis & frigidis, his principes partes eadem ab intemperie laborant. Nares sunt dicata expurgationi cerebri, his itaque humidioribus existentibus, humidius atque infirmius erit cerebrum, humorum excrementorum coacervatione, vel aliunde irruente succorum copia. Semen autem humiditas duobus modis euenit, aut vitio materiae spermatica, aut vitio testium. Vitium materia spermatica consistit in aepsia, primum ventriculi, deinde hepatis, postremo totius habitus. Humiditate igitur seminis significatur vitium naturalis œconomiae in coquendo, distribuendo, retinendo, & excernendo. Vitium vero testium est, quia hi sunt & frigidiores & humidiores: ut semen, cuius materia est excrementum benignum tertie confectionis, ob frigiditatem & humiditatem ad debitam crassiciem & soliditatem peruenire non possit. Recte igitur significatur inde totius corporis vitium, quia declaratur habitus non sicut oportet adeo, ut semen à suo sero sufficienter expurgari nequeat. Valetudinarij hi viuunt, qui pituita excrementicea abundant, quae lassitudines, tumores, pustulas, ordemata, nodos, flatus, aquam, ac plurima tubercula profert, ut sunt herpes falsi, cherades, struma, testudines, pro diuersa pituitae ratione. Nam ut est cœli tempestas, ita variè pituita ipsa mutatur atque alteratur. Atque

Principum
partium
temperica.

Semini vitium
vade.

Testes

Vnde hi
langueant.

hac

hec si in asperam arteriam decubuerit, anginam: si in pulmones, asthma & ulcera. Si in ventriculum, ulcera aphthodes. unde laenteria, si verò altius abraferit, dysenterias parit.

1. Hoc est, humore abundant excrementitio, ab humore cerebri. Hic narium humor in sanis est calamitosus, quia accidit symptomaticôs. In ægris est salutaris, quia accidit criticôs, vt sternutatio: nam sunt malarum causarum bona signa: in sanis verò, malarum causarum mala signa. Dicit *φλοξ* ne adferatur vitio diætæ, vt si quis sub Ioue dormiat frigido, & vsum si ineat intempestiuè rerum frigidarum.

2. Ex materiæ spermaticæ vitio, ob cruditatem & serosum humorem, vnde corporis totius, & naturalis œconomix vitium sanguinisque mador significatur: vnde putridi morbi, & apoplexiæ, si retineatur excrementum in cerebro, aut lethargi. nam totum horum corpus est excrementosum.

Dabium.

4. Hoc est, leui de causa in morbos incidunt à distillatione à cerebro, quæ non solum partis (Id est, cerebri) vnde dimanat calamitatem arguit, Sed ipsis etiam partibus in quas illabitur calamitosa est.

4. In morbos non sunt tam opportuni, Hoc est, Quibus totus habitus solidus est & succi plenus. Aristoteles & cuncti philosophi naturæ vitæque hyparxin constituunt in humido, adeò vt quò quis plus humidi obtineat, ita foelicius degat. Idem docet Hippocrates lib: De locis in homine, vbi docet siccoribus naturis morbos esse pertinaciores, quia curatu difficiliores quia deterior est siccorum hominum conditio quàm humidorum. Ad prius respondeo, Hyparxin vitæ naturæ que consistere in humido primigenio, non autem in humido excrementitio: de quo hic Aphorismus

rius loquitur. Ad posterius, hic non agi de morbis nec morborum curatione, sed de diathesi, id est, dispositione vel pronitate ad morbos. Aliud enim est difficilius curari: aliud morbis magis esse obnoxium. Felicius uiuunt sicca temperie præditi, his sicca sunt nares, nec sudores fundunt, sed sensui incomperata uaporatione defunguntur excrementis tenuioribus.

III.

Εν τῆσι¹ μακρῆσι δυσεντερίῃσι² αἰσθησι³ κακίαι, ³ κακόν⁴ ἢ σαυ⁵ πυρετῶ⁶ κακίον.

III.

Si¹ diurnæ dysenteriae appetentiae² *Dysenteria diurna.* deiectionis³ accessio adiungatur, ³ malum: eoque magis ⁴ malum si febris coniuncta sit.

1. Dicit diurnæ dysenteriae: nam fieri potest ut ineunte dysenteria deiciatur appetentia, ut cum pituita putris est dysenteriae causa. Describit hic dysenteriam magnam. Potest tribus de causis dicitur dysenteria magna, aut ex essentia morbi, quod scilicet vlcus ipsum secundum trinam dimensionem magnum sit, vel difficultate curandi, quod medicamenta parti ægræ admoueri nequeant, aut vitio materiae antecedentis & perennis fluxus, quo non solum affluxus excitatur, sed etiam excitatum vlcus foueatur. Nam cum pars illa & situ & officio excipiat omnia corporis excrementa, vlcus illud duobus modis fit excrementitium, primo excremento ordinario, videlicet fordidibus & ichoribus: hæc enim sunt duo *Dysenteria quæ magna* ordinaria

ordinaria excrementa nutritiæ cuiusque partis, crassum videlicet & tenue. Quæ, pars si valet, longè à se depellit, si verò infirmior fuerit, depellere nequit. Extraordinario verò, quòd doloris vi huc ex toto corpore materia excrementitia attrahatur.

2. Ut nimiam superueniat diuturnæ dysentericiæ ab ulcere intestini, ob colluuiem fœdorum succorum non sentit famem, vel quia resoluta iam est facultas appetitrix ciborum: hinc succionis sensus non percipitur.

3. Quòd malum ad ventriculum serpere videatur, diuturnitate morbi tracto in sympathiam ventriculo ab intestinis: quòdque ad excretionis deprauationem, concoctionis infirmitas & succi alibilis inopia adiungatur. Vnde fit, vt ad calamitosam vim morbi, accedat summa infirmitas virium. Optimum remedium est infusum rhabarbarum, in decocto rosarum siccarum, radicum plantaginis, & myrobalanorum ex aqua endiuicæ, cum pauco cinnamomo: expressio fiat valida: præbetur cum sirupo de ribes vel de rosis siccis. Sumitur bis in septimana. Intermediis diebus lac à vacca calens datur ter die cum saccharo rosato simplici. Dolor si urget, lac clysmo infunditur cum butyro recenti, & vitello: coquitur in lacte capsi barbatæ & rosæ. Tandem, vt stringas, lactis dimidium excoque, bibat ter die.

4. Quæ cum ipsa per se calamitosa est & vires frangit, tum verò magni morbi symptoma est. Aut enim hæc febris est essentialis, vel significat vitium materiæ quæ excitat dysenteriam: quòd videlicet materia antecedens quæ parit dysenteriam non solum sit parti in quam decumbit calamitosa, sed etiam illi unde manat. Aut erit febris symptomata, & significabit vlcus cum phlegmone, vnde frangitur

guntur vites, vel ingentem putredinem denunciabit.

IIII.

¹ τὰ ² περιμάστερα ἔλκεα, ² καὶ ἄλλα ἕλκεα. ² ἕλκεα.

IIII.

Vlcera ¹ circumglabra, ² maligna.

Proposito exemplo vlceris quod sub conspectum cadit, docet difficultatem curandi vlceris maligni. Atque hic est huius Aphorismi syllogismus, Morbus is dicitur malignus qui succum alibilem deprauat, & partem reddit effœtam, Huiusmodi autem sunt vlcera circumglabra. Igitur maligna. Maior probatur. Nam vlcus non curatur nisi sarcofi. Sarcofi verò non Medici, sed natura opus est: quæ ad hoc duobus vititur instrumentis, nimirum partis solidæ integritate, & succi alibilis bonitate. Cum igitur curandi difficultas in duobus his, vel altero tantum, hoc est partis intemperie, vel succi deprauatione consistit, agrè superantur ea mala quibus hac eueniunt. Minori fides ita queritur, Pili Pili, generantur ex vi caloris, motu humoris spermatici, & vitis raritate. Si igitur pili fuerint benè colorati, solidi, & densi, indicabunt partium temperiem & succi alibili bonitatem. Pilus ergo declarat partis intemperiem, & succi nutritij deprauationem, vel alterum tantum.

1. Id est, pilis carentia: cadunt enim.
2. A partis insigni intemperie, & ab affluentis materiæ vitio. vnde redintegrari nequeunt facillè. Nam succi prauis illi, corrumpunt nutritatum pilorum. Talia sunt venerea vlcera. Vt vlcus vel vulnus curetur, opus est benigno sanguine, ac partibus illi vicinis moderatis, absint quoque falsi humores, nam inde etiam mali moris euadunt. Inde quoque dico ex glabritie, sciemus virulentam qualitatem inuasisse partem, vnde ferinum vlcus

Observatio
practica.

fobolescit. Propterea chirurgis illud studium
semper adfit ut partem firmient & totius ca-
cochymiam castigent: utantur saepe à purga-
tione decocto sarzæ & china, & ligni Indici:
& vlceribus talia topica adferant, quæ vna
partis calidum nativum recreant ac intempe-
riem flectant.

V.

Dolorum
idea notan-
da: quodque
multiplex
sit dolor.

Τῶν ὀδυνῶν καὶ ἐν πλεῖστοι, καὶ ἐν σί-
θουσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὡς μέγα δια-
φέρουσι, κατὰ μαθητέον.

V.

Inter costarum pectorisq̄ue dolores,
aliarumq̄ue partium quantum interfit,
accuratè discendum.

Ep̄id. 1. 9.
Ep̄. 2. Ap̄t.
6. Ep̄. 5.
Ap̄t. 3. 1.

Dolor aliquando significat ipsum morbum. Hic ve-
rò sumitur pro ipso symptomate, hoc est, pro ipsa per-
ceptione rei naturam latentis. Doloris autem due sunt
causa, nimirum mutatio habitus, hoc est conforma-
tionis, & temperamenti alteratio. Doloris autem ratio
multiplex est. nam ut est materia dolorifica, ut parti
que dolet, ut est immutatio habitus & temperamenti,
sic alia atque alia doloris proprietates. Perdiscendum ita-
que quantum differant dolores: nam ex doloris specie
locum affectum & humoris speciem, cuius vitio dolor
excitatur, inuenimus. Item perdiscendum quantum du-
rent dolores: hoc est, considerandum utrum dolor sit
perpetuus, vel num sit remissionis particeps: typicus, an
typi expertus, magnus an parvus: vehemens, an mitis: re-
medii cedat an non, vincat magnitudinem cause, an
vincatur, de die sit grauior an de nocte: sit in parte si-
milari vel organica (nam alia sunt symptomata ple-
gmonea ut est in parte similari, alia, ut est in organi-
ca) postremo an sit in ventriculo an in cerebro, an in
hepate, an in pulmonibus, & sic de ceteris partibus or-
ganicis.

De loci
affectu. 2.

ganicū. Tertio perdiscendum quantum dolores differant. hoc est, quantum alter alteri prestat, & utrius sit maior vis. Quia duobus propositis malis, malum delectandum minus, atque permissu indicationibus permixtis, exordieudum est ab ea, quæ exterius vincit, vel sine qua nihil effici potest, vel à qua omnia symptomata pendent, authore Galeno, tertio libro methodi.

Axioma:
therapeutica
cum in mi-
xis indi-
cationibus

I. Pars morbo obfessa, causa morbifica, morbi species, magnitudo, motus, & mos, ex doloris idea elucescunt. Quare ad cognoscendum, prædicendum, & curandum, doloris natura scrutanda est. Dolor pungens membranæ est: pulsans, arteriæ; grauis, carnis: tendens, membranæ repiciæ. Causam quoque denunciat, nam tensiuus est à repletione succorum, vel flatuum: calidus, calidam materiam significat. Morbi speciem ostendit, ut si latus pungat, pleuriticidem. Morbi magnitudinem exprimat, nam ingens dolor punctilis, magnam pleuriticidem loquitur. Videndum etiam num sit dolor continuus vel intermittens. Repeto: examina qualitatem doloris: hoc est, num sit pungens, vel grauis, quales præterea à Galeno describuntur. Deinde vehementiam doloris nota & diurnitatem. Ita renum substantia patitur dolorem grauantem: sed cauitas eius vbi ureter punctilem præbet dolorem. ita hepatis substantia grauatium dolorem patitur, eius verò membrana pungentem dolorem expetit. Vehemens dolor nascitur à partis valdè sensilis natura, vel à materiæ vitio in qualitate vel copia. Diu etiam quòd durant dolores, id etiam à materiæ copia & qualitate est; ut si frigida illa fuerit & crassa: quin partis prostrata vis nonnūquam diurni doloris causa fuit, vel quòd exitu prohibetur materia. Dolor si breui defuerit ac intermittat, à tenui est flatu vel ab ichore. Præterea videndum quasnam partes

2. d. c. 1. §. 2.

ille doloꝛ in contagionem abripiat, vt si colico à dolore vomat quis, ac lumbi doleant & crura, sæpè à calculo id euenit renum, vt in cæteris etiam id euenire, doctè hic demonstrat Galenus.

VI.

Τὰ ¹ νεφριτικὰ καὶ ὀκρόσα καὶ τινὲς κύστις ἀλγῆματα, ἐργαδῶς ² ὑγιαίνεται τοῖς ³ πρεσβύτησι.

VI.

Renum & vesicæ morbi.

Renum & vesicæ dolores ² vix sanantur ³ senioribus.

1. Nephritici omnes morbi vt inflammationes, vlcera, infarctus calculi. Per renum & vesicæ dolores intelligantur hic morbi omnes earum partium quæ urinæ aut secernendæ, aut transmittendæ, aut excipiendæ dicuntur sunt:

2. Libro sexto epidemiôn dicit, nunquam se vidisse curatum vlcus renum & vesicæ, post quinquagesimum annum. Nam cum vesicæ membranea sit, non coalescit tum ob essentiam morbi, tum ob excretionem ordinatam tum ob rationem partis, quæ semel exulcerata, non facillè curationem recipit: & senes abundant pituita salsa, quæ impedit vlceris curationem. Omne enim excrementum in senibus, abradendo est molestum, eò quòd corpora senum non diffantur, Vix, dicit, curantur: hoc est, cum summa difficultate, in ætate prouectiore. Quod vis remediõrum eò transmitti vix possit:

3. Annis quinquaginta maioribus. Nam remediõrum vis eo vix peruat: quòd expultrix vis infirmior sit, & quòd meatus sint angustiores

Succi Chalybis.

IN APHORIS. HIP. VI. 423

gustiores, quodque materia morbi contumax sit tum propria, tum aduentitia. Et hæ partes in senibus ægrè curantur, quia naturâ sunt frigidiore: & excrementis abundant: at vice-
nilitatione opus est & ocio. Succo chalybis quosdam S. Dei beneficio curari. Lotus vino chalybis tenuatus lixâ, vino dulci potentique immaceratus liquefcit. Cochlearium sumunt mane, remixta aqua capillorum veteris. Lac asininum etiam confert.

Remedios
insigne.

VII.

Τὰ ἀλγῆματα τὰ χεῖ τιμὴ κοιλίῳ γ- νόμενα, τὰ μὲν μετέωρα καφώτερα τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰχυρότερα

Ventris do-
lores.

VII.

Dolores & tumores in ventre: sub-
limes quidem minores leuioreſque: non
sublimes verò grauioreſ.

Caput & scopus huius Aphorismi est, ut nos doceat non solum in specie, sed in individuo considerandos esse morbos, Eò quòd iidem secundum essentiam morbi in diuersis corporibus, vel etiam in diuersis partibus eiusdem corporis, multum variantur, & ægrè vel facilè curantur. Sic enim ardentis febris eadem est essentia in sene & in iuvene: facilius tamen curatur in iuvene quam in sene. sic quoque eadem est essentia inflammationi hepatis & manus, longè tamen periculosius hepatis malum ob officium quo vita carere nequit, quod in hepate habitat.

1. Per μετέωρα non intelligit eos morbos qui consistunt in ea abdominis parte quæ supra vmbilicum est: nam ut ait Hippocrates in Prognosticis. Quo propius absunt à collis & visceribus, eò ipsos esse periculosiores. Sed intelligit affectiones musculorum abdominis.

De locis
afflict.

Histeria
curatori
accommoda.

Sapè enim docti Medici falluntur, ut putent hepatis inflammationem esse eam, quæ est musculorum abdominis. Verùm distinguit Galenus, quod inflammatio illorum musculorum, retineat figuram musculi: hepatis verò minime & gravia symptomata hepar affert, profert. Nuper vidi mulierculam cuius abdomen saxo durius erat, sub musculorum tamen, idea ac caractere. Emplastrum iussi admoueri de muccaginibus: rubicundior cum euassisset locus ac cum cedere videretur aliquantulum, iussi pertundi satisque altum infligi vulnus: Erupit maxima puris copia: euasit. Musculi illi abdominis crassissimam membranam habent: quæ nisi pertundatur, non vquam ferè sponte erumpere poterit pus. Vidi propterea non sectos illos tumores in saxa abiisse, totumque mesenterium in saxum ferè inde commigrasse.

VIIII.

Τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἔλκεα ἐν τῷ σώματι, ἢ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

VIIII.

Vlcera ἢ hydropicorum vix, imò ne vix curantur.

1. Quæ ratione hydrotopis nascuntur.

2. Nam vlceri siccitare opus est. & humido primigenio: at vtroque fraudatur corpus hydropi implicitum. Nam ichor fœdus à tali corpore ad vlcus effluit. nec suo fruuntur genio partes corporis, tabescit enim in hydropicis calidam humidamque primigenium partium similarium. Hepar enim, in quo genius nutritius habitat, suo genio exuitur, nam ni-

mium

nium refrigeratur: hinc cunctæ partes siccantur similes, cum nullo benigno rigentur calore nutritio. Vnde ergo spes redintegrandæ partis ulceratæ? nec enim illi affluit benignus sanguis, cum hepar eum solummodo aquulentum proferat) nec, si etiam afflueret, in sui naturam, fracta iam pars, à corporis totius deprauata œconomia, eum mitigare possit, Quare in omni specie hydropis insanabilia ferre sunt vlcera, Cave ergo tu ne cauteria iurar hydropicorum facile corporibus. Noui hoc euenisse in Doctore celeberrimoque Medico vltraiectino: qui cum ab aqua fatigaretur, inuri suis cruribus vlcera iussit: at illa mox in gangienam abibant, ac hominem abripiebant.

*Cautio cum
histeria.*

IX.

Τὰ πλάτεια ἐξανθήματα ἔ' πάγυ-
τι' κνησμώδεα.

IX.

Pustulæ: latæ: minus: pruriunt.

1. Quæ fiunt à pituita, in diaphoretico corporis habitu, si dysdiaphoretos fuerit habitus, pituita putrescit ac pruritus præbet. vt etiam melancholia interdum, vbi corpora cacochyma.

passiva.

2. Quam fastigiata & acuminata: nam fiunt à bile, & ab intercepta transpiratione: alioqui tenuissima vis facile perfluit.

3. Pruritus est πάθος γλυκόπηκτον, dolorifica voluptas in cute excitata ab acri ichore. Vidi istericos paruis pustulis sæpè obfitos immensa quadam scalpendi libidine, pruritari ab acri bile quæ subtercutis vtebat. Purgata bile, ac dissipata ab habitu corporis materia, quiescebant. Quare à prouisione totius vt expirare possit quæ habitu corporis concepta conta-

*Pruritus
quid.
histeria.*

Remedij pro.

minatio est, rectè decoctum sarsæ ac ligni
Indici præscribitur. Vt etiam aqua sauls
balnea.

x.

Doleram
capitis so-
lutio ynde.

Κεφαλῶν¹ πονέοντι κὺ ὀφθαλμοῖσι,
² πύον, ἢ ³ ὕδωρ, ἢ ⁴ αἷμα ῥυέν κτὶ τὰς
ῤίνας, ἢ κτὶ τὸ σῶμα, ἢ κτὶ τὰ ὦτα, λύει τὸ
πῶσιμα.

x.

Ex capite² dolenti & vehementer, ef-
fusione² puris, vel³ aquæ vel⁴ sanguinis
è naribus aut ore, vel auribus, solet mor-
bus solui.

1. A succorum copia vel qualitate: nam
fit à vapore, discussione solà curatur.

2. Ab inflammatione conceptum si sit pus
ut sæpè euenit in longis malis capitis.

3. Id est, ichor pepasmi participis succi
biliosi, pituitosi, vel melancholici.

4. Sanguis si copiâ vel qualitate vitium
fecit. Quasi dicat, & Medicus tot modis, ac
rationibus dolorem capitis soluet: habita ta-
men priùs prouisione totius. In magnis dolo-
ribus capitis Turcæ solent aurículas validissi-
me fricare, mox nonacula scarificare, ac san-
guinem elicere. Nostrates cantharidibus vesi-
cúlas pone aures excitant: & venam frontis
secant. erythinis hoc etiam molimur; capitis
lotione ex decocto agarici & florum cha-
mæmeli.

x i.

Melanchol-
licorum &
Nephriti-
corum re-
medium.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι κὺ τοῖσι νεφρι-
τικοῖσι αἰμορροΐδες ἐπιγεγόμεναι, ἀγα-
θόν.

Melan-

ὕδωρ τῶν
πεπασμι παρ,
ἴσις.

Τυρκα
1. Ναυδρατὶο
μεθένδι.

2.
3.
4.

X I.

Melancholicis & nephriticis haimorrhoides superuenientes, bono¹ sunt.

Geminae sunt haimorrhoides, externae & interna. *Haimorrhoides duplex.*
Externae veniunt à vena caua ramo crurali; duas enim fundit ilias venas, & ramulum vena sacrae. Haec etiam excurrunt in vesicam, pudendum, & uterum. Internae à splene oriuntur. Externae fundunt faeculentam crassum sanguinem. Internae tenuem & splendidum sanguinem ferè elidunt: nam splenicus ramus talem à splene (qui arteriam recipit) sanguinem promit. lievemque exonerat. Externae, hepar, renes, & uterum, vindicant ab iniuria. Unde cum totum genus venosum exonerent, liberant à metu pleuritidis, peripneumoniae, maniae, melancholiae, & à tumoribus. Adustus sanguis ab internis prodire ferè solet. & purpureus. Vidi qui cum haimorrhoidibus tentari solebant; cum urina sanguinem effundebant certis spaciis, sine noxa. Ita mulieres noui, quae mensium vice haimorrhoides fundebant.

1. Nam tum reuellunt, tum euacuant sanguinem qui in vicio erat: quare diadochis illa praclare ad salutem facit & apparet. Quare hoc naturae consilium imitari medici in his morbis debent: & etiam pedum venas aperire.

X I I.

Αιμορροΐδας¹ ἰσθέντι² χροΐας, ἢ
 μὲν φυλαχθῆν, κίνδυνον³ ὑδρωπῶ
 ὁπ γένεσθ, ἢ⁴ φθίσιν.

X I I.

Si quis haimorrhoidas¹ diuturnas² sistere velit, nisi vna fluere sinatur,³ hydropis vel tabis⁴ metum adfert.

1. Quae alicui consuetæ sunt fluere modesto & tempestiuo cursu. Recentes ergo sup-
 primi

primi possunt, si caueris ut materia illa crassior sanguinis phlebotomiâ, vel pharmacia, vel diæta auferatur ac in meliorem temperiem flectatur.

2. Cum metus adest nimix exhaustionis.

3. Palindrome in hepar, vnde scirrhus & oppressio caloris natiui hepatis à multo sæculento sanguine, vnde id loco sanguinis aquam reddit.

4. Si in pectus fiat metastasis, indeque vas istic rumpatur. vel si alia pars infirma est, eo fluct. ut hepar reicit in pulmones, ita vel in latus, vel in caput, aut in habitum corporis protrudere poterit: vnde phagedæna: manix &c. Itaque vena aperta teneatur, vel vena in ea periodo secetur, vel fecis plenus sanguis purgetur, vel diæta remedium adferat. *Quidam* mediæ ætatis nimia præcipitatione fundebantur hamorrhoides, cum medici & chemici cuncta tentassent, nec successissent, iussi ut vnâ intactâ, reliquix tangerentur colcothate, ita appellant crassamentum illud ab vitrioli olei distillatione relictum. Ilico constitit vinit. Præstitisset tamen sensim aliquaque die id actum fuisse.

Hæmorrh.

XIII.

Singultus.

Υπὸ ἰ λυγμῶ ἐχομένῳ ἴσχυροισι ἴσχυροισι
 γινόμενοι, λύσει τὸ λυγμόν.

XIII.

Singultui ἰ implicito ἴ sternutatio superueniens, singultu liberat.

1. A materiæ influxu quæ se insinuat vetriculi tunicis, vnde irritatur expultrix vis.

2. Quæ est motus cerebri per nares confertim acto spiritu: quem motum sentiunt etiam muscoli epigastrii, qui ventrem vnâ com-

comprimunt: ita extunditur materia influsa. In conuiuio Platonis ita sedatur Aristophani singultus. Fit singultus à repletione, vel inanitione, aut ab acerrima materia, vel quod contagione à neruosis partibus in sympathiam ventriculus trahatur, vel à vicinis vt ab hepate. Singultuosa febres sæpe fiunt ab acris flatu ventriculo concepto. Remedio est si puppa ex anethi semine ac papaueris potui immittatur. Remedios.

XIII.

Τὸ ὕδρωπὸν ἐχομένω τῷ κτῆ τὰς Hydrops
cum alio,
βηκτο.
φλέβαις ἐς τὴν κοιλίαν ὕδατος ῥυέντος
λύσις.

XIII.

Hydropicis si aqua è venis in ventrem influxerit, soluit morbum.

Cum id fit confertim & copiosè, excussa aqua in intestina, qua insedit caua hepatis partem vel in vesicam qua insedit gibbis: vel qua in ea qua est ad lienem cauitate fluctuat, si per venas mesarrhaicas ab omento in intestina excidat. Vel si ea qua inter peritoneum & intestina natat per occultos ductus in intestina vel vesicam feratur. Per occultos dico ductus, nam ita videmus eam interdum in pectus vel in pedes ferri. Anasarca nascitur enim malum excluditur per exiguas venas in habitum corporis. Si tamen viscus vtiosum fuerit, non iuuat aqua abductio, ilico enim recrudescit. Si itaque duos menses laboratum fueris hoc male, altum est viscus enim germen morbosum concepit. non propina hystrologia nisi integris aevi viribus.

1. Diadosis. curandi itaque viam hic aperire medendi præceptor, ab imitatione natura ductam. Sed notandum id, fieri non posse vt invalida medicina trahatur in intestina humor ille,

Cauti pra-
tica.

ille, qui natat infra peritonæum & intestina. Qui enim succo ireos, vel diaturbith aut bri-
onia, vel soldonella existimant se id efficere
posse, falluntur. Hæc enim venis conceptam
aquam facili nisu effundunt, non abdomine
natantem. Quare elaterio opus est: huius gra-
na aliquot remiscere cum pilulis alephanginis
vel euphorbiû remixtum in patua copia cum
cassia recenter extracta præbeo.

X V.

Diarrhœa
superueni-
ens vomit-
us.

Υπὸ διάρροίης ἐχομένω¹ μαρῆς,
ὑπὸ ταυτομάτῃ ἐματ² & ἐπιγενομένῃ
³ λύει τὴν διάρροίαν.

X V.

In longa¹ diarrhœa, vomitus vltiò
abortus diarrhœam² sistit.

1. Cum iam materia prava vacuata est:
non autem ineunte morbo. Hydropi si super-
ueniat diuturna diarrhœa, bono est, si tandem
vomitus superueniat à nature potentia; vel
etiam artificiosa à molitione soluit morbum.

2. Reuulsione, & motu intestinorum con-
trario priori, alioque raptâ materiâ. Imitan-
dum igitur est hoc remedium.

X V I.

Diarrhœa
superueni-
ens morbo.

Ἐπὶ πλερίτιδ¹ ἢ ἐπὶ περιπνευμο-
νίης² ἐχομένω, διάρροίη ἐπιγενομένη,
³ κακόν.

X V I.

A pleuritide¹ & peripneumonia ve-
hementer² afflicto si diarrhœa superue-
nerit,³ malum.

Quarum

1. Quarum vi iam languet vis naturæ.

2. Ob morbi magnitudinem; & partium, inflammatione obsessarum, necessarium usum.

3. Nam vires fractas iam ab his morbis, exhaurit symptomaticus hic fluxus cum nihil ex foco morbi adimat: crebrisque laboribus desidendi ac petennibus vigiliis spiritus dissipet. Præterea inde significatio fit in trahicem ac coëtricem ventriculi ac hepatis, in contagionem trahi à thoracis morbis. ac re-
 tricem intestinorum vim solui. Non ita noxia est diarrhœa ineuntibus his morbis, vel ubi *popasmi* notæ explendescunt si tunc euenit. Lenibus itaque remediis ex Hippocratis sententia tentanda est alius in Peripneumonia & pleuritide, vt manna, sirupo violato & rosato laxatiuo, cassia, diacatholico cum pauco rhabarbaro, electario lenitiuo. & de psyllio. Nam Hippocrates hic non dicit diarrhœam cunctis pleuriticis & peripneumonicis malam esse, sed *ἰσχυρὰ*, hoc est vehementer ab his afflicto: ita vt ratione contagij, hepar, ventriculus ac intestina diarrhœam proferant symptomaticam. Itaque à vexatione harum inferiorum partium euenit diarrhœa, nam vexatum iniuria hepar non amplius trahit in se alimentum, nec sanguinem proferre potest; verum etiam ventriculum affligit. At diarrhœa illa quæ moderatæ pleuritidi vel peripneumonix superuenit, hæc quia non nascitur ex *κακοσπασίᾳ* viscerum, bonis ægrotum rebus enenire potest; vt antea dixi. Obseruabile etiam num ab ingestis nata fuerit diarrhœa, & non à vi morbi. Vidi nobilem pleuriticam, huic ad statum ferè immanis fluxus alui superuenit: Præscripsi illi usum sirupi myrtillosum ac Summi Dei beneficio seruata fuit.

Cautis
practica

Historia

XVII.

*Quibral-
mica rime-
claus.*

Οφθαλμιῶντα ¹ ὑπὸ ² διαρροίης λη-
φθῆναι, ³ ἀγαθόν.

XVII.

Oculis ex ¹ inflammatione laborantes
² diarrhoeā corripi, ³ bonum.

1. Ab acri materia & sanguine cui mixta
sit pituita salsa.

2. Siue arte, siue vltro erumpat.

*Observatio
practica.*

3. Nam reuellit, & vnā euacuat ab oculo.
Quare si natura id vltro non fecerit, pharma-
cia hoc agemus. Si valida phlegmone occupa-
uerit oculum, venam seca, cucurbitas ceruici
admoue: purga, dolorem mitiga, digere. In
magnis doloribus foue oculum decocto mal-
uarum, chamæmeli, & seminis fœnugraci,
tandem collyrio, quod alibi descripsimus,
illine.

*Lib. 1. Me-
thodi no-
stra, vbi de
collyrio.*

XVIII.

*Vulnera
inictua.*

¹ Κύστιν διακοπέντι ἢ ² ἐγκέφαλον, ἢ
³ καρδίαν, ἢ ⁴ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων ⁵ π
τῶν λεπῶν, ἢ ⁶ κοιλίαν, ἢ ⁷ ἥπαρ, θανα-
τῶδες.

XVIII.

Vesica ¹ pertusa, aut ² cerebro, ³ cor-
de, ⁴ diaphragmate, tenui ⁵ intestino,
⁶ ventriculo, ⁷ hepate, mortiferum.

1. Valido vulnere si secetur, ita vt cauita-
tem feriat. Id sane est calamitosum: nam, quia
exanguis, non potest coalescere. & inflam-
matio superueniens illi funesta est. Diacopas
vocat grauissima vulnera.

2. Nam

2. Nam pars princeps & spermatica. Galenus hic dicit se vidisse curatum cerebrum vulneratum.

3. Usque ad ventriculum si peruaserit latio, ilico moriuntur: alioqui, si caro sola, lassa fuerit, nec peruaserit vulnus in sinum cordis, superueniente phlegmone primo aut secundo die abripiuntur.

4. In eius parte tendinosa & membranacea, ubi eius initium,

5. Aegre curantur ob tenuitatem, quodque perpetua bile rigentur. Si ea parte vulneratur qua mesenterium attingit, ob venarum eo venientium magnitudinem quæ plurimum sanguinis fundunt, plerumque calamitosum: in aliis partibus curata vidi. cum nec phlegmone nec dolor vllus superuenirent.

6. Quia neruosa partes dehiscunt vulnere laceræ. In crassis etiam intestinis parua & recte inflata, non transfuersim, vulnera, non ita lethalia sunt. Ventriculi superior pars maximo percutitur periculo.

7. Si parenchyma & venæ feriantur, ex copioso effluxu sanguinis moriuntur. Galenus hic negat curari posse. Vulnera quattuor ex causis calamitosa sunt; vi symptomatum superuenientium, vt si luxationi cum vulnere delirium superuenierit. secundo, quod pars cuius officio vita carere nequit valide afflicta sit. tertio quod malum malo se neccat, vt si loco sit tali vulnus quo remediis nõ patet aditus: vel si spiritus & sanguis confestim se effundant: vt si caua vena laceretur: quarto, ex

Vulnera
quot ex
causis cala-
mitosa.

XIX.

Partes vñ.
scissæ quæ
non rediu-
tegrantur.

Ἐπὶ ¹ Διακοπῇ ὀστέον, ἢ ² χόνδρου,
ἢ ³ νεύρον, ἢ ⁴ γνάθου πλατῆρον, ἢ ἀρροπο-
δίην, ἢ τε ἀυξεται, ἢ τε ξυμφύει.

XIX.

Vbi præcisum est ¹ os, aut ² cartilago,
vel ³ nervus, aut genæ ⁴ pars tenuis, vel
præputium, neque augetur iterum, ne-
que coalescit.

Partes feminales non possunt iterum redintegrari,
verum aliquid renascitur loco ablata partis, forma &
materia dispari à primæua parte. nam tanta spermaticæ
materie copia non circumfluit corpus, ut terna di-
mensione in nouam sobolem illa fœcunda sit. Quare
ferruminantur ac coagmentantur laces & hæ partes ma-
teria dispari quasi dicat cur spermaticæ partes non re-
dintegrantur à femine, cum totum tamen corpus cres-
cat ut feminis in omnem dimensionem? Resp. feminales
sane partes atate sunt factæ sicca durioresque & vegeta
vis in utero formatrix erat, agrè enim forma talis iam
editur partium, natura fracta potentia, adde quod
pars lesa, viribus non ita valeat ut olim in utero. nec
eadem copia ac bonitate gignitur ea materia spermatica.

1. Magno vulnere, nam os durum est, nec
potest molli substantiæ iungi.

2. Vt narium autium: nam ad ossis natu-
ram accedit.

3. Nam est pars spermatica.

4. Vt ad palpebras, & labrum.

XX.

Ἦν ἐς τὴν ¹ κοιλίαν αἷμα χυθῆναι
φύσιν, ἀνάγκη ² ἐκπνεθῆναι.

Si

Si sanguis in ¹ ventrem effusus fuerit Sanguis
grumi
præter naturam, necesse est ut ² suppu-
retur.

1. Ut in thoracem, ventriculum, & inte-
stina, vesicam, uterum, & cerebrum, ita in in-
terstitia musculorum.

2. Et ut putrescat, modo moram ibi tra-
hat: ut si menses in utero sex vel quinque re-
tineatur. Suppuratur inquit, hoc est in pus
abibit, vel liuescet, vel grumescet. nam hic
improprie utitur ea ratione Hippocrates. Fa-
miliaritas venis ingenta est cū sanguine, quæ
facit ut in his naturalis locus sit sanguinis,
quæ causa est quod istic nunquam congelescat
sanguis. Sed cū substantia naturæ maximè
consocialis putrescit, eò deteriore putredine
afficitur, quo naturæ erat familiarior: quod
ex feminis putredine elucet, nam horrenda
symptomata id proferre solet.

XXI.

Τοῖσι ¹ μαινομένοισιν ² κηρῶν ἢ αἰ- Melancho-
licorum var-
ices &
haimor-
roides
μορροΐδων ³ ἐπιγενομένων, τῆς μανίης
⁴ λύσις.

XXI.

¹ Insanientibus si ² varices superue-
niant aut ³ haimorrhoides, insaniam ⁴
soluunt.

1. Ut melancholicis & qui sine febre in-
saniunt.

2. Id est, in cruribus venarum tumor & in
femore, cum cutis nigrore, à crasso & flatu-
lento sanguine. sunt etiam in hypogastrio,
scroto, & inguinibus, genis, mammis.

3. A crasso & adusto sanguine.

4. Metastasi à capite ad crura & ad hæmorrhoides. His secanda est vena ad malleolum, & multum sanguinis detrahendum: castiganda que sanguinis consistentia diatá.

XXII.

* ῥιζίμα- Οκόσα *¹ ῥήγματα ἐκ τῆ² γάτα ἐς
τοι νε! τὲς ἀγκῶνας καταβαίνῃ, ³ φλεβοτομίῃ
ἀλγύμα- ⁴ λύει.
τα.

XXII.

Dorsi dolo- ¹ Ruptiones quæ à ² dorso ad cubi-
res. tum feruntur, venæ ³ sectio ⁴ soluit.

1. Vel dolores, vel fluxiones. In rheumate, musculis intextæ fibræ diueliuntur. In rheumate labitur materia à capite in dorsum & spinalem fistulam. ἀλγύματα fiunt à plethora & Hatu, vel acti à sanguine.

2. Ut etiam ex ceruice & humeris.

3. Ex brachio opposito, vel ex crure eiusdem lateris, dum adhuc vult humor.

4. Reuellendo & vacuando. Ad deriuandum verò propior dolori vena erit pertunden- da, cum, nimirum, iam constitit fluxio.

XXIII.

Τριβίλιασ- ¹ Ἦν φόβος ἢ δυσθυμίη πολλῶ² χρό-
νον διατελέῃ, ³ μελαγχολικὸν τὸ τοι-
ῶτον.

XXIII.

² Si metus cum tristitia perseuerent longo ² tempore, ³ melancholicū hoc est.

1. Sine causa manifesta & cum nulla ratione, & propterea dicit, longo tempore.

2. Nam

2. Nam animæ nostræ substantia constat ex splendido æthere, odio propterea habet obscuros spiritus & tenebras, easque abhorret & pauet. Tales autem fiunt à vapore succi melancholici.

3. Nam animi actiones sequuntur temperiem corporis & humorum: eorumque splendorem vel obscuritatem sentit anima per spiritus. Nam splendidi spiritus animo afferunt species sub amœna idea: at attri, horrendas tristisque imagines animo exhibent. Si sanguine ab vito melancholescat homo, interdum ob splendorem, tider. Timor, mœror, & melancholia, sibi inuicem operam dant: nam melancholia timorem & mœrorem, hi iterum melancholiam pariunt. Præcautionis ergo ratione purgetur melancholia, venaque secetur si sanguine circumfluit. victum qui euincere potest crassitiem succorum instituat. Cùm autem in corruptelam rapitur melâcholia, quod euacuata non fuit, enthusiasmum profert, & spectra miranda ab indicibili qualitate. Cum

Remedium

Cautio & historia.

XXIIII.

Ἐντέρων ἡ διακοπὴ τῶν λεπτῶν πῦρ
 ἔσφυε.

XXIIII.

Si quod gracile intestinum perfectum sit, non coalescit.

Delendus est hic Aphorismus, nam antea scriptus.

XXV.

Erysipelas.
Repercus-
sioni ubi
malignum lo-
cum.

Ερυτί πελας ἔξωθεν εἶπω τρέπεσθαι, ἢ κ
ἀγαθόν. εἶπωθεν ὃ ἔξω, ἀγαθόν.

XXV.

Erysipelas foris intrò verti, malum:
intus verò foras, bonum.

Quasi dicat, in erysipelate non validè est refrige-
randum: nam boni agrorum rebus fit mutatio intus
foras. Laudatur enim semper exclusio in partes infir-
mas ac ignobiles & externas partes. Quare non repel-
le ubi morbus est malignus, natura debili, & materia
copiosa & acris, cum phlegmone viscerum, ita in pleu-
ritide & peripneumonia non repercutimus materiam,
nam repressus intrò sanguis auget horum viscerum
phlegmonem. Quicquid igitur ex visceribus ad cutem
abit, non debet retrudi. Excludenda tamen est causa
ante. edens interdum phlebotomia & pharmacta, sero-
que lactis propinato ac in labiis temperandus feruor: quin
topica frigida & humida adhibuemus non tam repres-
sionis quam temperationis gratia. Si causa antecedenti
non magna subsit, lintea smegmate aqua soluto mader-
tia adhibere optimo successu: maximè si a errima
vel maligna fuerit materia, & si viscus germen mor-
bosum habet, vel si senex fuerit, aliàne de causa viret
& tubarint. Praclarum remedium est stercus recens
bubulum si in sartagine coquatur cum aceto, adiectis
floribus chamaemeli & sambuci, ut fiat cataplasma:
quod tepidè admouetur. Ex aceto rosata & ex aqua
rhanarium coquitur myrrha, & ea aqua admouetur.

Practica
admonitio

Remedium

XXVI.

Tromer in
ausp.

Οκόςσοιστη ἀν ἐν τοῖσι καύσοισι τρέ-
μοι γίνονθαι, ὡς ἀκοτὴν λύξ.

Quibus

XXVI.

Quibuscumque ex causa laborantibus tremores gignuntur, delirium hos soluit.

Hoc est à delirio in mortem abeunt quasi resoluti ante: nam nervosum genus affligitur valde ubi à causa tremor superuenit. Itaque illud λόφ, pro resolutione totius corpori interpretor. Nam ille tremor metastasios induit ad partes nobiliores: nam à venoso genere excutitur malum in nervos, meningas, & inde in cerebrum eiusque in substantiam, & tunc cedit tremor in delirio, quod tandem resoluit totum corpus. Hunc sensum Aphorismi esse, me experientia docuit. Undique ita illud perniciosum est. Sed si illud λόφ proprie dictum ab Hippocrate veli, certe ironia dictioni suberit: minimè enim delirium soluit tremorem ad salutem, sed ad mortem: quare non τ' ἔσσε λόφιν, ἀλλὰ μεταστάσειν σημαίνει. Sape cum venam tentat manus, pollice, in aduersa manus aegroti parte, senties subsultantes nervos, varièque exsistentes sub pollice, & etiam ipsi digiti quibus pulsus examinat hoc senties, id calamitosum in causis, ubi iam principium superuenit morbus.

Observatio
practica.

XXVII.

Οκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίον ἢ τέμνον, ἐκρυέντ' & τῆ πύρι καὶ τῆ ὕδατος ἀφρόε, πάντως ἀπόλλω.

XXVII.

Quicumque empyi vel hydropici cauentur aut secantur, si pus aut aqua uniuersim effluxerit, certò moriuntur.

Evacuatio
subitanea,
ubi magna
sunt vasa,
periculosa.

Veteres empyema vocabant puris collectionem rupto vel non rupto tumore, & in quavis corporis parte. Alij puris contentum in thorace solim appellans empyema. Est ex peripneumonia, vel angina, vel quod serosa ma-

teria irruat ex capite in pectus, vel à corde, aut à toto corpore, vel ex abdomine aquulento, vel ex pulmonum vase aperto. In inflammata autem parte colligitur pus cum intra 14. aut 20. diem non expectoratur. Ab his diebus tum si supputes ad vigesimum vel 27. aut 34. aut 40. vel 60. rumpitur, ut nimirum acrior vel crassior fuerit humor, & pars ut fuerit. Hoc ita effusum nisi intra 40. dies excludatur, à die suppurationis, in tabem trahit, vel suffocat. tabem, corruptis pulmonibus suffocat si copia obruat.

1. Cùm scilicet aliorum remediorum vis victa iacet. Maxime cùm summa respirandi difficultate tenentur, quæ nascitur ob angustiam regionis thoracis interceptæ. Si reuiuifcat aqua à decimo tertio, sensum eliciatur.

2. Hoc est, per libras; cùm vncia vna, ad quattuor vsque, secundum vires, erat exhaurienda tantum. Semel id fiat die, dum duodecimum ad diem ventum sit, tunc liberè effluat si quid superest.

3. Syncope, à dissipatis spiritibus, ob oscula arteriarum quæ aperiuntur liberata à mole prementis aquæ: cùm iam etiam ante à cacochymia fatiscerent vires. Erasistratus dicebat se id vsu comperit habere, vniuersim emissam materiam, febres ac mortem inuehere. Immutatur enim subito omnium viscerum habitus, quæ mole primum turgebant, & puris acrimoniâ tenerrima vasa reddita facile dehiscunt, cùm non ampliùs aquæ mole premuntur: quo tegmine subito abducto, ruunt spiritus foras. Hoc etiam in aliis abscessibus locum habet, vbi magna vasa adsunt, quæ à pure reparata, eo præsentè adhuc conuiuent. In hac medela valeant vires, absit febris valida, nondum ventum sit ad cachexiam, viscera ac pus nondum corruptelam habeant. Sed ante sectionem lacte vel euchymis nutriatur benè æger. Primò vtetur vesicatoriis, deinde cauteriis

*Evaherati
sententia.*

*Cautiones
ad reser.
erandum.*

cauteriis potentiâ: si hæc non satisfecerint, ve-
niemus ad adu cauteria: tandem his itritis;
seca empyum. Quæ autem caute ia sub men-
to, sub mammis & sub scapulis imponuntur;
faciunt ad auersionem causæ antecedentis,
quæ ex capite in thoracem fluit.

XXVII I.

Ευνόχοι εἰ ποδαγρίων, ἢ δὲ φάλα
γοί γίνονται. *Podagra est
calculi*
Plin. l. u. c. 37.

XXVII I.

Ευνυχι ex 2 podagra non laborant,
nec fiunt 3 calui. *At vero in febribus multum est exu;*
omni corpore.

1. Frigidiores redditi toto corpore.
2. Fit podagra cum in imbelles artus ef-
funditur humorum copia. Illa est a desidia,
luxuriâ, belluatione, & generosi vini potione
ante cibum. Propterea etiam hac ætate, extra
veneris usum eunuchi podagrâ affliguntur.
Olim ex temperantia, pura erant corpora &
fortia, nec immoderata venus subducebat
netuis suum genium, sed succi natiui plena
erant, nec excrementis replebantur. Arthriti-
ci primùm fiunt podagrîci.

3. Nam pilorum focus non reficcatur, &
a serquino madore densam gerunt cutem.
*Mulieris libi-
dine nemâ-
niby ad em cu-
m est Marci-
Medicorū & c. d. a. d. r. e. p. e. n. t. i. s. i. m. m. i. n. i. n. i. n. i. e.*

Γυνή εἰ ποδαγρία, ἢ μὴ τα κατὰ
μήνια αὐτῆς ἐκλίπη. *Podagra dacti
mulierum*
Podagra non est beneficium

XXI X

Mulier ex podagra 1 non laborat, nisi
menstrua illi 2 deficient. *et quia fe-
mina exiuent damna
sunt meris virilibus.*

1. Vera æuo Hippocratis sententia cum
luxu & libidine essent alienæ.
2. Aut

2. Aut parca fluant manu. Nam ut pedes artusque hoc malo affligantur, necesse est sentina ac scaturigine succorum, nec enim artuum imbecillitas solitatio hoc malum euocat. Sentinam verò hanc exhaurit menstrua purgatio. Quare cum mulier laborat ex tali morbo qui à cacochymia venit, excita huic menses.

XXX.

Παῖς ἔ¹ ποδαγείᾳ πρὸς τὴν ἀρρο-
δισιασμῶ.

XXX.

Podagra
puerorum.

Puer ex podagra¹ non laborat antequam² venerem exercuerit.

1. Nisi à parentum semine illa podagra nata fuerit, & maxime cum parentes luc venerea contaminati fuerunt: quod malum ignotum fuit Hippocratis auro. Hippocrates tamen maxime veneri ascripsit hoc malum articulorum.

2. Tunc grauem vocem edunt, magna que fit commutatio seminis & succorum, qui tunc in imbelles artus se effundunt.

XXXI.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν¹ ἀκριτοπεσίη, ἢ²
λατρών, ἢ³ πλείη, ἢ⁴ φλεβοτομία, ἢ⁵
φαρμακείη λύει.

Causa do-
loris oculi
sive quid sit
agendum.

XXXI.

Dolores oculorum 1 vini potus, vel² balneum, aut³ fatus, vel⁴ phlebotomia, vel⁵ pharmacia soluit.

Hoc est, ut fuerit varia causa morbi, ita etiam va-

TISH

vius eius esse debet modus auferendi, ab amotione scilicet causa antecedenti.

1. A causa antecedentis euacuatione, cum crassus oculos occupauit succus: hunc enim vinum validum ac tenue discutit.

2. Cum à fumo vel vapore concepta molestia est.

3. Cum oculos incurrit acerrimus succus. Tunc fiat fatus, qualis est fœnugræci decoctio cum spongia. Nam si reliquum corpus purum fuerit, ilico curabitur, exhaustis succis qui influxerant. Quod si corpus irriguum humoribus fuerit, fatus hoc indicabit, nam ilico à fatu mitescet aliquantulum dolor, ob exhaustos humores qui oculo insederant, sed mox recrudescet, quod fatus æquè nouū fluxum a cersat, ac insidentem dissipet succum.

4. Si sit ex sanguine.

5. Si à succo prauo fuerit. Præclaras huius euentus enariat historias Galenus ad hunc Aphorismum.

XXXII.

Ἐτραυλοὶ ἕως διαρροῆς² μάλιστα αἰσθητὸν μακρῆς.

balbutio
alvi pro-
fluuium.

XXXII.

Lingua¹ titubantes diarrhœis² diurnis plerumque implicantur.

1. Triplici vitio afficitur in sanis hominibus lingua, vnde quidam τραυλοὶ dicti, qui scilicet aliquam litteram pronunciare perfectè nequeunt. Pselli qui prætermittunt litteram vel syllabam. Ischophonoi, qui balbutiunt ita vt continua serie non neant syllabas. Cuncta hæc vitia intelligere videtur hic Hippocrates.

Triplex lin-
guæ vitium.

Ἐτραυλοὶ
σις, ψελ-
λότης,
ἰσχοφον-
νία, μυζο-
καλίς.

2. Nam his imbellis est lingua ob intemper-

siam

riem humidam totius corporis, vel cerebri. Et quibus lingua humescit, eidem plerumque & aluus: nam est eadem membrana quæ vestit ventriculum & linguam. Hanc igitur ob causam cum titubat lingua, diarrhœæ merum adferet. Quasi dicat, talia corpora cautè purganda sunt, ne præcipitentur in fluxum. Sed sunt plurimæ aliæ causæ quæ offensam linguæ præbere possunt: ut linguæ breuitas, palati aliena formatio, dentium inopia; vinculum linguæ duplicationem adferens, vnde ἀγχιλωσσοί; vel quòd paralyti feriatur lingua.

XXXIII.

Acidum vi.
 Ans frigo-
 vii 1614.

Οι ὀξύγευμιώδεις ἔπεινυτι πλερι-
 τικὸν γίνονται.

XXXIII.

Acidum qui eructant non sunt pleuriti-
 tidi obnoxij.

Nam hi sunt pituitosi, & pituita densior est quam ut facile subeat tunicam costis intextam. Quin eiusmodi homines toto corpore algiosi sunt. Nam acidius sunt à ventriculo frigido. Quin si salsa etiam fuerit pituita, aluum mouebit: at tales, pleuritidis vitant facile inuasionem. Quare vera pleuritis hos non fatigabit. Sape euenit tamen ab aquosa tenuiq. pituita Pleuritis in his regionibus, sed illa non vera est ac exquisita. Summa prudentia hic Aphorismus scriptus fuit. Nam in his corporibus frigidis ac pituitosis, saepe grauisissimi dolores laterum à flatibus oriuntur, fortibus mitigandi. Si venam pertuderis necabis. Vidi formosissimam mulierem, qua cum flatibus obnoxia esset, ac cum canasset liberalius, noctu in acerbum lateris dolorem coniecta fuit. Tunc à seclata vena perit.

NB.

Causa
 Practica &
 Histria.

XXXIII.

Οἱ φαλακροὶ, τετάρτοις κίρσοι μεγά-
λοι ἐ γίνονται. ὀκτώσις δ' ἐν φαλακροῖσιν
ἔσσι κίρσοι ἐπιγέγων, πάλιν ὅτοι γί-
νονται δασέες.

Varices &
caluities.

XXXIII.

Qui calui fiunt, his varices magni non
eueniunt: quibus verò caluis varices su-
perueniunt, ij rursus comantur.

Cum id sit ab humoris vitio qui deponitur ad vari-
ces vel ad haimorrhoides. ita enim vel diadosi auerti-
tur, vel euacuatur, unaque reuellit. Nam à prauis
succis exiit interdum caput capillis, qui si in crura
deponantur, reuiuiscunt pili, cum non amplius eorum
radices inquinentur à fædo succo Eadem tradit Ari-
stoteles de historia animalium. Quasi dicat Hippocra-
tes, si decidui capilli fuerint, purga corpus, quò materia
fæda qua in caput fluit abducatur. Quare euuari de-
bebit materia etiam à medico, qua in caput viam af-
fectat.

Uti si infectio
Maligna: non
semper à
rima d' usq.

Vsuo

XXXV.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βῆξ ἐπιγινόμενη,
κακόν.

Hydropi.
tussis su-
perueniens

XXXV.

Tussis si hydropicis superueniat, malum.

1. Quæ primum non aderat, translata ma-
teriâ ab imo ventris in pectus: non autem à
catarrho illabente in pectus, nam id calamito-
sum. Nasci vel etiam potest à tumido hepa-
te; quo deorsum pendulo, diaphragma un-
deorsum rapit, unde sicca tussis: vel diaphra-
gma mole materia opprimitur.

Tussis
Sicca.

2. Nam

2. Nam bronchiarum plerimum implentur aqua, unde suffocantur. & spirandi difficultas præcessit.

XXXVI.

¹ Δυσκείλω φλεβοτομή λύξ. τέμνην δὲ τὰς ² εἴσω.

XXXVI.

Dysuria.

Urinæ ¹ difficultatem dolorificam soluit phlebotomia: secare autem oportet ² internas venas.

1. Ab inflammatione vesicæ, Tunc febris potens adest.

Remediū. 2. Cubiti quæ basilica dicitur: & malleoli, quæ saphæa vocatur, interna est: nam externa ischiatica appellatur, hanc ad deriuationem, illam ad reuulsionem. Acrimonia urinæ, & vesicæ imbecillitas, huius etiam difficultatis causa est: quæ tamen aliquando à plethora nascitur. Vbi acrimonia fatigat, utatur emulsione seminum frigidorum, & papaueris albi ex sero lactis, vel decocti iuiubarum & glycyrrhizæ. Si sit ab imbecillitate, vino tenui utatur cum nucæ myrsinica, vel folia ribes nigri illi immacerentur. Sumat pulueris myrrhæ semiscriptulum cum syrupo violato, id sæpe agat vel bibat lixiuium factum ex cineribus torismarini ex vino albo factum.

XXXVII.

*Translatio
materia
morbillica
faciliter fit
foras.*

Τὸ ¹ κωνάγχις ἐχομένω ὀιδίμα γένεσθαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ² ἀγαθόν· ἔξω δὲ πρὸς τὸ νόσημα.

XXXVII.

¹ Anginâ detento si tumor appareat
in

in collo, ² bonum: nam foras vertitur morbus.

1. Ab inflammatione laryngis.

2. Diadosi ab internis ad exteriores. Quare ex Hippocratis consilio, omnia admouebimus vt foras prodeat in collum materia. Tale est emplastrum quod coquitur ex nido hirundinis. ex decocto maluarum meliloti, ficuum, sambuci florum; additur theriaca & crocum. Italicus ex adipibus, & oleo amygdalino cum croco.

Remedium nobile ad anginam.

XXXVIIII.

Οκόσοισι κρυπτοὶ καρκῖνοι γίνονται, μὴ δεσποδίζεν βέλτιον· δεσποδόμενοι δὲ ἀπλῶτα ταχέως. μὴ δεσποδόμενοι δὲ, πολὺν χρόνον διατελεῖσσι.

XXXV III.

Quibus ¹ cancri occulti nascuntur, non ² curari præstat: curati enim subito intereunt; non curati verò diutius viuunt.

1. Id est, tumor inæqualis, dolorificus, durus liuidus, à bile atra quæ ex bile flaua nata fuit.

2. Quia est pepasmi expers. Licet tamen sedare dolorem, detergere sordes, mouere hæmorrhoides, secare venam, & purgare. Id sane obseruatum est, duplex in cancro venenum esse, vnum putrefactiuum alterum corrosiuum. Si itaque ei admoueas calida ac humida remedia, quæ pus promouere solent in apostematibus ac vlceribus pepasmi capacibus, inde in altam putredinem degenerabunt. cunctaque vicina putrelagine cõtaminabunt. Quod si illam fœditatem causticis castigare volueris,

Observatio practica.

volueris, surget alterum quod in canceris venenum est corrosivum, ac vicina cuncta exuret. Quare non irritandus cancer. Optimè ad solatium hic facit succus geranij illius quod herbam Roberti appellant si misceatur cum aqua feminis ranarum: ac mox emplastrum ex plumbo mercurialato applicetur. Vidi illustrem puellam ab empyricis in calamitatem tractam: dum scirrhosa illius mammae alius cauterium, alius calidum ac humidum cataplasma admouisset. Si in superficie corporis constitit, benè excinditur, si radicatus auelli vna cum venis nigricantibus possit. Initio itaque curabiles sunt cum solum propagant fibras suas; sed tamen non omnes, sed in quibus nulla reliqua in auulsione remanet fibra. quin tales interdum pharmacia & phlebotomia eluuntur. Cum insedit insigni venæ, arteriæ, aut nervo, curari sectione aut vssione nequit. Lacte etiam tepido feliciter placatur cancer.

Tale descriptum
libro primo
Methodi
nostre ad
praxin capi-
te De vngu-
entis, in
ultima edi-
tione.
Historia

XXXIX.

Σπασμὸς γίνεται ἢ ἀπὸ¹ πληρώσεως,
ἢ² κενώσεως. ἔτι³ ἢ ἀπὸ³ λιγμῶς.

XXXIX.

Convulsio nascitur vel à¹ plenitudine
vel ab² inanitione: eodem etiam modo
³ singultus.

1. Cum nerui implentur humore crasso & viscido: quod fit dum coaceruant, imbecillitate tacti, hos succos: vel quod hi aliunde affluant: vel quod punctione violentur, à qua sordes vellicant neruos.

2. Ut in febribus ardentibus: & ab eleboro.

3. Qui est motus quidam convulsivus & prouoc-

Spasmus
singultus
unde.

prouenit ab eisdem causis à quibus conuulsio nimirum à plenitudine, & ab inanitione & repente se reuellit ventriculus ad suum initium, hoc est ad tonos illos suo officio insertos. Differt à conuulsione tractionis ideâ, loci laborantis naturâ, & symptomatis specie. Symptomatis specie, nam singultus fit à naturalis facultatis vi, quæ excernit quod immissum tunicis ventriculi vellicat. Nervos enim illos maximos habet non motus, sed sensus causâ. Tractionis ideâ differunt, spasmus enim sola tractione absoluitur: at singultus euenit contractione & dilatatione: nam primum se pandit in maiorem nisum ventriculus, quo fortius se stringat. Loci laborantis naturâ etiam differunt, nam, Spasmus musculo proprius est, singultus ad ventriculum pertinet. Spasmus symptoma est causæ morbificæ: singultus est opus naturæ, id est, causæ expultricis. Vbi à plethora est nata conuulsio, venæ sectio solatio est: vbi ab exhaustu,

*Singultus
quid differat. Et
quid commune habeat cum
spasmo.*

Remediuo.

XL.

Οκρόσοι παρὶ τὸ ὑποχόνδριον ἰ πόνου γίνονται ἀπὸ φλεγμονῆς, τετέοισι πυρετὸς ὀπιγνόμενος λυγὲ ἰ πόνου.

XL.

Quibuscumque dolor^a sine hypochondriorum¹ inflammatione excitatur, his febris superueniens² dolorem soluit.

*Hypochondriorum
dolor dicitur
curans.*

a. In parte non principe.

1. A crassa & frigida pituita, & à flatu.

2. Nam calor febrilis discutit. & materia

per urinas & intestina excluditur. Igitur nos,

f

imitan-

Remedia.

imitando vtemur fotibus tenuantibus, discutientibus, coquentibus: sacculis, spongiis. Modò, vt admonet hic Hippocrates, nec febris, nec inflammationis, nec mordentis materix, vnde dolor, excusatio adferri possit,

XLI.

Abcessus
Latens in
corpore

Οκόσοισι διαπύον τι ἐδὲν ἐν τῷ σώματι μὴ διατημαίνῃ, τετέουσι διὰ παχύτητα τῆς πύου, ἢ τῆς τόπου, ἐκ ἀποσημαίνης.

XLI.

Quibus pus in corpore nullam de se notam præbet, ob sui crassitudinem, aut loci, non se prodit.

1. Vt in pulmone & hepate, cum dolores præcesserunt.

2. Vt in tumoribus frigidis.

3. Vt vbi cutis solida, scalpello incidi debet, vel pyrotico: aut pus & cutem rarefacias. Ita abscessus latitant nonnunquam in imis corporis partibus, ob partis crassitiem incompecti, vel ob puris crassitiem. Vidi plurimos à fato sectos, qui perennibus querelis miserè vixerant, quibus ingens apostema faxæ ferè duritiei pancreas occupauerat. Vidi cui hepatis parenchyma, illas à solâ superficie in pus versum fuerat, sub languida febre ac frequenti lipothymia solum. Ita sæpe notavi in abdominis musculis pus delituisse diu, quod tandem in saxosam duritiem abiens, subiectas partes eadem calamitate afflat.

Etiologia.

XLII.

Ἐν τοῖσιν ἰκτεροχοῖσι τὸ ἥπαρ ἑκλάσθον γνάσθ, ἢ πονηρόν.

Ex

XLII.

Ex Ictero laborantibus, iecur² durum ¹ *ισχυρόν*
 fieri, ³ malum. *Griffin maff Juny 1717.*

2. Nam ea durities est à phlegmone vel à Scyrro: si cum febre, erit à phlegmone: si illa durities sit febris expers, à scyrro erit.

3. Nam scyrthus in hydropem abiit inflammatio in scirrhum. Sine hypochondrij duritie interdum *κρίκως* natura bilem ad eum pellit, vnde icterus salutaris. Fit etiam non bene à viscerum interdum, vel intemperie, aut à venenata succorum qualitate, vt à morfu viperæ. Vidi quendam statæ ætatis robustum virum, qui sæpe genio indulgebat. hic ¹ *Hisstha* in pleuritidem tractus fuit, A vena secta exuebat flaua admodum, & crassa. quarto die in icteram abiit, excrementis biliosis nimirum vrina: & alui: septimo sudauit vehementer. Purgabatur interdum manna cum thabarbaro. et quia virulenti aliquid adesse videbatur. conquerebatur validè ad Xyphoidem cartilaginem (de dolore) iussimus decocto pectorali & cichoraceo incoqui scordium & aliquid marrubij, vtque interdum scriptulum vel semidrachmam theriacæ sumeret. euasit.

XLIII.

Οκόσοι¹ σπληνώδεις ὑπὸ δυσεντε- ¹ *Dysenteria*
 εἰς αἰλίσκονται, τῆτεόισιν ἐπιγενομένης ² *Splicmatico-*
³ μακρῆς τ' δυσεντεείης, ὕδρωϛ ἐπιγίνε- ³ *tum.*
 ται, ἢ λειεντεείη, καὶ ⁴ ἀπόλλωϛ.

XLIII.

Qui¹ spleneticici à dysenteria corripuntur, eaque si longa³ fuerit, his hydrops vel lienteria superuenit, & ⁴ moriuntur.

1. Quibus induruit splen à melancholia. Id est quibus imbecillior lien colligit plurima inquinamenta eaque si non effundat per vas splenicum, vel per vas breue in ventriculum.

3. Si modum non seruat. Id fit quod materia computruit, quæ, sine dubio, longa die soluit intestinorum robur, vnde lienteria. Vel inde refrigeratur ac frangitur vis hepatis, vnde hydrops. Dicit μακρῆς: nam alioqui si breui peragat suam historiam ac ctiticòs, dysenteria: (à sanguine melancholico) bono euentu superuenit. Post quadagesimum diem solet exulcerare intestina effluens sanguis melancholicus; cum æstuarè cœpit, aut cum cunctando putrescit, vel si acriore succo remisceatur.

duplex modus effundendim Lienc.

Remedim.

4. Fraudato corpore suo genio, vigiliis, ac desidendi assiduo conatu. Et lienteria à dysenteria est calamitosa. Si itaque lien immemor reddatur sui officij, purgetur, aluiusque humescat enemate: & topica attenuantia admouentur, & emittentia: vt emplastrum ex amoniaco & hordeo. dentur myrobalanorum comitices cum rhabarbaro. vel dilutum rhabarbari in quo crassamentum rhabarbari expressione elisum sit.

44.

Τουτῆνδε θῆλια εἰρησιστήν.

Οκοσοιστην ἐν στραγχεῖνς εἰλεὸς, ἐπὶ ἀπὸ ἡμῆρησιν ἀπόλλω, λυ μὴ πύρε-
τὲ ὀπιγενομένε αἰλιε τὸ ἔρον ρυῖ.
Hæc est rhabarbari legitimum esse dicitur
Galeni in eig den XLIIII. commento.

Quibus à stranguria fit ileos, septem diebus pereunt, nisi superueniente febre copiosa + vrina fluxerit.

1. A materia crassa flatulenta, quæ vesicæ col-

p. 609. Vide Caput e. de dolo- by intestinu

*in θῆλια οργιστῆ εστὶν ἰν τετρα πύρε-
pυτιο. ἰν κοίτῃ οργιστῆ δύσχε-
difficilis excretio.*

ca collum obstruit: hinc enim turget vesica
ab urina, & intestinum opprimit.

2. Dolorum acerbitate, & excremento-
rum palindrome ad partes principes. nam vri-
na etiam refluit ad nobiles partes:

3. Quae exhausti flatus, & tenuat mate-
riam quae obstruebat.

4. Quia si febris sine urinae promotione ac-
cesserit, erit symptomatice inflammationis. *Casus*
Ut vidi in quadam matrona, quae septimo die
ab hoc malo obiit.

X L V.

Ελκεα ὀκόσα ἐνιαύσια γίνεθ', ἢ μα- *Ulcera dis-*
κρότερον χρόνον ἴαχθαι, ἀνάγκη ὄσέον *cilium*
ἀρίσταθ', καὶ τὰς ἕλκας ³ κόιλαις γίνεσθ'.

X L V.

Ulcera vel inueterata si fuerint, os ²
abscedere necessarium est, & cicatrices
³ cauas fieri, *quasi dicat, Ergo phisicam vis ibi gignit,*
περιανθή.

1. Ab incurfu a cerrimae saniei, quae mem-
branas & os exedit.

2. Nam os restitui nequit. Quasi dicat, si
saepius a cicatrice erumpit vlcus, os erit abra-
dendum vbi vitium habet: nam expuit icho-
rem os, vnde vlcus recrudescit. Ut si liuet os:
& si vlcus copiosius & tenuius pus emittat,
quam moles eius postulat. Labra agrè coale-
scentia, tubor subnascens, haec ossis corrupte-
lam denunciant. Si haec absint aliunde haec
sobolescit calamitas, ut a prava intemperie
partis & periostii, vel a cacochymia totius
corporis.

3. Quasi dicat: Igitur Chirurgi studeant
ut plus carnis ibi gignant. De ulcerum diffici-
lium curatione consule chirurgiam Arcei qui

Observatio
graeca.

de vulneribus capitis doctè scripsit. In contu-
macibus vlceribus mirum in modum solatio
esse solent reuellentia remedia succos à parte
vlcerata. Hinc est quod ita iugent vulueralia
potiones, nam vrinas mouent vnaque icho-
rosam materiam, quæ cotidie in partem vl-
ceratam ferri solebat, excludunt. Inde etiam
decoctum radicum chinae & sarzae iuuant,
nam talem materiam sudoribus & vaporibus
euacuant ac reuellunt. Hoc itaque dicere vel-
le videtur hic Hippocrates, quia à talibus vl-
ceribus periculum est vt ossa anligantur, vos
caute ne in longum tempus trahatur eorum
sanatio, & ne inueterascant.

XLVI.

Gibbosi.

Οκρόσι ¹ ὕλοι ἐξ ² ἀσθματὸς ἢ ³ βη-
χὸς γίνονται πρὸς ⁴ ἡλικίαν, ἀπόλωνται.

XLVI.

Qui ¹ gibbosi fiunt ex ² asthma vel
³ tussi ante ⁴ pubertatem, ⁵ moriuntur.

1. In dorso vel ceruice luxatis vertebrae ab
ictu, vel ab humoris aut tumoris incuria
in ligamenta. ὕλοι, κρηλί.

2. Compressis pulmonibus angustia tho-
racis qui tuberculum iam concepit vel humo-
rem crassum in ligamentis. cui asthma si su-
peruenerit gibbus à luxatis vertebrae, magis
anxiè respirant pulmones.

3. Confidentibus pulmonum bronchiis,
cum sese explicare non possunt. tunc ex tu-
berculis vel humoribus liquidioribus illis qui
in spinæ ligamenta influunt aliquid exsudat
in laryngeam & asperas arterias. vel cum mo-
les tumorum, qui in ligamentis vertebrae,
sunt, opprimunt pulmones.

4. Prius.

4. Priusquam suam amplitudinem occupavit pectus & cor.

5. Nam thorax nutriri nequit neque co-
 sta inerescent: igitur moriuntur, cum spacia
 sua non habeat pulmo, sed tabescit. Vnde in-
 eunte adolescentia moriuntur. Qui autem
 sunt gibbi non ex tumoribus frigidis liga-
 mentorum vertebrarum, non ita in asthma aut
 tussim trahuntur, nec ita facile moriuntur. Si
 itaque ita affecti homines in febres magnas
 trahantur, ob difficultatem spirandi facile in-
 tereunt. Quare magnis remediis hæ naturæ
 non temere debent tentari.

*Observatio
 practica.*

XLVII.

Οκόσιαι¹ φλεβοτομία ἢ² φαρμακείη
 ζυμώρις, τυχέας προσήκον τῆ³ ἡρ³ φ
 φλεβοτομείη, ἢ φαρμακείη.

*Sani qua
 prouiso va-
 cuatoria
 adhibenda
 sit.*

XLVIII.

Quibus¹ phlebotomia aut² pharma-
 cia profutura est, his³ vere pertundenda
 vena est, aut corpus purgandum.

*ac Asth-
 mico.*

1. Si ex plethora laborat homo alioqui
 adhuc sanus. Ut ne paroxysmo suo faciat mor-
 bos, cum liquefcit sanguis.

2. Si cacochymia obitus videatur ho-
 mo sanus.

3. Nam ver est temperatum, vnde tunc
 corpora circumfluunt sanguine cum calore
 nativo vberissimo, Ita calamitas arbitrica ab
 articulis atcetur, ac incurfus epilepsia, melan-
 cholia, & apoplexia intercipitur. nam crassi
 viscidique humores quos morbis dare sole-
 bant, hac arte auertuntur. Ita imminen-
 tes impetus reprimimus ~~leis ueneræ antiqua-~~
 ta, euacuatione ac alexipharmacis vere ac Au-
 tumno præscriptis, longaque die ac annis ten-

*Practica
 notatio.*

hinc eam ferociam frangimus. Nam suo impetu vltro mouentur humores Verno tempore, & quia Autumnus intemperie intro viam affectant prauis succis, authores morborum euadunt, ni succurreris. Quibus spaciis annuis morbi recurrere soleant obseruandum est: ac illud remediis anteueniendum.

XLVIIII.

Dysenteria,
a Splene.

Τοῖσι¹ ἀσπληνῶδεσι² δυσεντερίη ὀπιγενομένη, ἀγαθόν.

XLVIII.

¹ Splenicis dysenteria superueniens, salutaris est.

1. Quibus totum corpus circumfluit melancholia.

2. Non ea ab atra bile, nec diuturna, nec illa quæ est cum vlcere intestinorum, sed cruenta, quæ ilico placatur: Nam splenem euacuat. Principem vidi quæ quæruia fuerat ante de splene: in febre deiecit aluo cruentam atram materiam copiosè bis aut ter. trepidabat illa ad conspectum excrementi. Verum in bonam spem eam erigebam: euasit.

Ἰστορία.

ἰη β. ρ.

234.

XLIX.

Ὅσοι¹ ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεσθαι, ταῦτα² ἀποφλεγμώεστα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρησιν, ³ ἀποκαθίεσθαι.

XLIX.

Qui¹ podagrici morbi eueniunt, sedata² phlegmone intra quadraginta dies, ³ quiescunt.

1. Id est, arthritici omnes.

2. Tensis

2. Tensis vinculis cingentibus articulos, ac distentis tendinibus & nervis ab incurfu materiz. Est in illis διαθεσις φλεγμονώδης, nam vera phlegmone occupat partes sanguine irriguas, ac calore circumfluas.

3. Nam materia contumax non ita facile mitigari & discuti potest, ob partium densitatem ac debilitatē & ob frigus materiz, & quia corpus altum petiit in articulorum recessibus. Ut materia fuerit crassior vel tenuior, ita citius aut serius discutietur: attamen non durabit illa inflammatio ultra dies quadraginta, si medicus & æger suum fecerint officium. Et nisi tophi fuerint iam congelati. Carnosæ partes facilius suppurare solent: ac tendinosæ serius, nam sunt densæ partes, Quasi dicat Hippocrates non facili remedio cedit hoc malum: quare decoctum sarzæ parillæ præscribimus, si homo humidus fuerit; vel si siccus, chiæ radicū, si frigidus, guaiaci aut, sassaparilæ ad quadraginta dies. Si phlegmone sit valida, foris fovebimus aqua spermatis tanarum.

Guaiacū
& sassaparilæ
calescunt.

NOTA

Observatio
P. A. B. I. C. A.

L.

Οκόσισιν αὖ ὁ ἐγκέφαλος¹ διακοπῆ, τετέοσιν ἀνάγκη² πυρετὸν καὶ χολῆς³ ἐμετὸς ἐπιγίνεσθαι.

Cerebrū
vulnus
significat.

L.

Quibus¹ præciditur cerebrum, his² febrem & biliosum³ vomitum superuenire est necesse.

1. Id est, infligitur altum vulnus.
2. Quia effusus ibi sanguis cunctando putrescit, inde inflammatur cerebrum. Et à putre vapor ferit cor: quod pus ortum fuit à corrupto sanguine.
3. Sympathiâ, ob neruum sextæ coniugationis.

gationis. Hi ab illato vulnere ilico concidunt, sanguinem nares fundunt, ac bilem vomunt. Et diebus criticis quidnam eueniat perpendendum, vsque ad vicesimum diem: Vt si quarto die hæc praua signa euenierint, morietur septimo. Si vndecimo, vitam ponet 17. vel 20. Quin prauæ hæc notæ interdum delitescunt, tandemque explendescunt, ac ægri abripiunt 40. die.

L I.

Nota vii.
de praxi.

Οκόσισιν¹ ὑγαίνεσιν ὁδύαι γίνονται ἐξ αἰφνης ἐν τῇ² κεφαλῇ κὺ πῶρα χεῖμα³ ἀφωγοί γίνονται κὺ ῥέγχεσιν,⁴ ἀπολλω⁵ ἐν ἑπτα ἡμέρησιν, ὡ μὴ⁶ πυρετός ὀπλάσῃ.

L I.

Soporosis
fictus cum
fictore.

Quibus¹ sanis dolores subito fiunt² in capite, si subito³ obmutescant & stertunt, intra⁵ septem dies moriuntur, nisi febris⁶ superuenerit.

1. Repente si fiat ille dolor: vt si liberalius bibity.

2. Translato eò crasso vapore & sanguine pituitoso. qui infarciit iam iugulares venas ac arterias carotidas.

Aphonia
gæ.

3. Intercepta voce, quod spiritus vitalis aditu arceatur à cerebro: & propterea animalis non gignatur, vnde apoplexia hæc notha. Aphonia & vocis interceptio, vna cum sensus vel motus Priuatione.

4. Excluis spiritibus animalibus à musculis, hæc est fortis apoplexiæ nota; nam ab imbecilla musculorum thoracicorum ac laryngis actione nascitur stertor. Hippocrates ter-
tio

tiò libro Demiorbis scribit ab his notis homi-
ne. n. tertio die fieri apoplecticum, sanguine
perfrigerato.

5. Vniuersali paralyxi vel conuulsione cor-
ruptus: Et pars princeps laborat, impar diutur-
no validoque modo: hinc est quòd 4 vel 3 die
morianitur: nec excurrit malum vltra septi-
imum diem.

6. Quæ apoplexiæ sit analoga: qua disti-
petur hæc materia vapida, vel pituitosa, quæ
aditus intercludit spiritibus. Non valida esse
debet febris: nam talis exiit corpus nativo ca-
lore viresque soluit: nec tenuissima, nam con-
tumax est materia. Talis febris vires non pes-
sundabit. Dolor capitis hic denunciat mali
principium, aphonia verò augmentum, stertor,
statum: Hæc lenioribus ebriis eueniunt, nam
his sanguis est crassior. Vidi iuuenem robustif-
simum poculis deditum, qui subito obmutuit
ac stertebat, mouebat aliquando se, iterum-
que quasi resolutus iacebat: acta omnia, obiit
ante septimum.

Febris

Hicoria

LII.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσεις τῶν
 ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν. ὡς δὲ τι
 ὑποφαίνει) ἔμβολομένων σφῶν βλεφα-
 ρων τῆς ἀλκῆς, μὴ ἐκ διαρροῆς ἐόντι ἢ ἐκ
 φαρμακοποιῆς, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ
 παρατῶδες σφόδρα.

Oculi det-
 rimentium
 inspicendi.

*ἰόντα.

LII.

Quin etiam in somnis animaduerte-
 re oportet num quid de oculis appareat,
 nam si quid apparet albi non exactè
 clausis

clausis palpebris si non id euenit ex
 præcedente diarrhœa aut pharmaci pe-
 tu malum & lethale.

1. Hoc est, videndum ut æger in somno
 oculos componat. Id est, an palpebris con-
 uentibus vel apertis somnum ineat: an dor-
 miendo nictet: an more leporum vel limis
 oculis somnum carpat. Hoc per *τὴν ὑπὸ-
 φωνήν* intelligit, ab *ὑποκρίσθαι*, id est, leuiter
 pandere.

2. Siccatis, vi febris palpebris quæ naturâ
 sunt siccæ, & motricis facultatis imbecillita-
 te, vel conuulsis oculorum musculis, & à cæ-
 te circa frontem intenta & rigida, vel reso-
 luto lato musculo, qui præter cætera officia
 palpebras demittit. Hoc dicit, Si conuienti-
 bus oculis, hoc est, non exactè clausis palpe-
 bris, si dormiat.

3. Vel alia magna euacuatione, vnde ira-
 bellis redditur. Celsus hunc locum ita reddi-
 dit, Neque id alui resolutio, aut medicina
 expresserit, id est, magna alui euacuatio. Ita
 etiam mœror, inædia, vigilæ, profusior hæ-
 morrhagia, omnisque valida euacuatio id
 potest.

4. Resoluta facultate animali exhausto-
 que cerebro, indeque conuulsis duobus mus-
 culis palpebram mouentibus. Quare si venerit
 à critica perturbatione, calamitosum non erit,
 ut ei euenit qui in Dealcis horto iacebat. Sed
 si à collapsis naturæ præidiis, & à viuacitatis
 vastatione à febre colliquante, id pestiferum.
 De his vide nostra commentaria quæ edidi ad
 ates libros Prognosticorum Hippocratis, sunt
 enim illa cuncta elaboratissima, & in incude
 astuta.

Henr nig
 in progno,
 stica.

Li

LIII.

Παθολογία

Αἱ ἀφροσύαι, αἱ μὲν μετὰ γέλω- Delirijidea
 τὸ γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ quid qua-
 ἰσχυροῦς, ὀπισφαλέστεραι. que pra-
 nunciat.

LIII.

Delirium cum ¹ risu obortum, minus
 periculosum : quod verò cum ² studio
 iungitur, minus tutum.

1. Mitioribus vaporibus & ichoribus san-
 guineis in caput pervadentibus. Nam est à
 sanguine, qui author est non ferocium deli-
 riorum.

2. Ab adusta & feruida bile, cum agresti
 fero & vapore. Hoc, cum studio delirium,
 medium est inter ridiculum & id quod audax
 & temerarium dicitur, quæ ab atra vredine-
 que subacta bile ortum ducit. hoc est cum fla-
 va æstu immoderato in atrocem vertitur, vn-
 de phanatici evadunt. Si itaque cerebrum oc-
 cupatur sanguine nulla prava contaminatio-
 ne infecto, sed æstuante, nascentur inde ludi-
 cra deliria ac ridicula: Sin degenerare incepe-
 rit à nimio æstu in bilem, studium quoddam
 accedet: quodsi in atram bilem torreatur, pha-
 natici fiunt ac turbulenti, Vidi pastorem ec-
 clesie, qui maximo studio nabliis incumbat
 & canebat, inscius musicæ: tandem obiit.

Historia

LIII.

Ἐν τοῖσιν ὄξεσι πάθεσι τοῖσι μετὰ Suspensio
 πυρετῶ αἱ κλυθμώδεις ἀναπνοαί, inchoatio
 κακάι.

Lu.

Luctuosa & suspiria cum febres coniuncta in morbis acutis, mala.

1. Hoc est, duplex intro spiritus reuocatio à fractis viribus & à siccitate asperæ arteriæ, & musculorum thoracis conuulsione. Ita euulnantibus pueris nonnunquam interrumpitur spiritus cunctante pectore inter respirandum, iterumque quod deerat adiiciente. Ita imbelles pectus medio respirationis cursu se sistit, mox redit ad officium.

2. Nam conuulsio à siccitate est lethalis.

L V.

Τὰ ποδαγρικὰ τῶ ἡρθ' ἢ τῶ φθινοπόρῳ κινεῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.

Veris & Autumnali morbi.

L V.

Podagrici morbi & venno & Autumnali tempore maximè excitantur.

1. Paroxysmo: nam pandit recrementa inducta corpori ab hyeme, atque ea excutit in partes imbelles, tales sunt articuli

2. Ab oporæ sæditate, & densato iam frigore corporis habitu. & Autumnalis iniquitas etiam potenter succos mouet corporis ac turbat. His ergo anni partibus euacuationibus auertatur malum. dentur purgantia pharmaca, vena secetur, artus roborentur. decoctum sudorificum præscribat per 40. dies.

De succo τανήματ.

LVI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νεσθήμασιν ἐστὶ τὰ ἴ' ὀπκίνδων αἰ ἀποσκίψεις, ἢ ἀποπληξίω τῶ σώματ' ἢ ἀσασμὸν, ἢ μανίω, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

Mor-

LVI.

Morbis ex melancholia ortis: malè & periculose ad hæc membra fit matastasis, vnde fit apoplexia corporis, vel 2 spasmus, vel 3 mania, aut 4 cœcitas.

1. Nam grauissima mala adferunt, & zgrè curabilia.

2. Cum repit materia melancholica in neruos.

3. Id est, melancholia morbus: effuso per cerebri substantiam succo melancholico vtedino vel putredine maligna.

4. Incubitu materiæ in oculos. Quate his morbis obnoxij se euacuare debent vere & autumno: alterare viscera decocto fumariz, cichorei, acetosæ. & theriaca pauca & plurima conserua violacea vel rosacea aut buglossa redintegrare succos fœdatos corporis: & decocto radicum chinæ sudores per plurimos dies euocare.

Observatio
practica

Radix
ne ad cœ-
citate

LVI I.

Ἀπόπληκτοι ὅ μάλιστα γίνονται ἢλικίῃ Ἀπoplexia
τῆ δὲ πρὸς αἰσθήματα ἐτέρων αἰσθήσεων ἐξέ-
κοντα.

LVI I I.

Apoplexiæ maximè fiunt à quadra-
gesimo ætatis anno ad sexagesimum.

A materia melancholica crassa qua cerebri poros ob-
struit. nam hac ætate is humor luxuriat. Præterea ca-
rotidæ ac reticularem plexum crassus is humor infarcire
potest. Hæmorrhoides hic egregiè ad salutem faciunt.
Excitantur usu aloes, & hirundinum admotione. In pa-
roxysmo vero in his optimè pertunditur vena brachij,
si maxima sanguinis sit abundantia, deius inzulares, vel
frontis vena,

Præcisè ut
habenda est
curatio

Ἡ ὀπίπλοον ¹ ἐκπέση, ἀνάγκη ² ὑπο-
στυπῆναι.

Cum omentum ¹ excidit, necessariò
² putrescit.

1. Ut in vulneribus ventris.

Cura Gal.
6. lib. Me-
sodi.

2. Quasi dicat ilico igitur reponatur, ne
liuescat & putrescat. Si igitur liuet, excindat-
ur, ne trahantur à reposito omento vicina.
filo excipe, ne fiat haimorrhagia, & foras pro-
pendulum sit filum, dum sponte excidat.

Οκόσοισιν ὑπὸ ἰχιάδ ¹ ἐνοχλε-
μένεσι χροίνις ² ἐξίσα) τὸ ἰχίον, καὶ πάλ-
ιν ἐμπίπῃ, τῷ τέοισι ³ μύξαι ὀπιγίνου).
αὐτὸ ἐμπίπῃ, τῷ τέοισι μύξαι ὀπιγίνου).

Quibus diuturnis coxendicis ¹ dolori-
bus implicitis caput femoris coxâ ² exci-
dit, rursumque recidit, iis ³ muccus ibi
congeritur.

1. A ligamentis & tendinibus, & ubi ner-
ui illi lorarii, ab osse facto nati, ad summas
nates repunt in femora. Ischium est articu-
latio capitis femoris cum coxa. Ischias, est
morbus ischii cum acerbo dolore.

2. Laxatis vinculis articuli coxæ à conge-
stione succorum in interna parte, unde illud
crus fit longius, cum in intimam partem lu-
xatur: si foras, decurratur crus.

3. Qui coaceruatur à parte imbelli, vel à
capite illabitur aut ab utero. Quasi dicat, sic-
ca igitur totum corpus & partes firma. Hoc
optimè

Electuariū in Sarza parglie.

IN APHORIS. HIP. VI. 465

optimè fit à prouisione habita totius corporis decocto sarza parilla, & eius electario, quod alibi descripsimus. Sarza enim vnà dolores potenter placat.

LX.

Οκόσοισιν ὑπὸ ἰχιάδ & ἐνοχλεμένοι-
π¹ χροίνης, τὸ ἰχίον² ἐξίσαθ, τκτέοισι
³ τήκαθ τὸ σκέλθ, κ⁴ χολῶνται, ἢ
μὴ⁵ χυθῶσιν.

LX.

Si dolor coxarius fuerit¹ diuturnus ac quodsi ei²
tum his si caput femoris coxâ³ excidit, mod⁴ a g⁵ie
his crus³ extenuatur, & ⁴ claudicant ni-
si vrantur.

- 1. Ab incurfu succi muccosi
- 2. Quod circumfluat pituita muccosa.
- 3. Fractio calore partis quæ muccos ge-
nuit. & quia distorquetur vena saphæna. &
arteriæ intercipiuntur.
- 4. Quia crus fit longius vel breuius.
- 5. Congestio vbi muccos intulit. Vrantur
priusquam fiat tabes cruris, vel claudicatio: à

prouisione tamen habita totius corporis. Vre-
do madorem exhaurit, & laxitatem contra-
hit. foras trahit materiam etiam phœnigmus.
Cauteria diu aperta fluant: tribus locis admo-
ue. caue à tendinibus & neruis. Si aliunde in-
fluit, purga, sicca totum & partem. Ita in pue-
rorum vacillantibus genubus siccantia em-
plastra admoue.

Remedia

HIPPOCRATIS

COI

APHORISMORVM

LIBER VII.

I. HEVRNII

paraphrasticâ versione, & breuibus ad
obscuriora loca Notis siue Com-
mentariolis illustratus.

Αἰαεὶ ψυχρὰ καὶ ἀνδρομαχία.

Εν τοῖσι δὲ ἐστὶ νουσημασί ψυχρῶν
ἀκρωτηρίων, κακόν.

1.

In acutis morbis partium³ extrema-
rum frigus, malum.

Hic liber epigenomena signa enarrat.

1. In quibus viscera interna æstu flagran-
tia calidum natium in se euocant: vel vbi
nimio incendio aut prauitate calidum nati-
uum extinguitur. Non sit fugax illud frigus.
cum incendii vi frigescent: tunc si sitis adest,
si prauitas venenosa adfuerit, sunt sitis expec-
tes, nam calor natius tunc extinguitur.

2. Pedes, manus, nares, aures. Propterea
in prauis ac magnis febribus continuis notare
debemus cum ita externe frigent, num adsit
sitis: quod si illa vehementer vexet, à tebus
calidis pax sit. verum si sitis absit, indicium
erit prostrati caloris natui, tunc antidotus
etiam calidis erigendus erit æger.

Eol

ψυχρῶν
κακόν
ἀκρωτηρίων

Non ionth
ma.

Observatio
graflica.

II.

Επι² ὀσέω νοσέοντι σὰρξ² πυλιδ- *livida*
νι, κακόν.

III.

Caro² livida si circum² os fuerit ma-
 lum.

Livida

1. Extincto calido nativo ab irruente suc-
 co vnde putrescit: vel a phlegmones conceptæ
 vehemeniâ, Si nulla exculatio contusionis
 adferri potest.

*1. m. s.
2. 3
4:*

2. Ossis intemperiem ostendit caro: eius
 enim cariem sensit. Vrat² igitur caro vsque
 ad os: deinde abrade ossis cariem. In lue ve-
 nereâ sæpe talia eueniunt. Vidi cui erat totum
 caput tuberosum: cauterio id ad os vsque
 aperuimus: quod exesum erat ferè vsque ad
 diploen abrasimus sensim: iterumque aliam
 partem aperiebamus ad os: ita sensim totum
 ferè caput eius abrasimus, euasit.

Historia

*Livida Galien^o
mitosia.*

III.

Επι² ἐμέτω λύγξ ἢ ὀφθαλμοὶ²
ἐρυθροὶ, κακόν.

*Singultus
& oculi
rubri in
aeris.*

III.

Singultus & oculorum² rubor si vo-
 mitui superueniant, malum.

1. Si per morbos acutos id euenierit eo-
 rumque vi: ita vt nulla excusatio conatus vo-
 miturientis adferri possit. Ita enim ab exhau-
 sto erit ille singultus, quod vomitu nimis
 multa euacuata sint. vel quod ventriculus
 phlegmonem concepit. Vel a praua quadam
 qualitate quæ fatigat ventriculum. Sopitur,
 puppa potui indita ex semine papaueris &
 anethi.

*Quidam
dum.*

Puppa

2. Nam indicat cerebri inflammationem
 eò translato sanguine, vnde & oculorum ve-
 nula implentur. Siue igitur cerebrum siue ven-
 triculus inflammatione tentetur, hæc duo se
 consociabunt, oculorum rubor & singultus:
 ob communionem quæ illis est à nervis sextæ
 coniugationis. Oculorum tamen rubor ma-
 ior est, vbi cerebrum inflammatur.

IIII.

Ἐπὶ ἰδρωτικείνῃ, ἔ² χερσόν.

IIII.

Horror ¹ sudori superueniens, non ²
 bonum.

1. Epid.
 6. 3.

1. Si infida sit crisis: vt in Epicrati vxore,
 & in Cherione. Crebra horrescendi & sudan-
 di vicissitudo etiam mala est.

2. Nullam spem erigit, iudicatoria enim
 non indicantia perniciofa sunt, vel ad diutur-
 nitatem morbi apparent. Nam prostrata na-
 tura indicium hoc est, ac materia luxurian-
 tis copia. Ita si substillum sanguinis euenerit.
 in magna febre.

V.

Ἐπὶ μανίῃ¹ δυσεντερείῃ, ἢ² ὑδρωσί, ἢ³
ἐκτασί, ἀγαθόν.

V.

Maniæ si ¹ dysenteria, vel ² hydrops,
 aut ³ extasis superueniat, bonum.

1. Translata nigra bile ad intestina: quæ
 tamen abradendo non ita molesta est vt ea
 quæ ab vredine nascitur. Vel haimorrhoides
 si sanguinem fuderint adustum.

2. Effuso ichore melancholico in abdo-
 me,

Mania cri-
 sis vt cuc-
 nio.

men, nondum alienato hepate, propterea que curabilis hydrops ille.

3. Vehementer mota mente: quod irritetur cerebrum adeo ut mox crisis editurum sit.

VI.

Ἐπὶ νόσῳ¹ πολυχρονίῃ² ἀποσιτίμῃ³ καὶ
ἄκριτοι ἐπιχωρήσεις,⁴ κακόν.

Morbi diu-
turni cura-
tus.

VI.

Morbo¹ diuturno² inappetentia & alui³ meraca deiectio si supervenerit, ⁴ malum.

1. Qui à frigida materia natus fuit: unde ventriculus in cibi desiderium se erigere deberet.

2. Fracta œconomia naturali stomachi & fœcoris, à nimio algore, vel quod præcè putrescat frigida illa materia, cum tamen primò cibum caperet.

3. Ut exhausto à sero nativo per morbos acutos meraca editur deiectio, ita in diuturnis meraca subeant ob vim fractam calidi nativi, quod nequeat domare succum chylosam nec ritè permiscere.

4. Nam vires per morbos longos fractæ, non alia re quam fœlici nutritu redintegrandi possunt.

VII.

Ἐκ πολυποσίης πίψου¹ καὶ² ἀσθενείας³,
σάων,⁴ κακόν.

A vinolen-
tia qua
malis.

VII.

Ex largiore¹ potu rigor &² delirium,
³ malum.

1. Obruitur enim nimia copia calor nativus, qui cum excludere eam nitatur, rigor fit

Vinum caletacit & refrigerat.
Vinum caletacit & refrigerat.

1^a Tim.

& suffocat copia immoderata. Vinum, inquit, humores & spiritus, attamen si liberior vltus eius in eatur, refrigerat ex euentu. Apollonius apud Philostratum ait, Vinum purum potum esse, sed ipsum bono mentis statui aduersari, quod eius diuinam partem peruerteret.

2. Capite repleto feruenti sanguine ac vapore.

Milioria.

3. Nam significat calidam natium exhaustis, aut suffocari. Vidi fortissimum ex largiore potu intra quartum diem abseptu fuisse. Non sine delirio is obmutescibat, nequaquam verbum proloqui potuit.

Ebrietas cum Mutitate.

VIII.

Abscessus inuolutus nota.

Επί φύματ & εἰσω ρήξεως, ἔκλυσις, ἔμετ & ἀλγποφυχία γίνεθ.

Phyma a Tumor, Vomica.

VIII.

A tumoris intus ruptione, 2 exolutio, 3 vomitus & animi 4 defectus gignitur.

Remedia.

Notas docet quibus noscamus intus conceptos ac erumpentes tumores, quò remedia opportunè adferamus. Talia sunt periones vulneraria, & que exumo soluant, fluxile pus fiat. ut rubia, inctorum, spermaceti, nux moscata, semen nasturtij & melanthij.

1. Id est a vomica.
2. Maxime si nobilem partem obsidet abscessus, dissipatis spiritibus.
3. A pure irritato ventriculo.
4. Ex puris prauitate. Et ita plerumque moriuntur, quod vidi in pistore quodam, cui hepar in pus abierat. Quo igitur modo in peripneumonia pateretur cor vt pus viam per se faceret?

Επί

IX.

Ἐπὶ ¹ αἵματι ² ῥύσει ³ ἄσφαρρο-
σῶν ἢ ⁴ κῶσασμῶς, κακόν.

Ita nimia
rha-gia
qua mala
sequuntur.

IX.

¹ Haimorrhagiæ si ² delirium aut vna
si conuulsio superuenerit, ⁴ malum.

Quasi dicat Hippocrates, Nimia sanguinis profusio
couenda etiam in crisi-bus, ne vit. & pradia exhaustian-
tur, unde ab inanitione conuulsio sequi possit.

1. Exhaustis spiritibus vna cum sanguine.

2. Cuncta enim sua officia facit anima
proximè satellitio spirituum: quibus exhau-
stis, stupent eius mæstra, ac leuis quædam
subnascentur deliratio.

3. Ab inanitione si fuerit, maximè si iun-
gantur hæc, scilicet delirium & conuulsio.
nam illa per se deliratio ab exhaustio, cibo se-
datur redintegrante, idque facile.

4. Quò ad vitium afflictionem accedat
inuietum ferè malum.

X.

Ἐπὶ ¹ εἰλεῶ ² ἔμετι ³ λύξει, ἢ ⁴ *Ille.*
⁵ κῶσασμῶς, ἢ ⁶ πνευραφροσῶν, κακόν.

X.

Ab Ilco ¹ vomitus, vel ³ singultus, vel
spasmus, aut delirium, malum.

1. A cruditate foeda, ab infarctu intelli-
notum intercepta vel à veneno: vel elapsis ab
intestinis in scrotum: at maximè à phlegmo-
ne tentatis intestinis. vel cum intestinum te-
nue intestinosillabitur.

2. Bilis, pituitæ, fecum.

3. Facibus in ventriculum raptis: vel ab
exhaustu.

Hernia pe-
cuniaris.
Recto.

Cautio cu-
vandi.

4. In contagionem tracto cerebro à ven-
triculi afflictione, & ob putredine conspurca-
tas fuligines, delirant. Intestinum si elapsum
sit in scrotum, ilico reponatur: antequam fe-
bris & singultus superuenerit. Si enim illa su-
peruenerint, ac si vi reponatur, ante septem
ferè horas moriuntur. Si in hoc morbo flu-
ant sudores fœtidi, anhelitusque & ructus
oleant malè, lethale. Si superum intestinum
inferiori illapsum sit, clysmis ac glandibus
acribus deorsum fiat motio: Sin inferum se
superno intruserit, globulo plumbi deuorati,
abactio sit.

X I.

Pleuritis
fœtida.

Ἐπὶ πleurίτιδι ¹ περιπνευμονίᾳ,
κακόν.

X I.

Pleuritidi superueniēs ¹ peripneumo-
nia, ² malum.

1. Nam est translatio illa symptomatica
ab oppressa natura. Vel enim prauior reddita
materia affligit partem nobiliorem, in quam
repiit: vel minimè mutato foco aliam partem
vnâ contaminat.

2. Periculosior enim est peripneumonia ob
principatum partis. siue sit *ἄνω ἰμυξ* siue *μ-
τάστωσις*, malum.

X I I.

Peripneu-
monia ca-
lamitosa.

Ἐπὶ ¹ περιπνευμονίᾳ φρενίτις ² κακόν.

X I I.

Peripneumonix si superuenerit phre-
nitis, ² malum.

1. Hæc si nascitur à succis incendio xstu-
antibus, fuliginibus imbuat caput, idque in
ardorem

ardorem abripit. tunc biliosus sanguis si fuerit, eo prolectatur.

2. Quod ad prostratas vires à primo morbo, accedat summi morbi ferocia, & perasmi expertis materix nota hæc est, quod ruat in partem principem.

XIII.

Επί * ¹ καύμασιν ἰσχυροῖσι ² σπασμὸς ἢ τέτανος, κακόν.

* καύμασιν
σπασμὸς
Causa lethalis

XIII.

Ingentibus ¹ ardoribus superueniens ² spasmus, vel tetanus, ³ malum.

1. Id est, febribus ardentibus magnis.
2. Ab exhaustu nervosi generis & cerebri.
3. Nam convulsio ab inanitione lethalis. Et tetanus suo rigore intercipit actionem musculorum thoracis, ac præpotente dolore cæcat.

XIIII.

Επί πληγῆς ἐς τὴν κεφαλὴν ¹ ἐκπληξίς, ἢ ² παραρροσμή, ³ κακόν.

XIIII.

Plagæ in capite acceptæ, ¹ stupor aut ² delirium si superuenerit, ³ malum.

Causa
quassationis.

A casu, ictu ab obtuso telo, unde in vacuo illo graui spacio cerebrum valide illiditur, unde spiritibus aditus intercluditur ad nervos.

1. In quo sensus & motus percellitur. apertis oculis stupent, quasi metu terrefacti, & muti sunt. nam cerebri pori ac ventriculi turbantur, ac situ vitium facit: unde in nervorum originem spiritus influere nequeunt.

2. In quo morum & verborum absurditas.

Delirium

3. Nam indicant cerebrum grauius affi-

Μορμὴν ἢ Ἐκπληξίαν ἀπὸ βλάβης.

Platem non vult nominari obstructionē, sed obplecti
gi ab eo ictu. obstructionem enim ventricu-
lorum, vel vehementem cerebri refrigeratio-
nem hæc indicant.

X V.

Sanguinis
spatium.

Επί αιματι πύσιν, πύσιν,
κακόρ.

X V.

1 Sanguinis sputo si superuenerit 2 pu-
ris expectoratio, malum.

Remediam
sanguinis
spatium.

Sanguinis sputo, ilico remedia admoue, quæ sangui-
nem retineant, venam astringant, phlegmonem ar-
ceant: vasa aperta astringantur. rupta glutinentur,
exesa regenerentur. ut est confersa antiqua rosarum
cum capbura, semine hyoscyami albi, corallo, hamati-
tide & semine papaueris.

τ. Lacera à vena pulmonum ab erosionē à
sueco acri. Nam si à pulmone effundatur per
oratum apertionem, aut ruptionem venæ, pu-
ris consequutionem non ita adfert, nisi longa
die superuenerit ανάκρωσις. Id est. erosio, pu-
treo, & febris. Criticos si effundatur, inter-
dum iuuat.

Cautio
præca.

2. Ab ulcere siuoso pulmonum. Imponit
sanguinis cum tussi valida spuitio sæpè bonis
medicis, qui à cunctis notis falsi existimant
eum à pulmone proficisci, cum ex capite illa-
batur, vel iecore circumfluo sanguine, ob so-
lemnem aliquam vacuationem interceptam,
effundit caua vena suam copiam in venam
azygos, ac expectoratur.

X VI.

Phthisis.

Επί πύσιν πύσιν 2 φθίσις ή 3 πύσιν.
επλω δέ τὸ πύελον 4 ερηται, 5 επεθνησ-
κασι.

A puris

XVI.

A¹ puris expectorato² phthisis & ³ fluxio. postquam verò expectoratum⁴ retentum fuerit, ⁵ moriuntur.

1. Cùm primum sanguinem extuffiunt.

2. Id est phthoe, hoc est non redintegrabile pulmonum vlcus cum febricula, vnde tota corporis a teritur & conomia. *cum febricula.*

3. A tabe Defluis capillis ab maioris genuini exhaustu: vel alius etiam ruit, impotentia retentricis facultatis: vnde imbecillitatem noua imbecillitas additur. Quasi dicat, religiosè igitur debetis purgare.

4. Impotentiam expectorandi, vnde obducuntur meatus pulmonis à purulenta materia. Hac serie, sputum sanguinis, pus, phthisis, fluor. nisi redintegretur æger à purulenta illa intra dies quadraginta.

Ductus vsus ad phthisin.

5. Cor in ardore ac squalorem abripitur. Hippocrates triplex genus phthisis agnoscit, vnum, ab incurfu madidi succi à cerebro in pulmones, & à dulci pituita putrida, vnde corripitur pulmo: vel ab acris tenuibusque succis vnde exelicitur pulmo. Alterum ex metastasi vt cum pleuritis, angina: vel pulmonia in vomitam abeunt. Tertium à lacero vase pulmonum, hic à sanguinis sputo, puris euenit sputum; in aliis, ex aduerso,

Phthisis triplex.

XVII.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τῆς ἥπατος λύξις, *Singultus ubi malus.*
κακόν.

XVIII.

Inflammatum hepatis si supervenerit singultus, malum.

Si

Si ab hepate phlegmones mole occupato, opprimatur ventriculus, ac communioni nervorum in sympathiam trahatur vel bilis acerrima proveniendi, ab aestuante hepate genito, ventriculus incurratur ac vellicetur: & aliquando inflammetur: vel nimio ab aestu hepatis excitetur.

XVIIII.

Convulsio
& delirium
ubi mala.

Ἐπὶ ἁρτυρίῃ ἀσπασμὸς, ἢ πνευ-
φροσυνή, κακόν.

XVIII.

2 Vigiliis si 2 convulsio aut delirium superuenerit, malum.

1. A vi motu orti-, non autem a fortis si data occasio, nam siccant vigiliæ, ac solvunt spiritus animales, vnde languor & tremor totius corporis.

2. A magna causa hæc symptomata nascuntur interna, vel enim exhausti cerebri iudiciū est, vel sanguinem in acrem bilem iam abiisse. Si quis ob perennes vigiliæ languet ac tremit toto corpore, quia à disiectis spiritibus cerebri id vitium est, studendum erit ut corpus insuccetur bono nutritu; madente & refrigerante cibo & potu somnus accersatur; & modestè id agant.

XIX.

Erysipelas.

Ἐπὶ ὄσσει φιλώσῃ ἐρυσίπελας
κακόν.

XIX.

Os si nudato si superuenerit 2 erysipelas, 3 malum.

quacumque causa.

2. Si circumiecta ossi caro erysipelas con-
ceperit. quod fit dum ab acerrimis incutritur
succis.

3. Nam à tam acri sanguine gigni caro
nequit. Purgetur ergo in primis prauus ille *Tectanij.*
succus: secundò erysipelati remedia dentur:
tertio ossi caro accedat.

XX.

Ἐπὶ ἔρυσιπέλασι σιπεδῶν, ἢ ἐκ- *Erysipelas*
πύησις, κακόν.

XX.

1 Erysipelati si superuenerit, 2 putredo,
aut suppuratio, 3 malum.

1. Indicium prauis erysipelatis, quod fo-
tis intrò fertur, ac rodit.

2. Nam solui deberet per ἄδην διαπεύω
ille tenuissimus succus vnde erysipelas.

3. Suadet in hac calamitate Celsus vsus
canteriorum.

XXI.

Ἐπὶ ἰχθυῶσιν σφυγμῶν ἐν τοῖσιν ἔλκε- *Ulcera*
σιν αἰμορραγία, κακόν. *hæmorrhagia*

XXI.

Forti in vlceribus 1 pulsui si 2 hæmor-
rhagia superuenerit, 3 malum.

1. A phlegmone pressis arteriis, ac repletis
arteriis spirituoso sanguine.

2. A valido arteriarum motu, quo studet
natura sibi molesta excludere.

3. Calamitosam enim hæmorrhagiam da-
bit, quæ nulla arte compesci poterit, ob re-
clusam arteriam. Bona quidem vlceri esset
hæmorrhagia nisi immoderata foret. Admoue *Remedium*
fari-

farinam tenuissimam molendinariam, cum bolo sanguineque draconis; maxima hæc copia aspergantur.

*Dolor diu-
rnis
aluinarum.*

XXII.

Ἐπὶ ὀδυνῇ πολυχρονίῃ τῆς ἀπὸ τῶν
κοιλίῳ ἐκπύσεως.

XXIII.

¹ Diuturno partium ² aluinarum do-
lori suppuratio superuenit.

1. Phlegmone excitata si sit à materia vi-
scida. Si non sit dolor interruptus. non à fla-
tu, nec vagius. febricula adest, vel adfuit.

2. Vt partium quæ sunt ad ventriculum,
omentum, intestina hypochondria, lumbos.
*Situs inte-
stinarum.* Dextro hypochondrio tegitur hepar, sinistro
lien & ventriculi maxima pars: Lumbis hæ-
rent tenes: Ilibus dextris intestinum cæcum:
sinistris, colon & ieiunum: ad umbilicum, co-
li & ieiuni portio: Imo ventri, longano, ve-
fica, vterus.

3. Circa sexagesimum diem. Cum iam
iam in expuratum abiturum est suppuratum,
sanies exudat, hinc morsus intestinorum &
fluxus non sine dolore, horröre, sudore frigi-
do, lipothymia, frigore pedum ac manuum.
Remedia. Igitur tunc quasi dicitur studendum erit suppu-
rato: in expurato autem danda quæ pus atte-
nuant; qualia sunt illa quæ præscribuntur in
grumoso sanguine.

XXIII.

Dysenteria Ἐπὶ ἀκρίτῳ ὑποζωρήσει δυσεντε-
ρίῃ, κακόν.

Sinceræ¹ deiectioni² dysenteria si superuenerit, malum.

1. Ichore suo si fuerint spoliatae deiectiones cholericæ vel melancholicæ: quo Ichore eorum acrimonia temperari solet, ac meraeus color dilui.

2. Acrimoniâ illabentis succi affictis intestinis. Ilico præscribe iulapia ex aquâ cichorei cum emulsione seminis cichorei & endiuiz: misce sirupum de ribes. Et alternis diebus propina thabarbari & myrobalanorum semidrachmam, cum sirupo de ribes.

Remediorum.

* XXIII I.

Επί ὄσει.¹ Διακοπὴ πνευφοροσύνη, ὡς ἴδρακτ.
³ κενεὸν λάβη.

* Πνευφ
 ἴδρακτ.

XXIII I.

Offis¹ vulneri, si in vacuum vsque² spacium peruaserit, ³ deliriū superuenit.

1. Διακοπὴ est alta caluariz fractura. Fracturarum cranii variz sunt ideæ, incisio, fissura, collisio, sedes, fissura in parte non collisa.

Hip. lib. de
 vulneribus
 capitis.

2. Dissipato spiritu animali.

3. Hoc est, si pertusa utraque tabula fuerit: ut facillè euanescat tanto in vulnere spiritus animalis: aut refrigeretur cerebrum illa-
 pte aura frigidiorē.

Vtraque Tab.
 la Cranij.

XXV.

Εκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, ὡς φαρμακο-
 τῶδες.

Spasmus a
 pharmaco.

XXV.

Ex Pharmaci portione spasmus, mortiferum.

Quale.

Qualescumque fuerit id pharmacum, inaniendo; vel mala qualitate, qua tota substantia naturam opprimis, affligendo: vel quantitate perniciosam vim importando. Vnde cerebrum nervosaque partes in hanc caliditatem convulsivam abripiuntur.

XXVI.

Frigus extre-
mitatum.

Ἐπὶ ὀδῶν ἰχυρῆ τῆσδε τῶν κοι-
λίω, ἀκρωτηρίων ἡ ψύξις κακόν.

XXVI.

Si acerbissimo partium ad ventrem pertinentium dolori superuenerit + frigus + extremitatum, malum.

1. A phlegmone vel erypsielate, aut alio aliquo tumore

2. Vt ventriculi, hepatis, lienis, intellinaorum, vesicæ, uteri, renum.

3. Manuum, nasi, pedum, aurium, cutis.

4. Nam extremitatum frigus nascitur ex partibus internis phlegmone obsessis, vnde intro pellicitur sanguis & calor: vel calorem extinctum denunciat id frigus: vel crassior materia exitu prohibet calorem.

5. Nam copia succorum irruentium opprimitur pars: & doloris acerrima vi trahuntur huc spiritus & sanguis.

XXVII.

Tenesmus
in gravidâ.

Γυναικὶ ἐν γάσει ἐχέσθαι τενεσμοῦ
ἐπιγνώμενον, ἐκδῶται ποίησις.

XXVII.

Si ingrauidiatæ mulieri tenesmus superuenerit, abortire eam facit.

1. Perpetua desiderandi cupiditas, quâ parca mucus

ca mucrofa exprimuntur ab intestino longanone; irritato intestino ab acri succo, & falso.

*Uteri cervix
connectitur
intestino recto.*

2. Trahitur enim in contagium uterus à recto intestino, cui nectitur ceruice; ac foeta fatiscit crebrâ delidendi necessitate. Mollibus enematis eluatur malum. vt ex aqua hordei cum saccharo & vitello oui.

Remedium.

XXVIII.

Οτι αν οσειον η χονδρθη, η νευρον αποκοτη εν τω σωματι, ετι αυξει, ετι συμφυει.

XXVIII.

Si os vel cartilago, siue neruus sectus fuerit in corpore, neque augetur, neque coalescit.

In sexto libro, Aphorismo sexto expositus est hic Aphorismus. non est.

XXIX.

Ην εσθ' λευκον φλεγματθ εχομενον διαρροια επιγενηται ιχυρη, λυστιω νισσιν.

XXIX.

Si Leucophlegmatiae implicito valida diarrhoea superuenerit, morbum soluit.

Hydropē diarrhoea

Id est, in anasarca. vocat λευκον φλεγμα, quia fit à pituita alba, quæ proficiscitur à frigido hepate, vel ibi succreuit in habitu corporis refrigerato.

*Causa
medendi.*

2. Incunte morbo, ubi vires & viscerum robur adhuc vigent: nam in prostratis viribus calamitose fluit aluus. Ut hydropi feliciter medicina fiat, adsit viscerum integritas: non adsit hectica intemperies, nam significat longâ die viscera prostrata esse. deinde, incunte morbo aqua copiosè expellatur, libereque efferatur, amota omni cruditate. Dantur sex vel septem grana optimi elaterij cum pilulis alephanginis. ruente nimium aluo propinentur duo vel tria grana c. p. cum cheriaca & si- rupo citreorum: nam motis sudoribus sedatur immanius profluvium.

Remedium.

X X X.

*Diarrhoea
cephalica.*

Οκόσσιςιν¹ ἀφρώδια τὰ διαχωρήμα-
τα ἐν τῆσι διαρροίησι, τετέοισιν ἀπὸ² τῆ
κεφαλῆς ταῦτα κατάρρῆς.

X X X.

Quibuscumque per diarrhoeas¹ spu-
mosa feruntur alui excrementa, his ex²
capite effluunt talia.

1. Motu cum agitur materia pituitosa
flatulenta, ut in minimas partes atteratur, vel
madentes partes in flagus comminuit.

2. Si caput in vitio sit: si que pituita con-
tumax deiciatur, bullis maximis obsita. Fluit
facile in ventriculum per choanam. Quare
pilulis coccijis, vel de hiera cum agarico ex-
cludatur, si laborante capite citra febrem, à
pituita, aluus subliterit.

Remedium.

*Hypostasis
orassafari-
na.*

Οκόσσιςιν¹ πυρέσθισιν ἐν τοῖσι κροῖσι
κεμι-

² κεννώδες αἰ ὑποστάσεις γίνονται ³ μακρῶς τὴν ἀρρώστιον σημαίνει.

XXXI.

Quibus ¹ febricitantibus in urinis hypostases ² crassiorem farinam referunt, ³ diurnam in valetudinem denunciant.

1. Nam urinae sunt fidæ nunciae affectionum venarum.

2. Ab ardore retrofridō factō sanguine: vel à caribus & pinguedine liquefcente, sed tunc urina præcessit pinguis. Illæ rubrae sunt, hæ, albæ. Vide historiam Sileni, & eius qui in Dealcis hostro iacebat. Si lenta & viscida sit hypostasis, pituita nota erit. κρέμνον est farina quæ molam subterit: hoc est quæ crassius molita fuit.

3. Si virium robur adfuerit: alioqui citam mortem significant: nam pepasmi difficultatem denunciat. propterea in graui ac calamitoso morbo indicant perniciem promptam: in mitioribus, diurnitatem.

XXXII.

Οκρόσμοι ὅ χαλῶδες αἰ ὑποστάσεις, ² ἀνωθεν ὅ ³ κεννώται, ὅξείω ἀρρώστιον σημαίνει. Hypostasis biliosa.

XXXIII.

Quibus ¹ biliosæ sunt hypostases, sed ² supra quidem tenues, ³ acutum morbum denunciant.

1. Nam morbi acuti ferè à bile sunt.

2. Cum enim mediâ regione nater, coctionis absentiam denunciant coctio enim incrassat.

3. Nam circumfluere corpus tenui bile significat: vnde morbus brevis. Opponitur farinacea hypostati hæc.

Diversitas Urinæ

Urina
varia.

Οκρόσοισι ὃ δυσσηκότα τὰ ἔρα γίνεσθαι,
τὰ τέλεισι τὰ ἐσχῆ ἰσχυρὴ ἐν πᾶσι σώματι
ἔστιν.

Qui varia & ac dulsa profundunt lo-
tia, his valida perturbatio fit in corpore.

1. Si iam candidæ ac tenues, iam crassæ ac tinctæ fundantur, multiplicem arguunt materiam in vitio esse morbosam. Inde premitur natura, cum nec materia sit vniuersimodi nec natura ductus eodem filo trahatur: vbi enim natura triumphat, vniuersimodi producit excrementa. Nam vbi eadem semper urinæ idea apparet, materiæ benignitatem arguit, salutaremque ac breuem futurum morbi cursum. Quasi dicat, vbi talis diuersitas conspicitur urinarum, ut si pars quædam cocta, pars cruda appareat; vel si hoc die pepasmi particeps videatur, at mox sequenti die cruditatis notas adferat: talia tunc remedia in usum duci debent quibus materia ad pepasium promoueri possit, crassa attenuentur, &c.

Notatio
Præctica.

Bullæ, σπῆτοςσε.

Urina bul-
la.

Οκρόσοισιν ἐν τοῖσιν ὑροῖσιν ἐφίστανται
¹ πυμφολύγες, ² νεφρετικά σημαίνουσι, καὶ
³ πυμφομακρῶ τὴν ἀρρῶσιλα ἔσεισθαι.

Quibus bullæ in urinis natant, ¹ ne-
phritica

phritica mala, 3 diuturnamque inualitudinem significat.

1. Ut spumantes urinae à crassa materia flatulenta, calorisque inopia. Quasi dicat, igitur auerte malâ attenuando, purgando, flectendo intemperiem, ne calculus gignatur in renibus. Primum habeatur prouius totius corporis; dein renum.

Vfus Aphorism. huius.

2. Quia crassis succis obstiti sunt renes, qui vel ibi congeruntur vel à capite aut hepate aliaue parte eò abducuntur per arterias, venas & neruos.

3. Aegrè quòd lentus ille succus ad peptum ptouchatur. Spuma quæ motu gignitur externo, facillimè dissoluitur, nec ita perseverat vt illa quæ intus nata fuit. Vide Fernellium. Sunt, inquit hic Galenus, qui ab urinae acrimonia, reclusa arteriarum ad fenes pertinentium ora spiritus aliquid emittere dicant, qui cum urinis illapsus bullas efficiat.

3. lib. 1. de Pathologia.

XXXV.

Pinguedo Urinae.

Οκόσοισι λιπαρή ή δπίσασις ή αδρον, τέτέοισι νεφελική, ή οξεία σημάϊς.

Urina supernatans pinguedo.

XXXV.

Quibus in urina pinguis superficies est, & plurima confertim micta, his nephritica & vehementia mala adesse denunciat.

Colligatio Renum.

1. Nam à renibus profluit. Nam à toto corpore sensim fluit, non sine febre.

2. Phlegmone tactis renibus, vnde & febris ardens. Quin omnis febris ardens incendio suo renum pinguedinem fundere potest: sed hoc non ita lethale per se.

Febris ardens.

XXXVI.

Qui longo
tempore
fuerit neph-
riticus.

Οκόσισι ὃ νεφριτικοῖσιν ἔἔσι τὰ προ-
εξημένα συμβάινει σημεῖα, πόνοι ὃ πρὸς
τὰς μύας τὰς ἐξωτερικάς γίνονται, καὶ ἢ πρὸς
εἰς τὰς ἐξωτόπυς γίνονται, ἀπόστημα πρὸς
δέχεται ἐσόμενον ἐξω. Ἦν ὃ μᾶλλον οἱ πό-
νοι πρὸς τὰς εἰσωτόπυς γίνονται, καὶ τὸ
ἀπόστημα πρὸς δέχεται ἐσόμενον μᾶλλον
εἰσω.

XXXVI.

Si autem ex renibus laborantibus ad-
fuerint prædicta iam signa, & dolores ex-
citantur circa spinæ musculos, si ad par-
tes quæ foris sunt percipiuntur, aposte-
ma foras expectata: Quod si dolores intrò
magis vergant, intus potius expectan-
dum apostema.

Ufus huius
Aphorif-
ens.

Si dolor diu nimis & multum fatigavit fixus.

1. Effuso succo dolorifico in musculos ex-
ternos dorsales. Quasi dicat, tunc non repel-
lendum, sed potius erit prolectandū cataplas-
matis molliter calentibus.

2. Effuso humore in musculos internos
dorsales; vel in renes, & tunc repellendum.
Plerumque tamen ille humor qui renes oc-
cupavit emingi solet: vel evaporat interdum.
Utrum, inquit Galenus, renibus ipsis suppu-
rantibus id fiat, an solis musculis, an utrisque
non explicat Hippocrates. Cæterum cuncta
hæc fieri posse ostendit usus.

XXXVI.

Οκόσοι αίμα ἐμέκων, ἢ ἢ ἀνδ. πυ-
ρετῆ, ἰωτήριον. εἰ δὲ ζῶν πρετῆ, ἰω-
κόν. δεσπάζει δὲ τοῖσι³ συκκοῖσι, καὶ
τοῖσι συκκοῖσι.

XXXVII.

Qui sanguinem euomunt febris ex-
pertes, ἰωτῆριον est: verum si cum febre,
ἰωτῆριον malum. Remediari oportet³ frigidis &
adstringentibus.

1. Minus malum est, quam si cum febre
excludatur. Ut in plethora, vbi suppressa so-
lemnitas vacuatio. & quidam periodicis certis
fundunt sanguinem, bonis illorum rebus, sine
febre.

2. Afflictum enim hepar vel lienem deri-
tat à longa febre. Vbi itaque sanguinis inopia
adest, non bene effunditur is. Effunditur ta-
men in afflictis his partibus per venæ portæ
ramos, qui in ventriculum inseruntur. Vidi
nuper cum hæc scriberem quendam vitum,
qui copiose sanguinem euomit: tandem
obiit: aperto in corpore deprehendimus ex
succos pulmones, ita aridos ac si coriū sicca-
tum videres. Talem autem, qualem hic præ-
scribit, curationem respuit vlcus cum phleg-
mone & febre confociatum: & incrementa
ducunt die hæc vlcera, ob inflammationem.

3. Frenetur vt fluens sanguis, & vt cicat-
rice obducatur vulnus si rupta fuerit vena;
vel si exesa illa sit, glutinantibus. Id optime
facit puluis ex semine hyoscyami albi, papa-
uere albo, corallistubris, terra lemnia, cornu
caphura; ex conserua rosata præbetur.

*Regurgitans in
ventriculum.*

*Remedium
præclarum.*

Pleuritis in
empyema.Κατάρροι ἐς πλῆ¹ ἄνω² κοιλίῳ² ἐκ-
ποῦν³ ἐν ἡμέρησιν εἴκοσιν.Catarrhi defluentes in¹ superiorem
ventrem ad² suppurationem veniunt in-
tra dies viginti.

1. In pectus.

2. Phlegmone excitatur ab illis catarrhis.

Id est succis sanguineis qui à capite, venis
magnis vicinis, vel à tòto corpore influunt.

Cum expectoratio non excluditur ob imbecili-

tatem partium, aut materiae contumaciam,

vel viarum angustiam. His madentibus in re-

gionibus saepe in tabum abit pulmo,

ta illapsa eo, quae cunctando ibi putrescit.

Quare praclare hic admonet Hippocrates, ut

antequam putrilaginem inferat, illa excluda-

tur ac dometur. Propterea purga, ac decocto

~~salsaparas~~ attere eius vim. Da etiam linctus

cum paucò oleo foeniculi.

Vesica la-
borantis si-
gna, & re-
mittitἩν ἔρῃ¹ αἷμα² καὶ θρόμβους² καὶ σπυγγ-εἶλω³ ἔχη, καὶ ὀδυνή⁴ ἐμπύωτη⁴ ἐς τὸ² πεί-ραιον³ καὶ τὸ³ υπογάστριον, καὶ ἄ⁵ κτένα, τὰἄ⁴ πεί⁴ πλὴν κύστιν νοσήειν σημαίνει.Si sanguinem¹ & grumos mingat

non absque stranguria, dolorque si inci-

dat in² perinaeum &³ hypogastrium, &

pectinem, significatio inde fit partes quae

ad⁴ vesicam pertinent aegrotare.

1. Id est, sanguinem liquidum & conglo- Remedium.
 batum. Quasi dicat da itaque talia remedia
 ἧν ἄγρῳσ ἀκ ἀρενύλας σολύουτ: Tale est vi-
 trum viciis vltam, ac in terebinthina extin-
 ctum, potui datum.

2. Interfœmineum.
3. Aqualiculum.
4. Instrumenta vrinæ dicata: vt meatus
 vrinarius, vesica ipsa, vtretræ, renes.

X L.

Ἡ ἢ γλώσσαι ἐξ αἵφνης ἰ ἀκρετῆς γέ- Signum lingo-
 gua vel
 paritio.
 νη, ἢ ἰ ἀπόπληκτῶν τι τῶ σῶματι,
 ἢ μελαγχολικὸν τὸ τοῦτο γίνεθ.

X L.

Si subito lingua impotens reddatur,
 vel aliqua corporis pars perplexa & stu-
 peat, planè id è melancholicum est.

Vel si mens alio se vertat ab incurfa succi pravi in
 cerebro: ita nec lingua nec partes corpori officium
 facient.

1. Impotès ita redditur lingua à spasmo ten-
 tata, vel à resolutione facultatis animalis, at-
 ticulare nequit vocem, balbutiunt.

2. Paralyfi affectâ aliqua parte repentina;
 à pituitæ incubitu.

3. Cum à melancholico succo hoc eue-
 nit, à capite vel corpore toto in linguam illa-
 pso. Hæc euenire videntur è succo crasso, hoc
 est partim melancholico, partim pituitoso.
 Quasi dicat, ergo reuelle, & euacua ilico suc- Vfuo.
 cum illum ruentem clysmis, & pilulis.

X L I.

Ἡν ἑπερχαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέ-
 ρων λύγξ ὀπιγένηθ, ἐκ ἀγαθόν.

Singularis.

Si senibus superpurgatione exhaustis
singultus superuenerit, minimè bonum.

Res per se cunctis funesta, si incidat in corpus in quo
iam languet calidum natuum, & ubi euehymia obest:
& in quibus conuenit iam vana arefactio corpore à de-
cursu ætatis omnino erit calamitosum. Etenim si in
tali corpore natuum calidum ob potentem aliquam
causam atteritur, nulla arte reuocari poterit. Admo-
net ergo prudentissimus medendi artifex cauendum esse
in senili corpore à ueteraria medicina, & à medicamentis
vibrantibus, quæ elateria olim dicta fuerunt.

Admonitio
practica.

XLI.

Balneum
utile non
putridis fe-
bris.

Ἡ πυρετός μὴ ἀπὸ τῆς χολῆς ἔχου-
σα ὕδατος πολλῆς καὶ θερμῆς καταχομένη
καὶ τῆς κεφαλῆς, λύσις τῆς πυρετοῦ γίνεται.

XLI.

Si febris non ex bile nata fuit, pluri-
ma aqua calida capiti superfusa, febris
solutionem adfert.

Lib. 2. &
4. de mor-
bis. & 2.
de natura
humana.

1. Cuius hyparxis non pendet ab humore.
quales sunt hectica, & ephemera ab vredine
nata. Nam Hippocratis sententia fuit, om-
nes putridas febres à bile nasci.

Quæstio.

2. Quæ vim madefaciendi & refrigerandi
habet, vnde recreat hecticos. Et in ephemera
succurrit, quia reserat, refrigerat, madefacit
cum tepore: Prodest autem stipatis poris à ca-
lore, vel à frigore. dicat quis Hippocrates se-
xto epidemion, sectione quinta lotionem sua-
det ante vsum ellebori ubi crassi sunt humo-
res. Igitur ubi corpus humoribus occupatum
est, vtile erit balneum. Respondemus, bellum
indixit balneum plethoricis & cacochymicis

cor-

corporibus, nam concitat succos, eosque putrefacit, ac alio excludit. Sed Hippocrates hoc suadet, ubi succi crassi sunt, quo fundantur attenuati, ac naturæ expellenti & medicamento facilius cedant quod iam iam exhibebitur.

XLIII.

Γυνὴ ἀμφιδέξις ἐστὶ γινεῖ.

A sicut in
dicatur.

XLIII.

Mulier ambidextra non fit.

Quod non ita spiritu ac calore circumfluat ut utrumque latus aquæ his abundet. Nam mollior est ac frigida mulier, quasi dicat Non ita calebit foemina ut viri: *Et* *v* suo sexus imbecillitatem significat: quasi dicat, igitur magna remediis non percellantur mulieres maxime multofose, quæ præcipue non sunt ambidextra, hoc est, fortes.

XLIII.

Οκόσοι ἐμπύοι καίον ἢ τέμνον, ἢ μὲν τὸ πύον¹ καὶ θάρσον ῥυθμῶν² λεκτὸν, περιγίνονται. ἢ δὲ ὑδαίμον καὶ βοσβορῶδες καὶ δυσώδες, ἀπόλλυται.

XLIII.

Si empyis cum videntur aut secantur purum & album² pus effluat, sani evadunt. Sin³ subcruentum & coenosum & foetidum, moriuntur.

Vide Aphorismum 27. libri sexti.

1. Vniusmodi, uniforme in substantiæ modo: indicio quod nativum calidum se innuunt in cunctas eius partes.

2. Quo significatur partium solidarum integritas: propterea feeror etiam abest. Hoc est,

est,

est, secentur, si opus est, ante 40. diem, nam fieri potest vt ante eum diem partes nondum alienatae sint à sua indole.

3. Non album, sed pepsimi expers. Vel cœnosum quasi lutulentum & subuirescens si fuerit.

4. Ex corruptela pulmonum & sanguinis, vnde prauitate quadam imbuitur pus.

5. Nam illa contaminatio extinguit cordis viuacitatem. Quasi dicat, post quadragesimum diem nolite apertire pectus: nam fieri nequit, vt tam diu in loco calido & humido fluctuet materia purulenta quin necessariò suam naturam vertat in calamitatem: vnde pulmonis alienatio ac tabes.

X L V.

Οκόσοι τὸ ἥπερ² διαόπυον καίοντα, ἢ
 μὲν τὸ πύον καθαρόν ῥυῆ καὶ λευκόν, περιγι-
 νον. ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πύον τετέλεστον
 ἐστίν ἢ οἶον ἀμόργη ῥυῆ, ἐπίπυον.

X L V.

Quibus² purulentum iecur aduritur, si pus purum ac album effluerit, superflites euadunt: his enim membranâ pus continetur: sin verò qualis² amurca profluat, moriuntur.

1. Purulentum euadit cum inflammatione tentatum nec resolutione, nec euacuatione intra diem vicesimum finitur. Si maxima copia puris hepate concepta fuerit, effunditur interdum in ventriculum, ac tetro suo vapore suffocat. At exigua eius copia benè euomitur, aut vrina vel aluo deicitur: vel interdum erumpit in abdomen. Sin rumpi membra

V. 1. 10
 Apharismi.

Σαρκοειδὴ
 ἀμύρκα
 σαρκοειδὴ

Ηπαρ πύ-
 ούσιν.

υπόδ.
 περὶ ὀφθ.
 πύου

brana nequit, pertundendo dicit Hippocrates, Holerius inauult potentiali cauterio id agere. Quod si tunc effluerit pus album ac sincerum salua res erit: nam hepatis integritatem significabit, nec parenchyma contaminatum esse, at solam membranam.

2. Si cœnosum est ac viscidum, id perniciosum: nam id argumento est parenchyma in putrilaginem tractum esse: hic nulla sperabilis redintegratio. Vidi pistorem quendam *Historia* qui eum in itinere se fatigasset ac in gramine dormiuisset, querebatur de aliquo ac non valido dolore hepatis: febricitabat non ardentiter: interdū lipothymia tentabatur. Cum obiisset, hepatis parenchyma, intactâ ac integrâ membranâ, in pus merum degenerauerat.

X L V I.

Οδυνας ὀφθαλμῶν ἀκρητον πτισσας
 χυλίσσας πολλῶν δερμῶν, φλεβοτόμος.

*Acridi
 Mercurio*

X L V I.

Dolores oculorum post meraci vini potum, & aquæ calentis balneum, venæ sectione curato.

Indignus Hippocrate Aphorismus. Alludit ad illud Aph. 32. lum Aphorismum quem explicauimus libro sexto.

X L V I I.

Ἐσπρωσάντα τὴν βίησ' ἔχη, ἀνέλπι-
 σὸς ὄσιν.

Hydropticorum signa

X L V I I.

Si tussis hydropticum inuoluerit, extra spem est.

Refuso in thoracem humore; vel quod hepar liuē ita propendat ut diaphragma se amplius pādere nequeat.

Indicimus

Indicium alienatorum viscerum, quare, id calamitose-
sim. Tunc itaque valido remedio non tententur agra.

Urina dif-
ficilis.

X L V I I I.

Στραγγείλω ἢ δυσουείλω ἢ θώρη-
ξίς ἢ φλεβοτομία λυεῖ, τέμνειν δὲ τὰς
εἰσω φλέβας.

θώρηξις
θώρακος.

X L V I I I.

Stranguriam & dysuriam & thore-
xis & venæ scætio soluit: incidenda au-
tem sunt internæ.

1. Quæ fuitet urina.

2. Quæ acerbis cruciatu prodit urina. In-
ischura est ablata mictio, cum vesicæ lotio re-
pletur. ob angustiam cervicis suæ.

Usum.

3. Cum hæ affectiones proueniunt à vesicæ
algore, vel à viscida vel flatulenta mate-
ria. Da, quasi diuretica, nucem moschatam
decoctum fibres nigri.

4. Cum à phlegmone nata sunt, velocius
metus si ab urinae acrimonia adsit.

5. Basilica, ad auersionem; pedis, ad de-
stitutionem. Cum calculus vel grumus aut
viscidus humor infarcit meatus, catheteris
opus erit.

ὕδωρ κωνιάχης ἐχομένω οἶδημα ἢ
ἐρύθημα ἐκ τῆς γῆθς ὀπιτηνόμενον, ἀγα-
θόν. ἔξω δὲ τρέπεται τὸ νόσημα.

X L V I X.

Angina.

Anginæ implicito si tumor & ru-
bor in thorace superuenerit, bonum.
foras enim se conuertit morbus.

Ubi

1. Vbi nullus initio tumor aut rubor apparet, cum magna deglutiendi ac respirandi labore.

2. Ut non solum ruborem, sed etiam tumorem adferat eò deposità à materia, quæ à priore exiliit foco. ita ut nullus restibilis maneat intus.

3. Nam naturæ robur indicat, quæ foras agit morbificam materiam. Maximè si notæ critici adsint motus. Hoc est, ut illud eueniat non incunte morbo, nam à copia ac materiæ prauitate id euenire potest. Sed si à tali diadoli dolor placatur, febris cadit, anima melius trahatur, cibi faciliùs admittantur.

4. Hoc est, signa talia superuenire debent, quæ testantur hanc materiam non rari intro, sed eam exhausti vāporatione, vel expectorato aut suppurato. Quasi dicat Hippocrates, ergo omni studio foras prolegetur materia, admoue igitur cataplasma hirundinum nidi ex decocto maluarum, chamæmeli, seminis scænugræci: cum oleo amygdalino dulci, theriaca, croco. Vel ex ficibus fiat cataplasma, cum croco, & oleo. Hæc post priuisionem habitam totius corporis.

Remedia

L.

Οκλόσισι ἀνσφακελιθῆ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρησιν ἀπόλιω. ἢ ὅταν τῆς διαφύγῃ, ὑγιέει γίνονται.

Cerebrum
Lafama

L.

Quibus cerebrum sphaacelo afflictum est, intra triduum pereunt. Si verò hos superuenerint, sani fiunt.

1. Cum ab inflammatione concipi incipit gangrena & corruptio. Causa est quod phlegmo-

phlegmo-

phlegmone non digeritur ob eius magnitudinem, calidique nativi imbecillitatem. Cum in sphacelum abire incipit cerebrum dicit, nondum verò corruptum si sit. Maxime ab ictu, vel casu laceratis venis vnde grumus & sanies, inde phlegmone. Ita à sanguinis influxu.

2. Quia pars laborat cuius officio vita cetera nequit. & natura algiosum cerebrum non potest phlegmonem facile exhaurire.

3. Maror spes ad salutem apparet: ita ut aliquando euadant, alioqui in stuporem abeunt ac sudatiunculas fundunt. Σφάκλος propriè ad os pertinet, ut gangrena ad carnem: cariem iam vocant. Gangrenæ dicitur superuenire sphacelus: hoc est mortificatio perfecta integræ partis, ita ut ossa etiam trahat Gangrena itaque est ἐν γήραδι, sphacelus ἐν γήραδι. In hoc malo trepano opus est, ne fiat cerebri ac meningû corruptela. Si aperto cranio cerebrû videris liuescere motuque priuari, calamitosum, nã iam factus est perfectè sphacelus. Puto Hippocratem etiam loqui de cerebri inflammatione vltro oborta: cuius interdum est tanta sauities, ut intra quaternionem primû plerumq. enecet. Hoc malû ilico incumbit saua cum cephalalgia cuius dolor spinam ac occiput etiam occupat. ilicoq. deicit sensus cunctos. Aegri tamen exiliunt ac se iactant pedibus, manibus totoque corpore. Maxime cuncta inuolant manibus, ita ut quædam mulieres ne proptiis quidem capillis parcant, imò vnguibus propriam faciem defædant. Mox productiore morbo. mouendî vis in languorem abit. In silentio pereuni persuerant hi, vixque puncti respondent. Febris acerrima comitatur, nec cibum nec potum admittunt. Ortum ducit à retorrido sanguine in cerebrum translato, Vnde ineunte morbo, facies,

Quid sphacelus, gangrena, & caries.

facies cum tumore rubet, oculi cum rubore
 fixi videntur. Nam in hoc malo ipsa cerebri
 substantia inflammatur, vnde tandem gan-
 græna: quæ dum absoluta constitit, redinte-
 grari cerebrum nequit. Verum illa quæ est *επι-
 ψινδα*, quæque in procinctu est ob vim
 phlegmones. Præcipiti calamitate hi trahun-
 tur ob morbi potentiam & partis occupatæ
 principatum. Quodsi ad quartum peruenierit
 diem, spes est morbum posse domari: nam vi-
 rium id robur denunciat. Libro Tertio De
 Morbis huius affectionis meminit etiam Hip-
 pocrates, nomine sphaceli vel siderationis ce-
 rebri: ybi scribit his dolere ceruicem, caput,
 & spinam: scilicet, ineunte morbo. nam eo
 aliquantulum progresso, omni sensu spolian-
 tur. Quod significauit etiam Hippocrates
 dum ait, illos non audire, & ilico obmute-
 scere. His si *λακρῶς* hæmorrhagia oboriatur,
 salutaris est, At liuor succi in his malus, nam
 est à sphacelo absoluto. Morbus hic originem
 habere videtur ex cerebri calida intemperie
 cum bilioso sanguine, & tumor inde nascitur
 in ipso cerebro. Curatio itaque erit materiæ
 ex cerebro euacuatio, vtque algiosum euadat
 cerebrum. Habita prouisione totius corporis,
 materia à capite repellatur: dein discute eam:
 dein flectatur ad algorem cerebrum. Verum
 tanta mali huius est calamitas, vt vix hæc
 perficias antequam in gangrænam cerebrum
 trahatur. accedit quod vix intro remedia ac
 alimenta admittant. Quare viribus admitten-
 tibus seca internam in brachio venam à leni
 clystere: abstine ab acri glande in tam ferocâ
 febre. Capiti actu frigida deinde admo-
 ue, oleum rosarum completum cum pauco acero.
 Vel potius rigetur caput decocto actu frigido
 endiuiz, lactuæ, violarum, portulacæ, pa-
 rietariæ: vel ex his fiat cataplasma cum oleo

nymphæ, cum pauco aceto rosato: frigida admoue: æstuantia remoue: Ita agatur incunte morbo, si æstiuum fuerit tempus, Fiant etiam reuulsionones per cucurbitulas: ac foris fiat ex decocto salicis, violarum, nymphæ, lactucarum, maluarum, parietariæ, & florum meliloti. Ceruici & humeris admoue cantharides, & hirundines pone aures. seca venam in fronte. narium venæ recludantur, vt copiose sanguis effluat. Tunc iunge oxyrhodino oleum chamamelinum: & sone decocto maluæ, florum chamæmeli, meliloti, seminis fanigtæci, & lini, radicum althææ. Inclinato malo admoue sternutatorja. Alius mollescat enemate. Si vrina detenta fuerit, illinc oleo scorpiionum pubem, & admoue parietariam coctam. Post quartum diem redeant ad paucam cibi copiam, ius pulli laudatum cum semine melonum, abist vinum. Tandem validius purgentur, iam recreatis viribus.

LI.

Πταρμός γινεθ' ἐν τῷ κεφαλῆς, ὁ δια-
 δερμαϊνομένη τῶ ἐγκεφαλῆς, ἢ διουρανο-
 μένη τῶ ἐν τῷ κεφαλῆ κενῶ ὑπερχεί-
 ται ὡς αἷρ ὁ ἐν νεῶν ἐξεία, ἵσθη δ' ὅτι
 διασενεῖ ἢ διέξοδ' αὐτῶ ἐστίν.

LI.

Sternutamentum fit ex capite, ca-
 lesfacto cerebro, aut humectato spacio
 in capite inani: aer enim intus contentus
 foras effunditur. strepit autem quia
 per angustam ipsi est exitus.

Sternuta-
 sia quid.

Quia caput se exonerat, ea que materiz
 vapidæ

vapida excluduntur quæ concepta sunt ad os ethmoides.

2. Vnde materia in flatus mutatur.

3. Vbi vaporosa materia replet partes inter cerebrum & meningas, & sinus cerebri.

4. Excluditur ab expultrice vi irritata.

5. Quia flatus erumpit e cerebro & e pulmonibus per nares, vnico impetu: ad hoc vitur neruis in thoracem demissis, contrahitur enim thorax. Tunc vel solus vapor erumpit vel vna effertur ichor acrior.

L I I.

Οχόσιον ἢ παρ' ἀπειροδωᾶ, τῆτέοισι
σι πυρετὸς ἐπιγνώμενη ² λύξ πλεὺ
ῶδωίω.

Hepatis
dolor.

L I I.

Quibus hepar admodum ¹ dolet, iis febris superueniens soluit ² dolorem.

1. Sine febre, à flatulento vapore, Admodum dicit, quod indicium est id non laborare ab infarctu, nam mediocres tunc dolores adesse solent. At flatus dum rendit hepatis membranam, ingentes dolores adfert. Vidi quendam qui cum exiguo de dolore quereretur hepatis, eius tamē totum parenchyma in pus conglarat: hinc febricitabat, sed non valide.

Historia.

2. Nam discuit flatus. Quasi dicat, febris tandem si superuenierit, quæ primum non aderat: Nam si primum adfuisset, inflammationis suspicionem attulisset. Soluit itaque, inquit, febris hunc dolorem, quasi dicat, nos imitabimur naturam hac in re; & propinabimus medicamenta quæ vim habent, calfaciendi, attenuandi, & discutiendi. Talia sunt decocta intus & foris admota, ex chamcemelo,

Vfus.

anetho, aniso, fœniculo: oleo anisi. theriaca, mithridatio.

L I I I.

Vere san-
guis aufe-
rendus

Οκόσοισιν ¹ συμφέρει αἷμα ἀφαιρεῖσθαι
ἀπὸ τῆς φλεβῶν, τατέοισι χεῖρ ² ἢ φ
φλεβοτομείσθαι.

L I I I.

Quibus ¹ sanguis è venis est auferen-
dus, his ² vere pertundenda est vena.

1. Qui eo circumfluunt, ne crassescens me-
lancholescat. vel ne ruat in nobilem partem,
tamq̃ue in phlegmonem abripiat. Ut si me-
tus inde sit inflammationis, obstructionis,
validi doloris, vel translationis.

V. sicut
Aphorif-
27.

2. Tunc enim vigent vires, ac ferunt ab-
actionem hanc, facileq̃ue iacturam hanc re-
sarcunt. Quasi dicat, cum ad saniratis proui-
sionem magnis remediis utemur à quibus
flaccescunt initio vires, cumque periculum
imminet ne fundant se humores pravi vel co-
piosi, id eo tempore agendum, quo vires flo-
rent, ac cum tale periculum imminet. Talo
verò est vernum tempus.

L I I I I.

Ηχαιεργ.

Οκόσοισι μεταξὺ τῆς ¹ φρενῶν καὶ τῆς
σπλῆνος φλέγμα ἀποκλείει, καὶ ὀδυνην ² πα-
ρέχει ἔκ ἔχον διέξοδον εἰς ³ ἐδετέρω τῆς
κοιλῶν, τατέοισι χεῖρ τὰς ⁴ φλέβας εἰς τὴν
κύστιν τραπένην τῆς φλέγματ, λύσις
γίνεται τῆς νέσας.

Quibus

Quibus inter ¹ diaphragma & ventriculum pituita intercluditur, & ² dolorem adfert, in ³ alterutrū ventrem viam non habens, iis per ⁴ venas in vesicam versâ pituitâ, morbi fit solutio.

Dolor circa diaphragma diuinitus

1. Id est, inter peritonæum & omentum post diaphragma. Pituita dicit intercluditur: nam eò loci magna plerumque fœditas deprehenditur etiam à bile resudante à folliculo; vnde ille dolor exiguo qui se figit loco ad diaphragma ferè vel vbi ensiformis cartilago.

2. Dum in flatus abit.

3. Ad pectus vel intestina.

4. Externitatâ pituitâ. Etenim vt materia ex venis quacumque effundi potest, ita in easdem remeare potest vbi fusa erit: per cæcos ac latentes ductus. Da itaque talia remedia quæ eò abducere materiam illam possunt quò illa viam affectat. vt si ad intestina, dabis mel rosarum: si ad vrinas, decoctum radicum chinae cum diureticis: Si ad pectus, iuscula in quibus immaduit vngula caballina.

Vfus Aphorismi.

L V. Οκόσισι αν τὸ ¹ ἢ παρ ὕδατος πλινθίον εἰς τὸ ² ὀπίπλευρον ῥαγῆ, τετάρτοις ἢ ³ κοιλίῃ ὕδατος ἐμπλάσσει, καὶ ⁴ σπονήσκουσιν.

Hydrog.

L V.

Quibus hepar ¹ refertum aquâ erupie in ² omentum, his ³ venter aquâ impletur, atque ⁴ moriuntur.

1. Alienati visceris indicium; propterea que tunc in angusto spes est,

2. In spacium illud quod est inter omentum & peritonaeum.

3. Aquosâ materiâ, nata à fractâ sanguificatrice, cum præ copia amplius retineri nequit in venis hepatis, erumpit. Ita in pedes & in serotum interdum labitur, in vterum, in pectus.

4. Fatiscente naturâ vi morbi profla.

Vini vi.

ΣΙΣ
ΥΔΑΤΙ

Αλύκη, χείρην, φείκη δίνθη, σίσι πινόμενθη, αλύκην νεοσθη.

Iactatio, 2 oscitatio, 3 horror, vinum potum pari + aqua remixtum, soluit morbum.

αλύκη.

1. Id est, halisimus, cum æger, loco stare nefcit, ab acerrimo succo hypochondriis ac venis primis concepto, vt in causis. Sed hoc loco transtulit Hippocrates hanc vocem ad homines sanos: vt qui se iactant ob cibi potusque ingesti copiam præter morem: vel hoc fit ob succum irritantem stomachum sua qualitate; vel quod musculosum genus excrementa quam plurima contraxerit. Est enim dicit Galenus, αλύκη sui displicentia sui que tædium, & qui presentium tædio incedat mente errant, ac ad alias res subinde transeunt.

2. Ob flatus maxillaribus musculis conceptos.

3. Cum mouetur materia flatulenta in musculis collecta.

Vini vsus
vt sit in-
candm.

4. Dissoluit flatus, sudores ac vrinas pro-uocat, hinc humidis & frigidis affectibus medetur. Examina vim, agri naturam propriam & ascitiam, & morbi genus ac magnitudi-

gnitudinem, & cœli temperiem; Hesiodus tres aquæ partes quartæ parti vini in festis adhiberi iubet ad hilaritatem. Athenæus dicit Græcos duos vini cyathos ad quinque aquæ vel unum ad tres consuevisse miscere.

LVI.

Οκόσοισιν ἐν τῇ ἐξήδρῃ φύμα γίνεθ',
 τετέοισι διαπηήσαντ' ἢ ἐνεργύντ' ἢ
 λύεθ' ὁ πόρθ'.

LVII.

Quibus in urinario meatu nascitur tuberculum, his cum suppuratur ac eruperit, dolor soluitur.

Mittus d. concussio

Libri quarti Aphorismo octogesimo secundo idem scriptum fuit.

LVIII.

Οκόσοισι δ' ἐν ὁ ἐγκέφαλ' σενάθῃ
 ἀπὸ πνὸς παρράσθ' ἢ ἀνάγκῃ ἀφώ-
 νος γένεθ' ἢ ἀχῆμα.

LIX.

Quibus ab externa aliqua causa valide concussum fuerit cerebrum, hos protinus mutos fieri necesse est.

1. Ut à casu, ictu obtuso à telo, vnde in vacuo illo cranei spacio cerebrum valide vibratur, vnde spiritibus aditus intercluditur ad nervos. Si id lacero à cerebro fiat, non redeunt ad se agri.

2. Sensus omnes læduntur ac motus, nam ventriculi cerebri eiusque pori turbantur, ac in situ vitium facit: vnde à cerebro in nervorum originem, quæ est in principio spinalis medullæ,

*Nervi non
nascuntur
in capite.*

*Observa-
tio.*

*Paralyseos
& Hydrō-
pneumonia-
dium.*

medullæ, spiritus influere nequeunt. Nam, ut anatomica sectio aperte demonstrat, omnium neruotum qui in cerebro sunt, hoc est septem illa paria, non in capite nascuntur, sed in initio ceruicis, ubi spinalis medulla nascitur. *Ξεσις* est valida concussio. ea voce vititur Theocritus Idyll. 29, folio 224, versu 19. Noui quosdam in occipat eum lapsi fuissent, tota vita sua postea non rediisse ad gustandi & odorandi vim.

LIX.

Τοῖσι σώματι τοῖσι ὑγροῖς τὰς σάρ-
κας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιεῖν. λιμὸς
ἔξηρεῖναι τὰ σώματα.

LIX.

Corporibus præhumida carne præditis fames imperanda est: fames enim exiccatur corpora.

1. Vbi luxuriat pituitæ copia: quæ cum sanguini mixta est, diu pro nutritu corpori esse potest.

2. Dum enim exhauritur corpus, primum id quod humidum est in vaporem abit. Exhaurit corpus tum calidum innatum, tum ambiens aer: Ita tenuatur corpus ac in sudorem & vaporem abit: hinc terrâ delitescunt animalia non exhauriuntur facile.

3. Per famem enim non refarcitur id quod exhaustum est: ita per aliud siccat fames. Fames sensim ac æqualiter totum corpus siccat: ita Galenus ait, in fame enecto animali, cor & iecur non tabescere. Itaque mador hac arte facile consumitur. Ita in hydrope imperare solebamus famem & potus accisionem: ex ipso Epidaurō vix præstantius remedium petas.

Italiam

Italum mediū hydropicus accessit agricola, Hippias.
 imperat medicus ut toto anno temperet à po-
 tu: fecit, conualuit. post annum rediit ad me-
 dicum, qui hominis agilitatem ac robur admi-
 rabatur. Quare quicquid huiusmodi est ut fa-
 mem procreet, id præclare in humidis intem-
 periebus præscribitur, tale est decoctum ligni
 guaiaci sassaphras, & satzæ parilla.

V/ue
 Aphorif-
 mo.

L X.

Οκνῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβο-
 λαί, καὶ τὸ σῶμα καταψύχῃ, καὶ πάλιν
 θερμαίνῃ, ἢ χρώμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου
 μεταβάλλῃ, μήκῃ τὸ νόσος σημαίνει.

L X.

Vbi toto corpore frequens mutatio in-
 cidit, ita ut corpus modò refrigeretur,
 modoque incalescat, aut colorem alium
 ex alio mutet, diuturnitatē morbi arguit.

4. lib. 4. 42.

Hic Aphorismus ante expositus fuit.

L X I.

Ἐὰν ὁ πολὺς θερμὸς ἢ ψυχρὸς ῥέων
 αἰεὶ, σημαίνει ἔχειν πλησμονὴν ὑγρῶν
 ἀπάγειν ἐν χεῖρὶ τῷ μὲν ἰχυρῶ ἀνωθεν,
 τῷ δὲ ὡδενεῖ κατώθεν.

L X I.

Sudor multus calidus frigidusve per-
 petuò fluens, humiditatem in robusto
 quidem² supernè, imbecillo verò infer-
 nè vacuandam esse demonstrat.

4. Aphorif-
 38. 42.

1. A succorum copia, non à ciborum
 ubertate.

2. Si eo repit, ægerque si vomit ex facili.
& molestior semper est vomitus quam se-
cessus.

L X I I.

Cibus fe-
bricitan-
tium.

Ἡν τις τῶν πυρέσσοντι βροφῶν δίδῃ, τῶν
μὲν ὑγιαίνουντι, ἰσχυρὸς. τῶν δὲ κείμενοντι,
νῆσθ.

L X I I.

Si quis febricitanti cibum dederit
quem sano exhibet, valenti robur: ægro-
tanti morbus fit.

Nam in sano robori studemus tantumque vel plus
etiã adiciamus quam exhaustũ fuit mediã & labore. Fe-
bricitantibus verò satis est ut vires stent, ac ut quinq.
vel sex horis pepsis peragatur in hu necesse est ne inter-
ueniẽs febris sibi in v̄triculo deprehẽdas. Ita enim ver-
geret se natura à pepsis ad pepsin. quod fieri nõ debet
in paroxysmis febrium. Nam in hu corporis interna, à
restis eo succus sunt impura: sed corpora impura quo
magis nutrias, eo magis lædes: quare cibus hic morbum
augebit etiã. Maxima damna sibi adferre solent fe-
bricitantes, dum potant incunã paroxysmo: vsu mihi
compertum est inde plerumque ex febribus intermit-
tentibus periculique expertibus nasci continuas ac le-
thales febres.

Causa
medendi.

L X I I I.

Τὰ δὲ τῆς κύστης διαχωρέοντα ὄραν
λεῖ, εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέει.
Τὰ ἥκιστα οὐκ ὅμοια τέλεισι, ταῦτα γα-
ρ ὀδύσει. τὰ δὲ ὅμοια τοῖς ὑγιαίνουσιν,
ἥκιστα νοσεί.

Quæ

LXIII.

Quæ per vesicam meât spectare oportet, an talia sunt, qualia secunda valetudine subeunt. Nam quæ his minimè sunt similia, insalubriora, quæ verò sanis similia, minimè insalubria.

Excrementa
ta ut sint
examinanda.

Quo quid protinus à naturali statu abit, edes dederius; quæ verò sanis similia, ea optima. Ita cuncta symptomata examinari debent, nimirum in excrementorum substantia, qualitate, quantitate, excernendi tempore & modo: & qualitate immutata, ut ex colore, corporis mole & caractere: præterea in affectibus animalibus, vitalibus, & naturalibus.

Καὶ οἷον τὰ διαχωρήματα, ὡς ἐὰν ᾖ σπῆλαι, καὶ μὴ κινήσῃς οἶον ἐπίστα. Ἐύσματα, καὶ ὡς ὀλίγα ἢ ὀλίγη ἢ νεσθη γίγνεται.

Alvina excrementa

Ἦν ὃ πολλὰ, πολλὴ, τετέοισι συμφέρει ὑποαθήσει τὴν κοιλίαν. ἢ ὃ μὴ καθαρίαν πῆσας δὶδως τὰ ροφύματα, ὀκόσαι ἀν πλειω δὶδως, μάλλον βλάπτει.

Ἦν ὃ πολλὰ, πολλὴ, τετέοισι συμφέρει ὑποαθήσει τὴν κοιλίαν. ἢ ὃ μὴ καθαρίαν πῆσας δὶδως τὰ ροφύματα, ὀκόσαι ἀν πλειω δὶδως, μάλλον βλάπτει.

LXIII.

Et quibus hypochoremata si residere permiseris nec moveris, subsident velut strigmenta, quæ si pauca sint, parvus morbus est: si verò multa, magnus: his aluum infernè purgare conducit. Alioqui si non repurgata aluo sorbitiones exhibueris, quanto plures dederis, tanto magis offenderis.

1. Cùm alius duris ac liquidis simul fertur: etiam remixtis tamentis ac pituita: argumento ea coëchymiam adesse, corpusque pituita crudâ circumfluere, non sine inæquali quadam corporis intemperie. Hic pharmacia utilis: dein intemperie partium debellanda.

2. Crassæ copiosæque tales deiectiones morbi contumaciam denunciant: diè coqui debent, sensimque purgari, & præterea in his sobrie tenuierque victitandum.

L X V.

Αἱ ὑποχρέμψεις αἰ εἰ τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἰ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεις, καὶ χολώδεις, καὶ δυσώδεις πάσαι κακά. αἰποχώρασαι ὅ καλῶς, ἕλαδαί, καὶ χι κολίω, καὶ κύσιν, καὶ ὄκκ' αἰν τι αἰποχώραον εἴ μὴ κακαφαρμίανον, κακόν.

L X V.

Excretiones in febribus non intermit-
tenuibus, lividæ, cruentæ, biliosæ, foetidæ
omnes malæ: commodè tamen si pro-
deunt, bonæ. Per aluum etiam & vesi-
cam, & quacumque corporis si prodeat
aliquid, si non purgatum restiterit,
malum.

4. lib. Aphoriz: 47. hic expositus fuit.

1. Id est, ubi excludi debet, si non excludi-
tur, malo est: nam recidivam adferre solebat.

L X V I.

Τὰ σώματα καὶ ὄκκ' τὸ βέλτε κα-
ταίρεται.

δαίεωσ, ὄροα πείειν· κ' ἰω' ἢ ἄνω βέ-
 λεῖ ἔυροα ποιέειν, σῆσαι τὴν κοιλίαν
 ἰω' ἢ κάτω ὑγῆσαι.

LXVI.

Corpora cum quis purgare voluerit,
 meabilia illa reddat oportet, & si
 quidem supra velit, alius sistenda: si verò
 infra, humectanda.

Secundo libro, Aphorismo 9. hic explicatus fuit.

1. Si existimauerimus ad morbi curatio-
 nem maximè necessariam fore vomitionem.

LXVII.

Ἵπποκράτης, ἀγρυπνίη, ἀμφοτέρω μᾶλλον
 τῆ μετεῖς γινόμενα, νῦσθαι.

LXVIII.

Somnus & vigilia, vtraque si præter
 modum fuerint, morbus.

*Hunc enarrauimus libro secundo, Aphorismo tertio.
 Sequentes etiam duos Aphorismos interpretati sumus
 libri quarti, Aphorismo 30. & 40.*

LXX.

Ἐπὶ ἀλκῶ φλέγματι ὕδρωσ ὄπι-
 σίνεται.

LXXI.

1 Leucophlegmatix hydrops super- *Hydrops*
 uenit.

1. Vbi totum corpus in tumorem mollem
 attollitur: venis habituque corporis pituita
 refertis: quale est corpus cacochymiâ obfes-
 sum. Cum enim hepar alget solidæque partes
 frigent, gignitur pituitæ copia, unde in albo-
 rem

Vfus
Aphorismi.

510

I. HEURNII

rem trahitur corpus. Quasi dicat, purga eam
pituitam ac firma viscera, ne ascites nascatur.
Exhibe sæpè rhabarbarum, hoc modo. Accipe
Rhabarbari semunciã: ciuamomi semidrach-
mam: redige in puluerem, quem remisce cum
duabus vel tribus vnciis conferuæ florum ci-
chorei vel absinthij, aut tanaceti: adde siru-
pura cichorei. Sumat cottidie drachmas duas:
& superbibat cochlearium vini chalybis.

LXXI.

Dysenteria
ubi motus.

Ἐπὶ διαρροίῃ, δυσεντερίῃ.

LXXI.

A diarrhœa dysenteria.

Proximo vs
habenda.

Sensim enim abraduatur intestina, quasi dicat igitur
remedii exclude ac tempera succum illum acriorem
intestinis immixtum. Da rhabarbarum, myrobalanos,
vel dilutum agarici si pituita in vitio sit: dem tempera
decoctis ac sirupis.

LXXII.

Lienteria
motus.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ λιεντερίῃ ἐπιγίνεσθαι.

LXXII.

Lienteria superuenit dysenteria.

Cautio.

Fractu intestinis à materia contumaci, quam iniu-
riam etiam sentit tandem ventriculus, unde lienteria.
Quare summum studium adsit vs placetur dysenteria,
ne eo prorepas malum.

LXXIII.

Ἐπὶ σφρακελισμῷ,

Ἐπὶ σφρακελισμῷ, ἄποστασις ὀστέου.

LXXIII.

A¹ sphacelismo, ossis² abscessus.

1. Cùm phlegmone in gangrenam, hæcque
iterum in corruptelam abit, vt cum os luce-
scens in cariem abit.

2. Os eximitur. Id patitur os vel quia nu-
datum,

datum, unde refrigeratur, & nutritu suo spoliatur, vel quod rabo manans vicina caro os inquinat. Quare tunc abradendum est os si superficietenus à natura sua degeneravit: ac iteos pulvis ossi imponendus, nihil eum æquè ac solitarius hic pulvis solet os ab omni putredine tueri.

Remedium
elegans ad
os in tute-
lam.

LXXIII.

Επί αίματι 1 ἐμέτω 2 φθὸν καὶ τὸ 3
τύς κέφαρσις ἀνω, καὶ ἐπὶ τῇ φθὸν 4 ρεύ-
μα ἐν τῇ κεφαλῇ, ἐπὶ πύρρωματι 5 διαρ-
ροίᾳ, ἐπὶ τῇ διάρροια 6 χέσει τῆ ἀνω κα-
ρσοῦς, ἐπὶ τῇ χέσει θάνατος 7.

LXXIII.

A sanguinis 1 vomitione 2, tabes & puris superne purgatio, à tabe fluxio de 3 capite, à defluxu diarrhoea, à 4 diarrhoea interceptio expectorati, ab 5 interceptione mors.

1. A largo sanguinis expectorato ex partibus spirabilibus.
2. Nisi illico vena obturatur, phlegmone ac febris arceatur: sistatur fluxio, succus temperetur antequam perfundant.
3. Trahunt enim ac admittunt pulmones labefactari fluentes succos caput tunc plethoricis causis à pulmonibus repletum eos demittit abundè. incallescens enim caput à fuliginibus pulmonum, trahit à toto corpore, illicque retenta materia acrimoniam induit, hanc iterum in se trahunt pulmones. ita conspirant in superniciem.
4. Hoc benè fit ineunte morbo viribus adhuc firmis, nã ita caput se exonerat in aluum.

Non

Non autem bonis ægrotorum rebus euenit in labefactatis viribus.

Vfus
Aphorif-
m.

5. Pus enim interceptum strangulat. Quare in tabidis non temerè mouenda est aluus: nam ita id atterit vires, vt expectoratum amplius excutere nequeat pectus.

L X X V.

Οκοῖα κὺ ἐν τοῖσι χιτῖ τῶ κύβιν, κὺ ἐν τοῖσι χιτῖ τῶ κοιλίῳ ὑποχωρήματι, κὺ ἐν τοῖσι χιτῖ τὰς σάρκας, κὺ ἡ πῆ ἄλλη τ' φύσεως ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα, ἢ ὀλίγον, ὀλίγη ἢ σὺ γίνετ' ἢ ἢ πολὺ ἢ, πολλή, ἢ πᾶνυ πολλή, θανάσιμον τὸ τοῖστων.

L X X V.

Qualia sint quæ per vrinas ac aluum subeunt, & quæ per carnes abeunt, & si quâ aliâ corpus à natura recedat spectare oportet; Nam si parū, paruus morbus est: si multum, magnus: si valdè multum, iam tale fuerit perniciosum.

Excrementa
si vi sint
examinanda.

Urbis vni-
de depre-
bendantur.

Ut Medicus in cognitionem veniat morbi, causa, ac partis, symptomatum opus est illi examine. inter symptomata sunt excretiones, quæ examinari debent in substantia, qualitate, quantitate, eorum copia, excernendi modo, & tempore. Nam excrementum referunt ideam illarum partium unde dimanant.

1. Ve sudores, & abscessus.
2. Alia etiam symptomata in examen vocanda: vt actiones lætæ, qualitas mutata corporis in colore, caractere, & mole.

APHORISMORVM HIPPOCRATIS Finis.

I N D E X.

A.

- | | |
|---|--|
| <p>ABDOMINIS partes, & nomina eorum. 132</p> <p>Abdominis præstátia in significato. 133. quod à Medicis tangi debet.</p> <p>Abortus caua. 174</p> <p>Abortus causæ. 374, 375</p> <p>Abortus futuri signa. 384. 385</p> <p>Abortus notæ. 366, 367</p> <p>Abortus periculum uti. 362</p> <p>Abscessuum genera. 100</p> <p>Abscessu qui iudicantur. 64</p> <p>Abscessus à febribus longis. 257</p> <p>Abscessus criticus per urinam auertitur. 293</p> <p>Abscessus in febribus longis. 257</p> <p>Abscessus latens in corpore. 450</p> <p>Abscessus per febres. 266</p> <p>Acuti morbi etiam fallunt. 107</p> <p>Adiposi ut purgandi. 218</p> <p>Adolescentum & puerorum morbi. 201</p> <p>Aër maximè parit morbos. 16</p> <p>Aegris aliquid concedendum. 136</p> <p>Alieni morbi. 190</p> <p>Alimenta. 105</p> <p>Alphi. 189</p> <p>Aluinum incendiũ cum cardiogmo. 281</p> <p>Aluus profusior. 443</p> | <p>Aluus quibus ab hæmorrhagia feratur. 239</p> <p>Angina. 446</p> <p>Angina à luxata vertebra. 200</p> <p>Anginæ cur varij succedant morbi & quid significant. 327</p> <p>Angina in peripneumoniã. 326</p> <p>Angina latens 245 à luxata vertebra. 246</p> <p>Angina pituitosa num sit periculosior biliosa. 130</p> <p>Anima sicca est prudentissima. 336</p> <p>Anisi vis in pueris. 198</p> <p>Anni diuisio antiquorũ Græcorum. 159</p> <p>Anni salubris constitutionis descriptio. 173</p> <p>Antiquorum mos in scribendis libris. x</p> <p>Aphthæ 197</p> <p>Aphorismus quid. 2</p> <p>Apoplexia cur lethalis, & quid sit parua & magna apoplexia. 142</p> <p>Apoplexia qua ætate. 463</p> <p>Apostema quid. 100</p> <p>Aqua est capitis vlceribus perniciofa. 545</p> <p>Aqua quæ optima. 353</p> <p>Aquilonarum constitutonis vis. 164, 183</p> <p>Aromata. 354</p> <p>Ars Hippocrati quid. 6</p> <p>Æstas frigida & sicca quos morbos proferat.</p> |
|---|--|

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|---|--------|
| ferat. | 177 | de. | 416 |
| Aetate num vino gene-
roso vtendum. | 54 | Calculus quid, & foci, &
signa. | 305 |
| Aetates aliae aliis teu-
poribus gaudent. | 185 | Calculi vt periculum vi-
tetur. | 299 |
| Aetatū singularū mor-
bi. | 197 | Calidi fetus commoda
342 Et sequentibus. | |
| Athletæ ridiculi 20 eo-
rum corpora. | 19 | Et quibus per se no-
ceat, & quibus ex
euentu profit. | 343 |
| Aphonia & conuulsio in
ebrietatem si cadant. | 309 | Calidi vis. | 335 |
| Athletica plenitudo cur
periculosa. | 19 | Calidum natium quid. | 51 |
| Ausio humani corporis
est naturæ opus. | 51 | Calor & frigus partium
quid indicet. | 251 |
| Autumnales morbi. 192,
193 | | Calor perit triplici de
causa. | 21 |
| Autumni morbi. | 462 | Caluities. | 415 |
| Autumnus aquilonaris
quibus profit, vel no-
ceat. | 178 | Caluitium. | 441 |
| Autumnus tabidis no-
xius. | 170 | Canis rabidi mortus. | 120 |
| Aurorum vis 164, &
174, 183 | | Capillorum fluxus. | 329 |
| Axiomata sunt à iudi-
cio & vsu. | 17 | Capitis dolor vt meden-
dus. | 407 |
| B. | | Capitis vulnera curæ
hate periculosa ma-
gis. | 339 |
| B ALBVTIES. 443 | | Cardiognus. | 281 |
| Bilis atræ excretio
quid significet. | 234 | <i>Ἐπισπαστος</i> quid sit apud
Hippocratem. | 58, 59 |
| Bilis cur insuat in ven-
triculum per febres. | 282 | Causa morbi docet quid
fit agendum. | 442 |
| Bubones in febres. | 270 | Causæ omnium ferè mor-
borum. | 84 |
| C. | | Causo incidens rigor. | 273 |
| C ACOCHYMIA vt
sit curanda. | 735 | Causus 273 in causo
quæ nã symptomatum
causæ. | 273 |
| Cacochymiaë variae re-
giones & notæ earum. | 93 | Cibi cur plus hyeme dā-
dum. | 60 |
| Cephalalgie solutio vn- | | Cibi dandi occasio vnde
captanda sit, vbi is
dandus. | 147 |
| | | Cibi qua parte anni be-
ne aut | |

- ne aut male ferantur. 59
 Ciborum qualitas, quis eibus imbecillis. Cibus sitis expers. 55
 Cibum necessario capere quid sit, & iure, & loco. 126
 Cœffusio quid. 65
 Coctio est duplex. 68
 Cibus optimus quis. 137
 Cibus. 105
 Cibus quo modo in acutis sit exhibendus. 57
 Cœlax quid. 53
 Cōmentatoris officib. 3
 Cōceptionis signa. 395, 397
 Conceptio vt fœlicite- tur. 376
 Cōsuetudini aliquid dādum. 59
 Cōsuetudinis vis. 151
 Cōsuetudo non temere mutanda. 152. & quid ea sit.
 Contrariorum curatio num perpetua sit. 339
 Cōualescentes vt sint habendi. 103
 Cōuulsio à purgatione. 316
 Cōuulsio & præcordiorum dolor. 282
 Cōuulsio in ebrietatem. 309
 Cōuulsio in febrem incidens. 117
 Corporum variæ conditiones. 107
 Corpus vt fiat & egr. 92
 Crises per sudores in febribus. 247
 Crisi etiā opus est quar- tanæ. 115
 Crisis dum sit, sit medicus spectator. 66
 Crisis sit in paroxysmo. 97
 grauiasymptomata eam antecedūt 97.
 vnde perfecta & imperfecta notetur 98.
 Quæ sit per abscessum. 99
 Crisis Hippocrati sumitur duobus modis. 10
 Crisis per exclusionem quanam bona vel mala. 259
 Crisis perfectæ vel inchoatæ notæ. 125
 Crisis quid. 111
 Crisis quid. Crisis imperfecta & perfecta. 63
 Crisis signa antecedentia, & consequentia. 96
 Crisis tardioris causæ. 112
 Critica signa duplicia. 96
 Criticum theorema. 168
 Cruditates quot. 69
 Cutis tensa & aspera in febribus. 411
- D.
- D**ELIRII idea quid quæque prænunciet. 461
 Delirium quale à somno mitescat. 80
 Dentitionis tempore qui euehiant morbi. 398
 Dentium lentores. 260
 Dens num sit os. 559
 Deriuationis vis. 310
 Deriuato quid differat à reuulsione. 65

INDEX.

Diarrhœa superueniens vomiti i 430 morbis 430	cet.	324
Diæta ex quorum cognitione per morbos rectè instituat. 47	Empyri.	334
Diætã tenuissimã postulat acumen morbi. 32	Empyreumatis nota.	65
Diætã multiplex anti quis. Diætã tenuis triplex 23 accurata 25, & quid sit accurata diætã. 30	Epilepsie euentus eius cause & species 321. quid sit. 322	321.
Diætã plenior non est anteponenda tenui. 33	Epileptica conuulsio cũ quartana.	410
Diætã stãta quid. 30	Epicrasis quid.	91
Diætã tenuis utilissima est 27, diætã tenuis sanorum hominũ quid sit. 30	Erysipelas.	438
Dierum criticorum recens. 113	Euacuatio institui debet collineando ad varias circumstantias. 15	15
Doloris idea notanda, quodque sit multiplex dolor. 420	Euacuatio molienda eò quò natura viam affectat. 66	66
Dolor vt fiat. 85	Euacuationi quãdo studendum. 122	122
Dorsi dolor. 436	Epilepsiam quid curet. 147	147
Dysuria. 446	Euacuationis duo iusta signa. 72	72
Dysenteria diuturna, & quæ magna. 417	Euacuationis rationem indicat morbi & Symptomata. 16	16
Dysenterie splenetorum. 431	Euacuatio num extrema conueniat 73. & vbi ad lipothymiam vsq. ducenda. 74	74
Dysenteria quadruplex 206. ab atrabile 236, cum caruncula. 239	Euacuatio subitanea, vbi magna sunt vasa, periculosa. 439	439
	Euæxia quid. 175	175
	Euæxia quid. 179	179
	Exanthemata. 425	425
	Exanthemata quid Hippocrati. 190	190
	Excrementa meraca mala. 98	98
	Excrementa nigra quid significant. 232	232
	Excretiones non sunt multitudine estimanda. 71	71
	Expectorata varia. 260	260
	Ex-	
E BRÏETAS varia. 318		
Elleborum quibus morbis proffit. 224		
Empyema quid signifi-		

I N D E X.

Experientia bonæ laus.	Fetus calidi commoda.
11	342
Experientia quotuplex	Fetus frigidi commoda.
& quid. 8. eius laus.	348. 351
21.	Fracturæ vt curadæ. 346
Extenuatio varia. 86	Frigidi extremi incom-
	moda. 351
	Frigidi fetus commoda.
	348
F AMEM vinum sol-	Frigidi incommoda 340,
uit. 109	& commoda. 341
Fames non admittit la-	Frigidi vis. 337
borem. 102	Frigidum quas partes
Famis falsæ causa. 126	lædat. 338
Febres erraticæ vnde.	Frigus partium extre-
193	marum. 261
Febres diuturnæ per	
abscessum iudicantur.	
256	
Febres intermittentes	
periculi sunt expertes.	
255	
Febriticantibus qualis	
victus præscribendus.	
55	
Febris continuæ reme-	
dium 191	
Febris cum lassitudine.	
242	
Febris diuturnæ notæ.	
241	
Febris diuturna termi-	
natur in phyma. 257	
Febrium motus diebus	
paribus. 277	
Fœtoris causa. 261	
Fœtus masculi vel fœ-	
minei causa. 368	
Fœtus mortui signa.	
385	
Fœtus quadriestris	
quis. 210	
Fœtus quot vitales edi	
possint. 368	
Fœtus sani vel morboſi	
signum. 383	
	G.
	G ONORRHOEA mu-
	liebris. 389
	Graciles & obæſi. 145
	Graciles varij. 216
	Graciles vt purgandi.
	216
	Grauidæ cur varia ap-
	petant. 376
	Grauidæ quando pur-
	gandæ. 211, 210, 356
	Grauida cum morbo
	acuto. 358
	Grauida menstrualis.
	395
	Grauidis calamitosus
	est morbus acutus. 387
	Grauidis temerè nõ ab-
	ducendus sanguis. 357
	Grauiditatis notæ. 397
	Grauiditatis signa pro-
	pria. 372, 382, 386
	Grumi sanguinis mi-
	ctus. 306
	H.
	H ATMORRHAGIAE re-
	mediam. 316
	k 3 Hai-

I N D E X.

Haimorrhagia quid significet Hippocrati.	188, 202	Mediæ vbi locus.	31
Haimorrhagia vterina vt sistenda.	381	Infantia triplex.	197
Haimorrhoides.	207	Ischias & Ischium quid sit.	464
Haimorrhoides duplices.	427	Iudicium cur difficile.	9.
Hippocratis scribendimos.	19	10, 15.	
<i>ἵστρος.</i>	364	Iudicium & vsus axiomata pariunt.	17
Hydropici vt purgandi.	135	Iuuenibus aluus humida salutaris.	116
Hydropisî tussis superueniens.	445	Iuuenum alui humidæ in senectute siccescunt.	108
Hydrops cum alui fluxu.	429	Iuuenum morbi.	204
Hyemis morbi.	195	L.	
Hypochondriorum dolor diuturnus.	449	LACHRYMÆ quid portendant.	267
Hypochondriorum tenuio cum vrina copiosa 791 & cum borborigmo.		Lac quid.	402
I.		Lac quid.	369
ICTERICI an flatulenti.	412	Lac in virginibus aliquando.	369
Ictericos quos phlebotomia lædat.	101	Lac in viris aliquando.	369
Icterus ante septimum.	277	Lactis coagulati in mæmis noxa.	370
Icterus cum hepate duro.	431	Lactis commoda & incommoda.	401
Icterus per febres continuas.	279	Lactis varietas vnde.	402
Icterus triplex.	278	Lassitudines quæ conualescentibus accidunt.	243
Indicatio à peculiari affectione.	218	Lassitudines quæ præcedunt morbos.	244
Indicatio à viribus.	48	Lassitudines varix.	83
Indicationes mixtæ.	421	Lassitudinis & laboris remedium.	150
Indicationes vt sumendæ.	222	Lepra.	189
Indicationibus in implicitis vt agendû.	340	Lethalia signa in debili agro.	263
		Λιμός.	102
		Lienis tumor duplex.	194
		Lienteria ab intemperie.	413
		Lienterix	

Lientericæ causa quid differat à diarrhœæ causa.	223	noce re incipiant.	391
Lienterici quando purgandi.	222	Mensium suppressorum nota.	369
Lochia.	389	Menstruorû tardantium causa.	368
Lues venerea vt curanda.	93	Morbi acuti intra dies iudicantur.	111
Lumbrici.	200	Morbi adoescentum & puerorum.	202, 203
		Morbi ætatis proprii & alieni.	190
		Morbi autumnales.	193
		Morbi Autumnales quando expectandi.	163
		Morbi Autumni	170,
			163
		Morbi ex quibus noscantur.	16
		Morbi hyemis.	195
		Morbi indicant vacuationes.	16
		Morbi iuuenum.	204
		Morbi letales quotuplices sint.	144
		Morbilli phlebotomiam admittunt.	101
		Morbi longitudo vt notetur.	252
		Morbi omni tempore eueniunt.	186
		Morbi qui eueniant tempore dentitionis.	193
		Morbi qui siant in ætate frigida & sicca.	177
		Morbi qui per assiduos imbres eueniunt.	181
		Morbi qui periculosi, & qui non.	128
		Morbi qui syntrophi & incrementales	139, &
		qui incurabiles.	139
		Morbi puerorum & pubescentium.	199
		Morbi senum & declinantis ætatis	205, 208
			k 4
			Morbi

M.

MAGORVM præstigia.	119
Mala mortua quid.	189
Mammæ solæ duplices habent venas.	367
Mammæ triplici ratione affliguntur.	384
Mania.	187
Materiæ crudæ & crassæ symptomata.	231
Materiæ morbificæ superstitis nota.	65
Medicina quid & cur ea sit longa & difficilis.	6
Mediocritas ubiq. optima.	82
Medicus naturæ motum sequatur.	67
Melancholia triplex.	188
Melancholici.	179
Melancholici morbi.	463
Melancholici succi extractio quid significet.	232
Melancholici vt purgandi.	219
Melancholicorum remedium.	426
Menses cientes pilulæ.	366
Mensium commoda & incommoda.	391
Mensium obstructorum causæ	390, & quando

- Morbū siccæ tempesta-
 tis. 167
 Morbi singularum defe-
 ctionum. 171, 174
 Morbi status quid. 35
 Morbi status, ut nosca-
 tur. 149
 Morbis in acutis quo
 modo ali debeat æger.
 33
 Morbi variis tempori-
 bus variè se habent.
 162
 Morbi verni. 187
 Morbi verni & æstiu
 quid differant. 191
 Morbi verni & autum-
 nales. 169
 Morbo & naturæ par
 quid. 100
 Morborum diagnosis est
 tripartita. 104
 Morborū diuturnorum
 causæ. 138
 Morborū diuturnorum
 differentiæ. 139
 Morborum in statu non
 nutriendum. 34
 Morborum maximorum
 causæ. 32
 Morbo venienti ut oc-
 currendum. 228
 Morbos interdum bene-
 ficio non ordinario
 solui. 117
 Morbus magnus quis.
 255
 Morbus num in longum
 tempus sit excursurus.
 121
 Mortis repentinæ ubi
 metus. 140
 Muliebris fluxus 388.
 pituitosus. 390
 Muliebrum morborum
 causæ. 390
 Mulieribus triplex ge-
 nus excrementi eue-
 nit. 389
 Mulieri ut cautè purga-
 tio præscribi possit.
 364
 Mulier num marem an
 foeminam gestet. 373,
 378
 Mulier num sit ingraui-
 data. 371
 Mulier sanguinem vo-
 mens. 359. è na-
 ribus cum emittens
 à suppressis mensibus.
 360
 Mulierum affectus. 354
 Musculi varij. 264
 Mutationem subitā na-
 tura ægrè fert. 153
 Mutatio remediorū non
 temerè faciendā. 155

N.

NARCOTICORVM vsus,
 352

Natura ægri in quibus.
 37

Naturæ & morbo par
 quid. 100

Naturæ hominum ad
 varia tempora variè
 afficitur. 161

Naturæ res voluntur
 variè. 20

Natura ut conseruet
 corpora. 20

Nephriticorum reme-
 dium. 426

Nubecula in vrina quid
 significet. 289

Nutritio est damnosa
 impuris. 91

- O.
- OCCASIO** quid, & eius necessitas. 6
- Oculi dolentis medelæ.** 442
- Ophthalmiæ remediũ.** 432
- P.
- PAROTIS.** 101
- Paroxismo præſente, à cibo abſtinendum. 61
- Paroxyſmorum intermittentium tempora. 42
- Paroxyſmus quid. 41
- Partes ſectæ quæ non redintegrentur. 434
- Partium principum tẽperies. 417
- Partus difficilis. 363
- Partus num in fieri. 203
- Pepaſui difficultas in quibus. 257
- Periodus duplex. 62
- Perturbationis effectus. 398
- Pharmaco epoto quid agendum. 225
- Pharmacum vt ſegnecat. 226
- Phlebotomiæ tecmarſis. 17
- Phlegmone quid Hippocrati. 349
- Phreniticis cur varia ſymptomata. 70
- Phthiſis aut ſicca aut humida. 325
- Phyma quid. 257
- Phymata. 100
- Pica vt curanda. 397
- Pili. 419
- Plenitudo athletarum periculofa. 19
- Pleuriidis cauſæ, & quibus viis fiat. 323
- curatio. 324
- Podagra. 441
- Podagra puerorum. 442
- Potio vulneraria. 405
- Pregnantes quãdo purgari debeant. 210
- Principium morbi quid. 70
- Principium quid ſignificet. 47
- Proſtratus quid. 267
- Profluuiũ muliebrem pituitofum. 389
- Prognofis ab animalis facultatis robore. 127
- Prognofis eſt difficilis. 106. vt rectè inſtituatur regula. 107
- Pruritus quid. 425
- Ptiſanæ laus 56, & num hydropicis conueniat. 56
- Pubertatis tempus. 322
- Pueri non ferunt iediam. 49
- Pueris vomitus duplex. 197
- Puerorum, & pubercentium morbi. 199
- Puerorum morbi quando iudicentur. 203
- Purgandi occaſio. 220
- Purgandi quo modo tabidi. 218
- Purgandi vt melancholici. 219
- Purgandi vt ſint adipoſi. 218
- Purgandi vt ſint graciles. 216
- Purgandum non ubique. 221

INDEX.

- | | |
|--|---|
| Purgandum quando. 67 | losa. 227 |
| Purgandum quid æstate, & quid hyeme. 214 | Purgatio vt mulieri cautè præscribi possit. 364 |
| Purgandum vbi. 125 | Purgatoria occasio, & quibus opus sit ad purgandû. cõsta purganda. 67 |
| Purgandum vbi initio. 123, & quem & quando purgare oportet 123, & 124, quòd initio purgandum, & cur in declinatione. | Purgatoria remedia cur lædant. 68 |
| Purgatio ab habitu corporis captanda. 217 | Puris factor. 319 |
| Purgatio difficilis est sub cane. 215 | Pus cur interdum non fœreat. 308 |
| Purgatio est institueda ex situ humoris. 91 | Pus in vrina vt noscatur. 308 |
| Purgatio fœlix fit vbi ducitur humor eò, quo viam affectat. 66 | Pustulæ. 425 |
| Purgatio molesta sanis. 134, 136 | Pustula quid. 100 |
| Purificatione superna vel inferna quæ egeant. 229 | |
| Purgationi bonæ tribus opus est. 68 | Q |
| Purgationi parandum corpus. 223 | Q UARTANA à conuulsione est aliena. 410 |
| Purgationis legitima regula. 212 | Quartanz. 115 |
| Purgationis recursus. 11, 92. quid significet nomen purgationis 13, & quotuplex, quodque sit critica & symptomatica: sitque vniuersalis & particularis. 12 | R |
| Purgatio quæ commoda. 213 | R ECIDIVAE metus. 276 |
| Purgatio quando repeti debeat. 230 | Refecionem quæ faciant facile 94, & cautio in renutritio-
ne. 95 |
| Purgatio quid. 67 | Repercussioni vbi nullus locus. 438 |
| Purgatio sanis pericu- | Remedium non omnibus est idem. 344 |
| | Renum morbi. 412 |
| | Renum vlcerum notæ. 308 |
| | Renutritiois cautio. 86, 90 |
| | Reuulsiois & Deriuat-
tionis discrimen. 65 |
| | Renutritiois modus. 88 |
| | Repellentium remedio-
rum |

- rum vsus quando necessarius. 337
- Respirandi difficultas cum delirio quid notet. 264
- Rigor. 398
- Rigores febriles. 279
- Rigor frequens. 258 quid & quotuplex, 259, & 273
- Rigor incidens causo. 273
- Rigor in febribus continuus. 241
- Rigor viris & mulieribus vnde incipiat. 408
- ῥίγξις 380
- Ructus acidus frigoris nota. 444
- S.
- SANGVINEI fluxus causa & medela. 381, 382
- Sanguinis exclusio. 235
- Sanguinis excretio ex ore 331, & remedium. 332
- Sanguinis grani mictus. 306
- Sanguinis mictus. 301
- Sanguinis mictus ob varias causas. 296
- Sanguinis mittendi scopi. 21
- Sanguis spumofus. 330
- Sanitatis securæ vel non securæ indicia ab excrementis. 416
- Satyriasis. 201
- Secundina quid 375, earum exclusioni quid conferat. 379
- Secundinis retentis quomodo medendum. 380
- Seminis vitium vnde. 417
- Senes cur medum non ferant, & qui. 49
- Senes minus agrotant. 138
- Senes quarum partium inflammationes ægrè ferrè possunt. 52
- Senum mala. 139
- Senum morbi. 205, 208
- Septimanæ quæ per quaternarios digeruntur. 112
- Siccitas est salubrior imbribus. 180
- Signa iam iam morituri ægri. 263
- Signa in mortis quomodo salutariter appareant. 46
- Simon. 101
- Sinonis exanthemata. 65
- Singultus. 428
- Singultus causa. 316
- Singultus cum spasmō collatio. 449
- Singultus varix causæ. 393
- Singultus vnde. 448
- Sitis nocturna. 353
- Somni ac vigiliarum necessitas vnde. 82
- Somni cur longi. 53
- Somnum: & ut fiat somnus 79. à somno quale delirium mitescat. 80
- Somnus 81. mediocris somnus quis dicatur. 81
- Somnus finies in pauore vel convulsionem. 283
- Som.

Somnus qui bonus vel malus 77, 78. Som- ni causa, & quidnam sonnus, & qui eius ef- fectus 78, tribus opus ad spasmos febris si incidat. 272	Syncope. 120
Spasmus ad haimorrha- giam. 315, 316	T.
Spasmus duplex 310, & quis funestus 312. à plaga. 113	TABES cur iuveni familiaris. 325
Spasmus vnde. 448	Tabes quid. 325
Spumæ generatio. 144	Tabidi vt purgandi. 218
Succorum atrorum ex- cretio. 235, 237	Tabi obnoxie ætates. 325
Sudor copiosior. 253	Ταΐσιμος quid signifi- cet. 315
Sudores critici. 247	Tecmaris quid. 36
Sudores frigidi. 249	Tecmaris in quibus cõ- sistat. 402
Sudores frigidi vel cali- di. 255	Temporum mutationes morbos pariunt. 158
Sudor indicat partem affectam. 250	Temporum vulnera. 314
Sudor perennis. 272	Tertiana exquisita. 274
Sudorum prognosis ex aere. 166	Testes, & vnde hi lan- gueant. 417
Suffocatio vterina. 363	Tetanus. 319
Suppurati signa. 335	Τρεμμα quid. 325
Surditas. 240	Thorexis, quid. 100
Surditas per morbos acutos. 275	Translatio causæ morbi bene fit foras. 446
Suspiria luctuosa. 461	Τραύλις. 443
Statura corporis. 137	Tremoris causa. 438
Sterilitatis causa. 377	Trititia & metus. 436
Sterilitatis causæ. 398	Τριχιασις quid. 298
Sterilitas mulieris quo modo noscatur. 394	Tumores qui boni vel malivulneribus & vl- ceribus. 407
Sterilitas vnde viris. 400	Turgens materia est purganda. 220
Strangulati. 143	Tusses siccæ per febres. 270
Stranguriæ causæ. 392	Tussis hydropis 445, varices. 445
Stranguria triplex. 393	V.
Symptomata in morbis varia vnde. 70	VENAE vterinæ du- plices. 381
Symptomata quæ petât curationem. 72	Ventris dolores. 423
	Veris morbi. 462
	Vesicæ

INDEX.

Vesicæ affectuum diagnosis.	306	Vrina alba pellucida quid significet in phreniticis.	290
Vesicæ morbi.	422	Vrina critica auertit abscessum.	293
Vesicæ ulceratæ signum.	308	Vrina cruenta & purulenta.	295
Vigore morbi à cibo abstinendum.	34	Vrina cum carunculis vel capillis.	297
Vigor mortis quid.	35	Vrina pauca, & crassa.	285
Vini generosi vis.	109	Vrina quid.	286
Virgines quædam lac fundunt.	369	Vrina purulenta triplex.	393
Vires vt indicent.	28, 35	Vrina perturbata.	287
Virium dignotio.	121	Vrina sabulosa.	304
Vita cur breuis.	4	Vrina furfuracea.	299
Vita quid significet Hippocrati.	4	Ûsura.	364
Vlcera 419, hydropicorum.	42	Vteri erysipelas.	373
Vmbilici regio crassior quid indicet.	131	Vterina haimorrhagia vt sistenda.	381
Vomica quid.	100	Vterina suffocatio.	363
Vomitibus pueris duplex.	197	Vteri os.	377
Vomitibus vniuersalis.	216	Vulnera & vlcera.	406
Vrgenti est maximè succurrendum.	148	Vulnera interna quænam lethalia.	432
Vrinæ colores.	290	Vulnera quot ex causis calamitosa.	433
Vrinæ suppressæ causæ varix.	309	Vulneraria potio.	405
Vrinæ vitia.	290	Vulnerum ac vlcerum euentus.	404

Men-

Menda sic emenda.

5. 22, infama : lege *infamia*.
 7. 9, que elapsa : lege *qua*.
 11. 10, *commendamus*.
 21. 13, *ἐν τῇ εἰσῷ*, lege *οἷα*.
 22. 2, *κρυπταίη*, *τῆ* lege *κρυπταίη*, *τῷ τῆ*.
 17. 14, arte in scitius, lege *arte in scitius*.
 18. 1, *ὑπόβρα*, lege *ὑπόβρα*.
 19. 20, citra actionem, lege *citra adiectionem*.
 20. 7, probis, lege *probris*.
 23. 32, *melicrato*.
 24. 19, tantum, lege *tantam*.
 πένημα, lege *πένημα*.
 36. 19, *τοκμαίρα*.
 40. 13, ibit, lege *ibi*.
 40. 16, qua lege *qui*.
 42. 17, inualefcit, lege *incalescit*.
 42. 28, quidam, lege *quidem*.
 48. 4, *ἡνσα*, lege *ἡνσα*.
 49. 8, *ὑσείλω*.
 49. 15, *solùm*.
 49. 23, succum, lege *suctum*.
 51. 2, augendum, lege *augetur in spiritu*.
 56, 2, *liquidus*.
crises. 60, *linea vltima*.
exquisite. 62, *linea penultima*.
 64. 17, hanc lege *hunc*.
 68. 3, *Excellenti*, lege *expellenti*.
 68. & *particeps*, lege *& coctionis particeps*.
pepin, lege *peplum*. 69, *linea antepenultima*.
 74. 13, in imintum, lege *ineuntibus*.
 75. 30, quoniam lege *quoniam*.
 77. 9, *τοξήματα* lege *τοξήματα*.
 80. 1, *ἴσως* lege *ἴσως*.
 80. 3, deliri lege *delirij*.
 80. 12, de eo quæ fit, lege *de eo quod fit*.
corporis 83, *linea prima & linea* 13, *ῥόου*

88. 15, causam lege *causam*.
 88. 15, vt, lege *no*.
 88. 25, appellant lege *appetunt*.
 89. 27, illi, lege *illa*.
 90. 1. dicatarum, lege *dicatarum vi lauguet*.
 90. 14, ductiois, lege *suctionis*.
 92. 15, τα σώματα.
 98. 15, Philico lege *Philisco*.
 98. 25, exornant, lege *exonerant*.
 100. 15, quod, lege *quos*.
 102. 11, recidiæ mortis, lege *recidius meturo*
adfert.
 103. 15, nec laborare, lege *nec labore*.
 104. in eorum, lege *ichore linea antepenulti-*
ma & penultima.
 107. 5. erunt, lege *enit*.
 111. hoc nim, lege *hoc enim*, lin. penultima.
 112. τῆσάρτη lege *τιτάρτη* lin. penultima.
 116. 14, quaternæ lege *quartana*, 33, & l. 27.
 117. 11. materia, lege *natura*.
 125. 22. sine nutritu, lege *suum nutritum*.
 127. 18, suctionis fluxus, lege *suctionis sensus*.
 129. 21, lineam grandem, lege *lunam non*
grandem.
 142. 6. in stercorem, lege *in stertorem*. & lin.
 25. cerebro, lege *cerebro*, & linea 27.
vitiam, lege *vitium*.
 143. 23, καταλιθωσάντων vocem dele.
 148. 2, relu, lege *robu*.
 149. 6. & linea 11. quædam; lege *quærela*.
 155. 24. sensum, lege *consum*.
 157. 3. ceta, lege *beta*.
 157. 17, εἰσπάσις, lege *ἐνπάσις*.
 160. 15, mutatione, lege *imstatione*.
 173. 29, frigidum, lege *frigidi*.
 173. 35, caniculum, lege *caniculam*.
 173. 38, fant, lege *flant*.
 174. 10, Ταῖσι, lege *Ταῖσι*.
 176. 6, abortioni, lege *abortioni*.

176. 26, vtris lege *viris*.
 181. 10, gulliores.
 181. l. vlt. lingant cineres, lege *lingant cineres hirundinum*.
 190. 2, exanthema.
 191. 27, canicula.
 215. 9, φαρμακεία.
 215. 10, canis.
 216. 13, χημεία.
 214. 36, oui, lege *ouis*.
 226. 17, mixtum, lege *mixtum*.
 247. 19, ἰσχυαταίς.
 251. 4, essentielles.
 259. 11. Iudicatorium.
 262. l. penult. Βεαρία lege *Βεαρία*.
 323. 12. genus, lege *genis*.

FINIS.

Hippocratis aphorismis (Spurinis) Ultimus lib. VII
secundum Thomam Frenon Interpres, Praxi Cantuarii
vini; Vel et secundum Foesium: Vel 8. libri VIII/e
secundum Brasavolum et Hollerium:

Ὅρα βασιλικά παρα δὲ ἰνῆλα βίδηρ ὀϊῶται:
ὄβα βίδηρ ὀϊῶται, πῶρ ἰῶται: ὄβα δὲ πῶρ
δὲ ἰνῆλα ταῦτα χεῖρον ἰσχυρὰ ἀνάλα. h

Quae mala nullig sanantur pharmaci abusu,
Pare est illa secer vrasq: secando vrendo

Per sanantur enim: Sedq; neq; Muliber ille

Sit sanare Deus, neq; ferri plaga secantis,

Incurabilia haec stolidis tractanda relinquitur.



